BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
32 D
114

230

# PETRI POMPONATII PHILOSOPHI ET THEOLOGI DOCTRINA ET ingenio præſtantiſsimi, Opera.

*De naturalium effectuum admirandorum cauſis, Seu de Incantationibus Liber.*

*Item de Fato:*
*Libero arbitrio:*
*Prædeſtinatione:*
*Prouidentia Dei, Libri V.*

In quibus difficillima capita & quæſtiones Theologicæ & Philoſophicæ ex ſana orthodoxę fidei doctrina explicantur, & multis raris hiſtorijs paſsim illuſtrantur, per autorem, qui ſe in omnibus Canonicæ ſcripturæ ſanctorumq; doctorum iudicio ſubmittit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cum Cæſ. Maieſtatis Gratia & priuilegio.

BASILEAE, EX OFFICINA HENRICPETRINA.

12 32 D. 4

ILLVSTRISSIMO AC PIENTISSIMO PRINCIPI ET Domino, D. Friderico comiti Palatino Rheni, Sacri Romani imperij Electori, Bauariæ duci, &c. Domino ſuo clementiſsimo, Guilhelmus Gratarolus Bergomas, medicus & philoſophus, Collegij medicorum Baſileæ Decanus,

S. D.

VT tuę celſitudini hũc librum à me dicatũ ſupplex nunc etiam porrigere audeam, digniſsime princeps Elector, facit non tantum authoris doctiſsimi ac clariſsimi authoritas, ſed etiam tuæ celſitudinis Chriſtiana pietas, eruditio & manſuetudo mihi iam diu inter alios innumeros cognita, cum aliâs, tum potiſsimum circiter triennium ela-

pſum, quãdo amplisſimus uir Vidamus de Chartres ex Anglia rediens, & Heidelberga iter faciens, apud tuam Celſitudinem aliquandiu fuit, & me inter non paucos alios ſuo in comitatu haberet: cum enim aliquando in pulcherrimæ arcis area noſtrũ aliquot ſpectabundi eſſemus, me, agnitum eſſe medicũ, dignata eſt tua Celſitudo compellare, ecquid mihi de tuę Celſitudinis ſeniori medico uideretur, ſiquę illum uidiſſem? reſpondi paucis, doctisſimum uirum Ioannem Langium (nunc felicis memoriæ) me iam antea per eius ad me literas, perq; illius æditas eruditisſimas & doctas lucubrationes, nouiſſe: quẽ die ſequenti uiſitaui ſuis in ędibus, inueniq; iucundum & promptum
in ea

in ea decrepitate ſenem, dignũ qui Neſtoreos annos uiueret, cum adhuc prodeſſe omnibus conaretur: amplius memor ſum, quàm lætos habuerim quatuor aut quinqꝫ illos dies, quibus in inclyta iſta T. C. ciuitate & illuſtri Academia uixi, doctos uiros & profeſſores aliquot audiendo & alloquendo, qui mea commemoratione non egent, ſuis non ſemel æditis lucubrationibus clariſsimi. Qualẽ in tota urbe modeſtiam & quietem uidi? ut mihi tunc ſuccurreret dictum illud: qualis rex, aut etiã, qualis ſacerdos, talis populus: id quod hiſce dieb. ueluti confirmauit iunior T. C. filius hac tranſiens in Gallias, biduum hîc moratus, qui ea in adoleſcentia, non uulgari eruditione præditus,

mira humanitate cum morum gra uitate coniuncta, omnibus qui illũ uiderunt & allocuti ſunt perplacuit, præſertim uerò doctis ac pijs, ut talis ac tanti patris nequaquam degener filius dici poſsit. Hæc inquã, tum alia tuæ Celſitudinis præclara ornamenta, notiora toti Europæ quàm ut mea ſterili & inepta facundia enumerentur, in cauſa fuerunt, ut hoc egregiũ uolumen maiori ex parte nunc primũ in lucem editum, tuę Celſitudini, ut bonarũ rerum ac ueritatis ſapienti ac fortiſsimo patrono à me dicaretur, & commendaretur. Huius libri partem eam quæ de naturalium effectuum cauſis, ſeu de Incantationibus, à me aliâs ante annos decem æditam, nuncupaueram ac miſerã

illuſtriſ:

illuſtriſsimo, felicis memoriæ, principi Othoni Hērico Electori, cuius Celſitudo haud dedignata eſt ſuis literis mihi gratias agere, ac ſe memorem futurum ſcribere: quod in alia uita fieri poterit, cum non diu pòſt, graui ualetudine, fato conceſſerit. Reperti ſunt poſtea iſtius authoris (qui ante annos 40. celeberrimus in præcipuis Italiæ Academijs philoſophiam profeſſus eſt) poſtremi ab eo ſcripti libri quinque de Fato inſcripti, qui continent doctas tractationes de Libero arbitrio, Prædeſtinatione, & Prouidētia Dei, contra Alexandrum Aphrodiſæum, & alios ſimiles parum Theologos & minus Chriſtianos Philoſophos eius temporis, aut etiam noſtri, tanto acumine

ſolidisq́ rationibus & argumētis ſcripti, ut digni à noſtris cenſoribus iudicati ſint, qui in publicum tandem prodirent: uoluit ergo magnificus & doctus typographus ſimul ob maius lectoris commodum iſta coniungere non ſolum eiuſdem authoris, ſed etiam ferè ſimilis argumenti opera.

Hic omittere nec poſſum nec debeo, quin ulterius de authore illiusq́ laboribus aliquid contra non nullos ignaros illius obtrectatores & Ariſtarchos dicam: qui illū de animæ immortalitate non bene ſenſiſſe nugantur, cum ipſe in libro ea de re ante annos 45. ædito ex Ariſtotelis mente loquatur: in iſtis uerò, ut legenti amborum librorum poſtrema & prima capita & alibi

etiam clarè patet, ſe ut Chriſtianū decet ſentire ac tenere aſſerit, & eccleſiæ iudicio non ſemel atq; iterū ſe ſuáq; ſubdit: & teſtibus ijs qui eū nouerunt ſuperſtitem, piè pro eo tempore, uitam cum morte commutauit: nam ſe ac ſua eccleſiæ catholicæ ſubiecit, ſiq; diutius uixiſſet, mirum quàm fuiſſet ueritatis acerrimus (ut puto) aſſertor: exemplo aliorum multorum, qui prius boni philoſophi, uti diuus Auguſtinus, Iuſtinus martyr, & alij pleriq;, poſtea, Dei gratia, non minus boni theologi etiam euaſere, ſubdentes ac cōciliantes philoſophiā pediſſequam reginæ ſcientiarum Theologiæ ſacræ ac ſolidæ: quorū catalogum, receptorum plurium etiam patrum, recenſere facilè poſ-

 ſem,

ſem, ſi iam oporteret, quid pro il-
lis aut contra illos dico, qui ad pau
ca animaduertentes, omnes philo-
ſophos eſſe hæreticos imò & hęre-
ſiarchas eſſe pronunciant, Deique
dona & res in ſe utiles & bonas cō
temnunt, hypocritæ ac φίλαυτοι. fa-
ceſſat autē inanis & Sophiſtica illa
Philoſophia, cōtra quam Apoſto-
lus loquitur: Nam de ſolida & cū
Chriſtiana doctrina & pietate con
iuncta nobis eſt ſermo, Sed hæc me
lius declarare poterit inter alios T.
C. doctos uiros Thomas Eraſtus,
ἰατρικώτατος καὶ φιλοσοφώτατος εὐσεβὴς,
Non pigebit ſaltem aliqua ex par-
te huius authoris laudem ſubijce-
re ab elogijs doctorum uirorum a
pud clariſsimum hiſtoricum Pau-

 

lum Iouium, qui de illo ad uerbum ita ſcripſit: Petrus Pomponatius Mantuanus, in Philoſophia præceptor meus, inter Peripateticos illuſtres primum ſuggeſtus locum obtinuit: reliqua poſſunt ibidem legi à quocunque literato. Namque ne apud ſapientiſsimum ideoqúe occupatiſsimum Principem longior ſim, finem hîc dicendi faciam, ſi tuã Celſitudinẽ rogauero, ut pro ſuo in bonas literas amore, boni cõſulat, quod ſub ſuo Illuſtriſsimo nomine in lucem prodire hũc authorem uoluerim, non tam elegantem quã doctum & candidum, licet tanto Principe non ſatis dignum: & me in ſuorum fidelium clientum numero habere dignetur, paratum

non

nõ ſolum tuæ Celſitudini, ſed omnibus eius amicis pro uirili gratificari quacunque in re me Deus Optimus Maximus idoneum ſuis donis fecerit: quẽ ſuppliciter oro per Ieſum Chriſtũ, ut tuam Celſitudinem protegat, tueatur, & diutiſsimè conſeruet, in ſui nominis laudẽ & gloriam, & eccleſiæ ſanctæ ac orthodoxæ ædificationẽ, Amen.

Baſileæ kalend: Martij
M.D.LXVII.

7

# INDEX IN PETRVM Pomponatium, omnium quæ huic autori inſunt.


A

ABidis fata 639
acies in aere apparentes 130
actus noſtri qui ſint 758
actus liber 410
actio ab extra & intra fol. 938
actiones hominum unde procedant 509
actiuorum ad paſſiua applicatio 139
Adamas magneti reſiſtit fol. 22
Affectus quantum in homine poſſint 86
affectuum uis 31
Aegypti peculiare prodigium 130
ægithi ſanguis 194
æneadum domus interitus 644
ætas aurea 650
ætates diuerſificari ſecundum diuerſitatem ſyderum 650
æternitas non habet prius poſterius 782
æternitas tota ſimul 545
æternitatem eſſe totã ſimul 934
æthiopia regio 438
aerem alterari ex campana pulſa 241
Agatis lapidis uſus ad experiendam uirginem fol. 60
Agens primum 569
agnus ſaluator 149
agricolæ in quibuſdam certius iudicant quàm aſtrologi 164
Albertus de uirtutibus occultis 23

albertus de libris licitis & illicitis 207
alcorani figmenta 200
alexandri Magni corpus redolens 37
alexandri Magni ſtatuitates 639
allium abhorruerunt quidam 80
alexandri Magni natiuitas qualia oracula & prodigia habuerit 169
Amor Franciſci Petrarchæ 190
amorē facere dulcia uerba & formoſitatē 189
amorem inducentia & repellentia 181
amorem multos amentes facere 192
amorem quæ faciant fol. 195
amoris uires & effectus fol. 190
amoris præpotentia remedia 191
amatores natura 875
amatorum uarij affectus fol. 197
amantium uarietas 197
amicitia magis factis quã uerbis oſtenditur 502
amare non poſſumus incognita 657
amare & odire nõ eſt in noſtra poteſtate 634
amandinus lapis 144
Anaxagoras lunaris luminis & umbræ cauſas primus deprehendit 204
angeli quomodo moueantur 323
angelos uel dæmones nõ eſſe ſecũdũ Ariſto. 298
angelos & dæmones eſſe 318
angelorum & dæmonũ uis 323
angelorum & dæmonũ officia ſunt philoſophis abſcondita 324

Angelos cuſtodire prouincias 253
anhelitu quorundam animalium quædā animalia gaudent 91
anni ſcalarij 175
anima quomodo ſit omnia 27
anni maiores, medij & minores 287
anima nō dependet à cauſis ſecundis 312
anima ne pendat à corpore 311
anima concupiſcibilis ad contrarias actiones parata 328
animæ in corpus imperium 49
animæ humanæ uis in ſanando 52
animæ humanæ uis 2
animæ potētiæ quot 679
animā diſponi ſecūdū materiæ diſpoſitionē 173
animi ægritudines 92
animi paßionum uis quāta 271
animi accidentia quantū cōferant ad ſanitatē & morbos 90
animal tranſmutari in aliud immediatè 277
animal innocens eſca eſt nocentis 613
animal aliud, aliud interimere 505
animalia aliquando tota mutātur in lapides 274
animalia diuerſificari in figuris ſecundum diuerſitatē climatum 252
animalium figuræ in acre 130
animalium effigies in lapidibus 274
animalium tranſmutatio in cadauera 275
animorum operationes à quibus fiant 49
anthraces curat Saphyrus 23

anthraces fugat Saphyrus 23
Apparitiones in aere cur in nocte magis quàm in die cernantur 162
appetitiua potentia 683 & 679
appetitus ſequitur fantaſiam 31
appetitus uis 32
appetitum eſſe potentiã paßiuam 708
apologia Petri Pomponatij 222
aptitudinis & potentiæ diſcrimen 631
apuliæ pars quædam abũdat phalãgijs 645
apum dux 117
aquam pluuialem in lapides in quibus locis cõuerti 273
Araneæ phalangij morſus 645
arbores in lapides ubi mutentur 273
arcana non ſunt uulgaribus cõmunicanda 243
arcadas uerſos in lupos fol. 270
Arcades uerſi in lupos fol. 218
archimedes Syracuſanus fol. 54
architectus deus 636
ariſtoteles quàm diu uixerit 203
ariſtotelesne ignorauerit dæmones & angelos fol. 106
ariſtoteles cur aperte de ſecretioribus loqui uoluerit 206
ariſtoteles accuſatus apud Atheniẽſes quòd male de dijs ſentiret fol. 203
ariſtoteles & Plato ignorantes 320
ariſtoteles de Dei prouidentia quid crediderit fol. 120

ariſtotelis doctrinam & fidei incompaßibiles eſſe 653

ariſtotelis opinio de ueneficijs 191

ariſtotelis principijs quæ repugnet 312

armati & armamenta in aera uiſa 130

ars ſupplet ſæpe ubi natura deficit 235

artes malæ explodendæ fol. 75

artes quas debeant pueri diſcedere 26

Aſcletarion mathematicus quid Domitiano Cæſari prædixerit 121

aſtra inclinare, non cogere 254

aſtrorum uiribus homo obſtare poteſt 264

aſtris ſapiens dominabitur 264

aſtrologi determinate ſciunt prædicare de futuris 638

aſtrologi defenduntur fol. 266. & 267

aſtrologis in quibuſdam certius iudicant agricolæ 164

aſtrologos monſtra prædicere 359

Atheníenſium de Platone opinio 205

atheus Diagoras 550

Augmentum rerum 281

augurum furor 125

auguria non prorſus eſſe uana 167

auguriorum & prædictionum cauſa 101

auguratio apud Platonē quanta habita 142

augurandi artem eſſe ſcientiam 124

auguſti natiuitas qualia uaticinia, prodigia & prænunciationes habuerit 169

auguſtini opinio, an homines

*[illegible]es in beſtias muten tur* 271
*auerrois contra aſtrologos, taxatur* 266
*auerrois impius* 937
*aues Diomedeæ* 268
*auium uariæ ſignificationes* 170
*auicennæ opinio damnata* 20
*auruſpex ſpuria* 121

B

Barbari *Græcis dominantur* 1011
*baſiliſcus* 42
Beatitudo *politica inquo conſiſtit* 563
*belli & conflictus ſigna apud Romanos* 170
*bellorum prædictio* 132
*beneuoli natura* 878
*beneuolorũ ſignum* 289
*beſtia quid ſit* 251
*beſtiæ locutæ ſæpe ſunt uoces humanas* 99
*beſtias naturaliter agere fol.* 373
*beſtialitas quibus tribuatur* 26
*bilis atra quam habeat uim* 141
*boetij ſapientia* 24
*boni rariſsimi ſunt* 603
*bona à bonis procedere fol.* 217
*bonorum fortuna ut plurimum* 433
*boues propbetaſſe* 128
Bruta *à cauſis extrinſecis limitantur* 413
*brutorum motus* 411
*brundani quæſtiones fol.* 401

C

Cadauer *ex animali fol.* 275
*calligula uir beſtialis fol.* 899


campa-

campanarum compoſitio ſub qua conſtellatione fiat, refert 241
campanarum pulſus fugare tempeſtates 240
cânes in Rhodo inſula fol. 272
capis ubi ſepultus ſit fol. 154
capis ſepulchrum 292
captiuare mentem quando oporteat 320
capuæ conditor capis fol. 154
carmina in incantationibus quid poſſint 179
carnes crudas quidã homines edunt 150
carnifices uniuerſales deorum 151
caſus eſt cauſa indeterminata 353
caſum eſſe cauſam indeterminatam 365
cataracta in oculis 105
cauſa per ſe & per accidens 375
cauſa omnis poſterior dependet à priore fol. 390
cauſa inferior agit ut inſtrumentum prioris fol. 390
cauſa omnium Deus 8
cauſa efficiens fatum fol. 341
cauſa uniuerſalis à omnes cauſæ dependent fol. 548
cauſa & effectus ſunt relatiua 469
cauſa effectui non aſſimilatur 777
cauſa ineuitabilis 337
cauſa caſualis 367
cauſa ſecũda naturalis eſt aut uoluntaria 473
cauſæ ſecundæ non poſſunt mouere non motæ 409
cauſæ indeterminatæ fol. 353

cauſæ efficientis modi multi 341
cauſæ nobis rerum pleræq; ignotæ 174
cauſæ per accidens 358
cauſæ eiuſdem rationis & diuerſarum rationum 472
cauſæ immaterialis effectus 16
cauſam per ſe quæ habeant 358
cauſam omnium rerum eſſe de ſcientia & prouidentia 804
cauſarum genera quot fol. 340
cauſarum ordo in uniuerſo 455
cauſas eaſdem ſequi eoſdem effectus 212
cauſas et effectus deſtruere 463
caſuale eſſe euitabile fol. 367
Chalcidius quid attribuerit Ariſtoteli 607
chalcidius Platonicus de Deo quam habuerit opinionem 524
character quid poßit 87
characteres & uerba qd in amoribus poßint fol. 102
chiromantiam non eſſe uanam 172
christus ſuam diuinitatē quibus probarit 317
chriſti teſtimonia 316
chriſti paßionis tempore obumbratus ſol quomodo fuerit 314
chriſti paßionis temporē eclipſis 317
chriſti præceptis obediendum ſine diſputatione fol. 320
chriſtum eſſe dominum quæ probent 317
chriſtianis in quibus conueniat cum peripateticis 306

cibi

cibi intemperati unde ſol. 651
ciclus Eſculanus 42
cicero dum homines uo=luit facere liberos fecit ſacrilegos 433
ciceronis ſentẽtia de Deo ſol. 295
ciceronis in dicendo uis fol. 85
ciceronem non fuiſſe phi loſophum 296
ciceronum domus unde dicta 50
circe maga famoſiſsima fol. 218
circe uenefica nihil con=tra Vlyſſem potuit 188
circulatorum fraus 55
citharedi quantum in af fectibus mouendis poſ=ſint 85
Cælum iuxta Ariſtotelem non poteſt quieſcere fol. 315
cœli uires quandiu du=rent 287
cœli diſpoſitiones nõ ne=ceſsitant 263
cœlorum motus ordina=tus 302
cœleſti motui ſubditur corruptio 895
cœleſtium corporum ſi=tus 229
cœleſtium corporum re=uolutio quid poſsit 651
cognitio omnis requirit adæquationem inter co gnoſcens & cognitum fol. 776
cognoſcens cognitum ad æquari oportet 608
compoſitionis & diui=ſionis ſenſus 964
comprehenſiua potentia fol. 683
concluſio neceſſaria unde colligatur 246
confeſſoribus martyres præferuntur 622
cõſequẽtisneceſsitas 609

*[illegible] etiã eſſe de ine [illegible] 505*
*[illegible] noſtra qualia [illegible] 339*
*conſtellationes quid poſſint 235*
*conſultatio quid, & propter quid ſit 385*
*conſultationem eſſe inſtrumentũ electiuæ uirtutis 391*
*conſultatione utitur natura in homine & non in beſtijs 393*
*contraria quomodo magis eluceſcant 333*
*contrariorũ eandem cauſam eſſe poſſe 467*
*contingens quid 967*
*contingens duplex 382*
*contingentis modi 378*
*contingentis ratio 369*
*contingenter agere quid fol. 915*
*contingenterne deus agat 914*
*contingenter fieri quid ſit 379*
*contingentiæ ſignificationes 380*
*contingentiam ſtare cum fato 371*
*Cor primum uiuere & ultimo moritur 119*
*coralli lapidis generatio fol. 173*
*corpus trium demenſionum perfectiſſimũ 176*
*corporis naturam animæ motibus ſubiectam 35*
*corpora cœleſtia quomodo ſint cauſæ inferiorũ fol. 121*
*corpora cœleſtia quũ habeant uim in prædictionibus 149*
*corpora cœleſtia quales ſpiritus moueant 113*
*corpora cœleſtia nunquã eſſe in eodẽ ſtatu 231. de nobis ſolicita eſſe 291*
*corporũ cœleſtiũ inſtrumenta*

menta 3
coruus quare malum ſignificet 170
corui quid prædicãt 164
corruptio non eſt in poteſtate noſtra ſed naturæ 895
corruptionis cauſa 892
corruptibilia quæ 952
corrumpendi diſpoſitiones 280
coturnicum dux 117
creatura aſsimilatur creatori 777
creaturas diuerſas quare deus crearit 952
crux 286
culpæ malum quod ſit fol. 254
culpam nõ eſſe ubi ratio non habet imperiũ 259

D

Dæmónne per ſpecies de nouo acceptas intelligat 14
dæmonis intentio quæ eſt quomodo ſit 182
dæmone correpti 10[illegible]
dæmones negãtiũ ratio 7
dæmones q̃ intelligãt 9
dæmones præſtigiare ſenſus noſtros 322
dæmones non eſſe neceſſarios 198
dæmones Ariſtoteles non admiſit
dæmões neceſſario eſ[illegible]
dæmones quare nega[illegible]rit Ariſtoteles
dæmones animalia [illegible] fol.
dæmonum & ang[illegible] motus
dæmonum mirabiles [illegible]ctus
dæmonũ acumen & experientia [illegible]
dæmonum uis [illegible]
dæmonum noticia fũ[illegible]gna unde ſit
dæmoniaci loquentes [illegible]uerſ[illegible]

uerſa idiomata 178
dæmoniaci homines 124
dæmoniacorum mirabi=les operationes 225
dæmoniacos ſanare po=teſt homo ex dono cœ=li ita natus 242
dæmoniacæ ſciẽtiæ 200
dantis filio à morte pater apparuit 161
demonſtrationes in natu ralibus 476
declinatio rerum 281
defectus unde proueniat fol. 254
defectus cauſa in ſpecie fol. 258
deus cuncta proſpicit, fo uet & regulat 607
deus autor totius entis o=mnia perſpicit 479
deus cauſat intelligendo & uolendo 456
deus omnia operari po=teſt ſine cauſis ſecundis fol. 244
deus mundi archetypus fol. 115
deus quomodo omnia in telligat 220
deus omnium habet pro=uidentiã & ſcientiam fol. 595
deúsne cõtingenter agat fol. 914
deus quid ſit: ſecundum Ariſtotelem 133
deus hæc inferiora quo=modo curet 208
deus liberaliſſimus 153
deus quid poſſit ſecundũ Ariſtotelem 120
deus omnium entium cau ſa 255
deus quibus modis homi nes doceat & admone=at 168
deus primus uoluntatis motor 209
deusmotor uniuerſi 560
dei præcognitio non eſt factio 427

dei

dei eſſe & ſcientiam Dei idem eſſe omnino 789
dei ſolius eſt à morte excitare 103
dei diſpenſationem nihil fugit 456
dei ſcientia cauſat res, res noſtram ſcientiam cauſant 549
dei prouidentiam eſſe certam 536
dei potentiam attribuunt patri, ſapientiam filio, et amorem ſpiritui ſancto 937
dei actio 938
dei uirtus & dilectio ad hominem in quo monſtretur 954
dei intellectio per naturam haberi non poteſt fol. 952
dei prouidentia ordinata 119
dei filij 284
deum de neceſsitate agere, & non eſt uerum fol. 654
deum per media operari fol. 245
deum hæc inferiora curare 157
deum omnia ut conuenit diſponere 352
deum eſſe immutabilem fol. 243
deum eſſe cauſam uniuerſalem omnium 115
deum operari in hæc inferiora mediãtibus corporibus cœleſtibus 122 & 123
deos homines allocutos aliquando eſſe 166
deos duos eſſe non oportet 267
delectabilia 29
delphin quid prædicat fol. 164
diabolus expulſus poſt ſaluatoris aduentum fol. 218

*[illegible]oræ de* Deo *opinio*
*[illegible]92 & 493*
*[illegible]goras negauit* Deum
*[illegible]i.* 607
*[illegible]ies alios alijs fęlices alijs infęlices* 174
*dierum obſeruatio apud* Plutarchum 174
*diluuia* 505
*diluuia uniuerſalia.* 277
*diogenes* Laertius *de* Vitis *philoſophorũ* 403
*diomedis ſocij in aues cõuerſi* 217
*diomedis ſocij* 268
*diomedea inſula* 272
*dionyſij doctrinam poſt* Bibliam *primum locum obtinere* 317
*diptami uis* 43
*diſpenſantis & ordinantis proprium* 456
*diſtributio iuſta* 518
*diſpoſitus non de neceſſitate operatur* 263
*diſpoſitiões diuerſæ quæ ad diuerſas uirtutes promouent* 619
*diſtinctiones de ſenſu cõpoſito & diuiſo quales ſint* 951
*diuinam bonitatem eſſe cauſam prædeſtiationis* 955
*diuinas perſonas de neceſſitate* Deum *producere* 919
*diuinatio ex beſtijs & inanimatis* 144
*diuinationem eſſe ueram ſcientiam* 124
*diuinandi artium finalis cauſa* 176
*diuinandi ſcientiam* Plato *adprobat* 123
*diuiſionum liber* Boetij *fol.* 679
*diuitem eſſe rapacẽ* 877
*docendi & inſtruẽdi uulgus modus* 201
*doctrina* Chriſti *ueriſſima eſt* 316

*dolor*

dolor quid poſſit 31.33
dubijs in rebus pars certior tenenda 448
dubitare quid conferat fol. 106
dubitatio eſt motus titubationis 793
ducem dedit multis animalibus 117

E

Echeneis 23
eccleſiæ determinationi ſtandum 1013
eccleſiæ fundamentũ 318
eccleſiæ indicio ſe ſubijcit autor 125
eccleſiæ catholicæ decreta 318
eccleſiaſtica Hierarchia fol. 581
Effectus cauſæ aſſimilatur magis quàm cauſa effectui 777
effigies inclinat ad mores 270
Electionis productiuum 517 & 612
electioni bonũ præſupponitur 22
electiones eſſe fatales fol. 517
electiones diuerſæ 349
electi qui ſint 981
elementa naturaliter agere 373
elementa quatuor diſparia in perfectione 610
elementa unde tranſmutentur 302
elementorum motus 421
eliſæus quomodo ad uaticinium diſpoſitus fuerit 226
eligere cuius uirtutis ſit fol. 656
eligendi & conſulendi uirtus 676
empirici cur multos ſanent 53
Ens per ſe & per accidens

dens 375
entis completiſſima latitudo 133
Errantes dirigere debent ſcientes 602
error eſt morbus intellectus 959
erroris cauſa ignorantia fol. 23
eruca tranſmutatur in papilionem 277
eryſipelas ex imaginatione curatas 80
eſſe & operationes omnium à quo ſint 635
eſſentiæ & potentiæ ſunt effectus dei 741
Euangelica traditio ex ſpiritu ſancto 653
eupraxia 990
euagoræ natiuitas 169
Excantatio efficaciſſima fol. 106
excantationis uis 32
excrementorum utilitates multæ 475
exorciſtæ 141
extatici uates 140

F

Fabulæ poetarum 201
facies hominum uariæ fol. 253
facies lupina 270
faciem mores indicare fol. 270
fantaſiam qui affectus ſequantur 31
fati definitio 524
faſcinatio 32
fatum uix euitari poſſe fol. 155
fatum quare ſuſceperit tractandum 329
fatum eſſe cauſam à qua quædam fiunt 335
fatum idem eſſe quod nemeſis 518
fatum quæ deſtruāt 527
fatum à Boetio deſcriptū fol. 635

fatum

fatum ineuitabilene ſit fol. 337
fatũ cõcernere prouidentiam Dei & liberũ arbitrium 739
fatum quibus cauſis ſit annumerandum 340
fatum & legem pugnare fol. 519
fatum apud poetas idem quod naturale 337
fatum non contrariatur ſenſui 474
fato quæ uulgus adſcribat 337
fato quod fit non neceſſario fieri 370
fato fieri quid ſit 458
de Fato uariæ opiniones fol. 337
fatui quare generentur fol. 264
fatale 346
Febris ex atrabile quartana 646
febris cholericæ acceßio nes 646
felicitas in quibus rebus poſita ſit 249
ferrea ætas noſtra eſt fol. 904
Fides ad ſanandum quantum faciat 232
fides ægri quãtum poßit fol. 51
fidei Chriſtianæ certitudo 319
fidei uiam non conuenire cum Ariſtotele 653
fidem Chriſtianam ultimis his temporibus frigere 286
figura quantum faciat ad actiones 87
figura perfectißima quæ ſit 176
figuræ artificiales an aliquid faciant ad opera naturæ 234
figurarum & numerorũ diuerſitas & natura multiplex 175

finis hominis naturalis et ſupernaturalis 952
finis primus 569
finis quare dicatur 666
finem intendens, intendit etiam ordinata ad finem 120
flagitioſorum honores et proſperitates 603
fons in Gothia omnia quæ merguntur in ipſum in lapidem uertit fol. 274
forma prima 569
formæ agentes 569
formoſitatem & dulcia uerba in amorem ducere 189
fortuna bonorum & malorum 433
fortunam cauſam eſſe indeterminatum 353
fortunam magnarum rerum architectā eſſe 156
fortuita & caſualia in quas cauſas referenda ſint 344
fulmina propellit uitulus marinus 42
fulminib. aduerſatur laurus 237
fures magnos ſuſpendere paruos 151
furoris exemplum 633
futuros euentus quæ prænuncient 165
futurorum prædictio hominib. à Deo data 497

G

Gallus quid prædicat
galli à Germanis quibus differant 649
gallorum reges ſiruma curare 48
gallinarum miri affectus fol. 30
generandi diſpoſitiones fol. 280
genius malus à Bruto uiſus 113
genitus cuiuſq; quid ſit fol. 216

genius

genius quid ſit 198
genituras hominum eſſe genios 198
gentilium opinio de dæmonibus & dijs 304
geomantiæ uanitas 172
germanorum & Gallorum diſcrimen 649
gorgon quid 275
gothiæ fons omnia in lapides conuertens 274
grandines pulſu campanarum fugari 240
gratia Dei caruerũt gentium philoſophi 937
gratias agit Deo author fol. 326
græci Barbaris olim dominati ſunt 1011
grus quare bonum ſigni ficet 170
grues quid indicent 165
gruum dux 117
gulonum appetitus 32

H

Habitus ad malum 265
haly benragel 128
heliotropium 643
herba inſaniam inducẽs fol. 181
herbæ inſaniam inducentes 267
herbarum uires 237
herbarum uis quanta ſit fol. 95
heroica uirtus quibus attribuatur 26
hiſtoria de ſene geomantico 177
hiſtoriarum utilitas 121
hiſtoriarum uſus 296
hiſtorijs gentium non eſt ſemper credendũ 104
hippomenes 180
homo parum habet de intellectu, multũ de ſenſu 265
homo medius inter Deũ & beſtias 978
homo nullus eſt qui non aliquando decipitur 661

homo poteſt in utranq; partem contradictionis 557
homo indiget magna cuſtodia 566
homo eſt animal 311
homo animalium ingratiſsimum 613
homo quare dictus paruus mundus 27
hominis præſtantia 116
hominis præſtantia 25
hominis generatio 483
homini quæ data ſint præ cæteris animalibus 117
homini qui fines ſint à deo dati 952
hominem eſſe præcipuũ inter corruptibilia 952
hominem finem eſſe omnium creaturarũ 482
hominem ſuarum operationũ eſſe cauſam 413
hominem ſolum conſultare poſſe de rebus agendis 409
hominem mari imperantem naſci poſsibile eſſe fol. 24
homines quidam ſunt ueluti dij 615
homines quidam leonibus, alij lupis ſimiles ſunt 26
homines uerè beni rariſſimi 481
hominum mutationes uariæ 270
hominum cuſtodes 198
hominum in beſtias mutatio quomodo intelligenda 268
hominum in moribus uarietas 26
hominum uariæ facies fol. 252
tartari qualem habeant faciem 263
hominum diuerſitas ex diuerſis regionib. 560
hominum ex regionibus uarijs uariæ differentiæ

ciæ 649
hominibus à natura deóque diuerſas datas diſpoſitiones 619
humana uita qualis ſit fol. 481
humana natura eſt uniuerſum quoddam 615
humanæ ſpeciei uirtutes mirabiles 25
humanæ naturæ præſtantia in quo conſiſtat fol. 491
humanæ naturæ amplitudo 27
humanã uocem bos aut ſtatua quomodo edat fol. 308
humanam rationem & autoritatem nihil poſſe contra fidem 319
humanus intellectus quomodo inſtrui poßit 306
humano intellectui incognita quæ ſint 170
humanum genus uarijs modis admonetur à deo fol. 165

I

Idea in mẽte noſtra quid poßit 30
idea diuina 35
idololatriam grauißimũ eſſe peccatorum 74
ignorantia eſt m[illegible] in tellectus 959
ignorantiam cauſam eſſe erroris 23
ignorantiam homini eſſe naturalem 513
Illuſiones 114
Imaginatiuæ uis quanta ſit 48
imagines quare non operentur ſicut olim 287
imagines in ſpeculo à longe 97
imaginationis uis 33.80
Incantamenta eſſe mulierculárum figmenta 191
incantationis modi omiſſi 217

Indeterminatio imperfe=ctionem includit 934
indiuiduales proprietates 176
ineuitabile quid 966
infans ſtatim locutus 128
infinitum non poteſt co=gnoſci 785
infinita ſecundum ſpeciē non ſunt 290
infortunium dari à Deo ut ueniat eufortunium fol. 152
iniqui natura 878
inſaniam lapides & herbæ poßũt inducere 181
intellectiuæ partis duæ potentiæ 657
Intelligentia dæmonũ 9
intelligentia ultima 611
intelligentiæ primæ ſtatũ fol. 637
intelligentiæ quomodo telligant 221
intelligentiæ primæ confectio 611
intelligentiam ſecundam depēdere à prima 637
intelligentiarum motus fol. 315
intelligentiarum uoluntas 804
intelligētias diuerſas mũdi plagas gubernare fol. 253
intelligentias bonas & malas ſingularia cognoſcere 321
intelligentias naturaliter agere 373
intellectus quomodo fit practicus 776
intellectus agens officiũ fol. 98
intellectus humanus ſubijcitur aſtris 224
intellectui benè diſpoſito materialia obedire 2
intellectus agens 685
intellect9 uolēs 689. 683
intellectus eſt intelligere & apprehendere 679

intelle=

intellectus diſcurrẽtis actio ſolius hominis 397
intellectus calliginatus fol. 602
intellectus morbi q 959
intellectũ paucos ſequi 265. uoluntatẽ producere 697. uoluntas præſupponit 705.
intellectũ & uoluntatem eſſe æquiuoca 685. eandem eſſe potentiam fol. 681
intellectio noua quomodo fiat 12
intemperata fieri omnia ex annis intemperantis fol. 651
interpretari oracula 228
Ioſeph Iſraelis filius 305
iouiales homines qui 26
Irrationalia omnia agere naturaliter 373
iris ſerenitatis ſignũ 171
iris quando non appareat 165
itali quomodo à Gallis et Germanis differãt 649
iulius Maratlius auruſpex 121
iulij Cæſaris mors 639
iulij Cæſaris mirandariũ Suetonio 155
iulij Cæſaris mortem ſignificans ænea tabula fol. 292
iuncturarum doloribus laborantes ſentiũt motum lunæ 645
iuſtus & ueridicus quomodo loquatur 661
iuſtinus hiſtoricus de Cyro & Hierone, & Habide 292
iuſticia Dei quomodo maniſeſtetur 953

L

Lædere facilius eſt quàm iuuare 71
lætitia qualẽ generet ſanguinem 52

lætitiæ effectus 33
lamiarum hiſtoria 99
langij epiſtola de ſenſu et ratione 19
lapides habentes effigiẽ animalium 274
lapides ex ligno 273
lapidum figuræ miran- dæ 129
lapidũ uariæ figuræ 136
laudandus quis ſit 487
laudem quæ mereantur fol. 618
laurus flumina propellit fol. 42
laurus aduerſus fulmina fol. 237
lauri arbores ſimul natæ cum Cæſaribus 898
lex Moyſi, & gentilium Mahumeti &c. 293
lex habet ſua tempora fol. 284
legislatorum ratio 76
lege quæ indigeãt queq; non indigeant 521
legem & fatum rationes oppoſitas habere 520
legum ſermonem eſſe ſi- milem poetarũ ſermo- ni 201
legum mutatio 283
leonina facies 270
libri multi per pontifices extirpati 208
liberi arbitrij actus non ſunt neceſſarij 654
liberum arbitrium cæcũ fol. 675
liberum arbitrium cuius uirtutis ſeu potẽtiæ ſit fol. 656
liberum arbitriũ & pro uidentia Dei fatum de- ſtruit & cõſtruit 527
liberumne arbitrium & prouidẽtia Dei p o ſint ſimul eſſe 812
libertas conſiſtit in uolun tate 657
libertas uerius ſtat in in- tellectu quàm in uolun tato

tate 678
libertas magis conſiſtit in agere quàm pati 675
limitationem eſſe à ſuperioribus 416
loqui eſſe animæ rationalis 99
lucifer 113
luciani comici materia fol. 709
luculli dictum de ſomnijs fol. 129
ludum eſſe mundanorum operationem 910
lunæ motum ſentiunt homines 643
lunatici 643
lunaris umbræ atq; luminis quis primus cauſam deprehēderit 204
lupi qui homines dicuntur 270
lupi uirgæ uires 181

M

Magus eſt lingua Perſica ſapiens 106
magi 42
magorum Pharaonis uirgæ 82
magia quando ſit ſcientia bona 74
magiæ ſpecies ibid.
magiæ abuſus 200
magia naturalis quæ ſit fol. 105
magia docet theſauros inuenire 359
magica apud Platonem quid ſignificet 106
magicam totam poſſe reduci ad cauſas naturales 98
magnetis uirtutes 125
magnetis operationi reſiſtit adamas 22
magnetis uſus ad cognoſcendam adulteram 60
magnetem ſemper uerti ad ſeptentrionem 644
mahumet ſuis gētibus uino interdixit 200

maleficiũ quomodo poſſit fieri 183
maleficiũ quid ſit 180
maleficia quid poßint fol. 188
maleficia ab intelligentijs & corporibus cœleſtibus non poſſe prouenire 216
mali cauſa non efficiens ſed deficiens 267
malitia naturalis & moralis 618
maleficiati & frigidi differentia 180
maleficiarum diuerſitas fol. 197
malum naturæ & moris fol. 877
malum uni eſt alteri bonum 262
malum naturæ 254
malum quid ſit ib.
malorum cauſæ 259
manus pars interior quæ ſigna præbeat 172
M. Bruti uita 99
marcus Syracuſanus 128
martyres in eccleſia magis celebrantur quàm confeſſores 622
martyrium 871
martyrij præſtãtia 622
marſi 47
marſilius Ficinus de uirtutibus occultis 23
martij Coriolani uita 119
mathematicis quãdo credendum 133
mathematicorum prædictiones de prophetis et uatibus naſcituris 140
mathematicorum prædictiones 121
medeæ ratio recta, operatio mala 450
medeæ inſania 633
medici animorũ ſunt philoſophi 202
medici mali puniẽdi 77
medicina ex uerbis et carminibus conſtans 1

medicinæ homines ingrati 437
medicamenta alterantia corpus 21
mēdaciū defectus eſt 316
mens hominis quib. modis impediatur & legatur 267
mentes immutatæ corpora immutant 86
mentiri Deus non poteſt fol. 316
melancholici uates 140
melancholicos eſſe uates fol. 227
mellis à cera nondum depurati odor 52
mercuriales qui ſint 26
metus quid poßit 31
metus cum auiditate exē plum 34
mineralium tractatus Alberti 23
miracula Veſpaſiani & Auguſti Cæſarum miracula 162
miracula quæ ſint 151
miracula conficta 286
miracula uera Ariſtotelē confundunt, Chriſtianam fidem ſtabiliunt fol. 315
miracula à Deo facta fol. 104
miſericordia quid poßit fol. 33
miſericordia Dei quomodo manifeſtetur 953
miſericordiæ excellentia fol. 622
mites natura 878
monſtra unde dicta 258
monſtrorum cauſæ 357. & 359
montana & animalia differre ab ijs quæ degunt in planis locis 649
moris malum 877
mores hominū ferini 270
mores uariāt effigiē ibid.
morum indicium facies fol. 270

morum

*morum uis* 271

*mortuorum ſimulachra per ſe uiuentibus adpa rere* 86

*motus quid ſit* 402

*motiuum primum* 689

*mouens primum quomo do moueat* 635

*mouens omne eſt inſtru= mentum primi mouen tis* 635

*mundi uanitas* 910

*mundi diuerſitas unde ſit fol.* 256

*muſici quid facere poſ= ſint in hominibus* 85

*mutationes rerum uariæ & magnæ* 630

*mutationum cauſæ ſunt corpora cœleſtia* 291

*mutus quomodo uocalis ſit factus* 34

N

Nabuchodonoſor 271

*natiuitatum liber* Hali *fol.* 229

*natura non deficit in ne= ceſſarijs* 168

*natura ſagax omnibus promiſit pro meliori fol.* 1012

*natura à* Deo *dirigitur fol.* 1003

*naturæ diſpoſitio & or= do* 261

*natura quale ſit princi= pium* 343

*natura de poßibilib. ſem per facit quod melius eſt* 504

*naturæ interpretes* 350

*naturæ ordo* 143

*naturale & fatum idem eſſe* 337

*naturales demonſtratio= nes à poſterioribus eſ ſe* 476

*naturales præparationes fol.* 349

*naturalium effectuũ cau ſa*

ſa 6
naturalia non ſunt in noſtra poteſtate 511
naturaliter agentia 373
nautæ in quibus certius iudicent quàm aſtrologi 164
nautis quem uſum præbeat magnes 644
necromancia 161
necromantici 42
neceßitas conſequentiæ fol. 600
nemeſis unde dicatur 518
nero uir beſtialis 899
niciæ & Craßi apud Plutarchum comparatio fol. 264
nolle & uelle non eſt in noſtra poteſtate 633
nominalium ſecta 676
numero denario quæ perficiantur 88
numerum certum natura obſeruat 175
nux arbor expoſita fulminibus 257
nuces quaſdam frondeſcere 24. die Iunij 646

O

Obiectum ſub ratione boni mouere uoluntatē hominis 633
obiectū ſe habere ut conſiliarius 672
obiectum eſſe neceſſariū pro ſpecificatiōe actus fol. 691
obiectum eſſe inſtrumentum intellectus 672
oculorum humor 105
oculos fouet Saphyrus fol. 23
odoris uis 37
odoris boni efficacia 58
odium quæ faciant 195
odium quæ inducūt 190
odioſi natura 878
odire homo etiam ſi ſæpe uelit non poteſt 654

operis

operis difficultas 326
opera cum doctrina non conuenientia 445
operum bonorum uſus fol. 957
operationes animalium perficiuntur per ſpiritum à ſanguine 49
operationes eſſe ſuppoſitorum 539
ordinari à primo mouente oportet omnia 635
oracula ex dæmonibus fol. 98
oracula cur ceſſarint fol. 282
oracula unde habita ſint fol. 132
orandum quomodo ſit 249. & 250
ordo naturæ 261
oſtenta 359
ouium pelles quas lupus occidit quales ſint 194

P

Pacis in bello apud Romanos ſignum 170
panis calidi recẽtis odor quid præſtet 52
papilio ex eruca 277
paſſiuus intellectus 98
pauper conculcatur à diuite 877
peccatum habet cauſam deficientem 745
peccatum omne uoluntarium eſſe 680
peccatum & meritum in quo conſiſtat 679
peccatum omne impediri poteſt 589
peccatum grauiſſimum fol. 74
peccati ratio formalis fol. 585
peccato uno declinato, in alterũ incurrit homo 513
peccata neceſſaria 628
peccata ſi ſunt fatalia ſunt etiam pœnæ fatales 431

peccare eſſe in noſtra po teſtate 895
peccatores plures quam ob rem 265
peccatur omittendo & committendo 504
peccandi cauſa 892
peripatetica doctrina deficiens 310
peripateticorum & Chriſtianorum conuenientia 306
perſonæ in diuinis quomodo diſtinguãtur 937
perſonarum diuinarum proceſſio 932
perſarum ſacerdotum miniſtria 314
pertinacẽ eſſe quale malum 662
petrarchæ amor 150
petronius patronus Bononienſium 215
petrus Roccabonella 573
Petrus Aponenſis 42
petendum quid ſit neſcientius orantes 250
phalangium genus araneæ 645
phalangij experimentũ fol. 898
phalangij mirabilis natura 546
phantaſtica mouet intellectum 687
phantaſtica uirtus 135
phantaſticam mouet cõmunis ſenſus 687
phantaſmata cum quantitate 135
phantaſmata unde fiant fol. 135
philoſophꝰ proteꝰ 709
philoſophi Athenis bectſi 264
philoſophi dij terreſtres fol. 53
philoſophorum ignorantia 101
philoſophorũ lucra 709
philoſophos ſemper ſuſpectos 204

philoſo-

philoſophos falſò ut im=pios criminari 250
philoſophandi genus per metaphoras 269
philoſophandi genus per ænigmata 205
philoſophiam quid red=dat ridiculam 219
phyſicorum libri octaui ſcopus 223
phyſiognomonas quos appellent 350
picus Miran. notatus fol. 266
pica tacens aliud quàm garrula 170
piorũ aduerſitates 802
piſcis ſtella 301. & 302
piſcium quorundam ad=miranda uis 42
plato nos docet orare fol. 250
plato animorũ medicus fol. 202
plato præceptor fuit Ari ſtotelis per multos an=nos 108
platonis & Ariſtotelis cõcordia 202
platonis epiſtola 206
platonis de dæmonibus opinio incerta 305
pluiſſe lanam aliquando fol. 130
plutarchus de uita Catonis Vticenſis 47
plutarchi opus de oraculis 278
plutarchi de fato dictum fol. 155
pœnæ malum 254
poeta quid 126
poetæ deorum interpretes 127
poetas naſci 125
phœnices in Aethiopia fol. 491
pompeij ſucceſſus in bel=lo aduerſus patriam fol. 429
portenta 359
potentia refertur ad a=ctum

*actum* 512
*potentia reſpicit tantum futurum* 964
*potentiam ſimilem eſſe materiæ primæ* 390
*potentiam & aptitudinem differre* 631
*practicum omne deſcendit à ſpeculatiuo* 776
*preces Aquilanorum an fugarint imbres* 214
*precum duo fines* 248
*precantatorum fraudes fol.* 55
*præces quales eſſe debeant* 239
*prædictiones uariæ* 121
*prædictiones quo uſq; ſe extendant* 132
*prædeſtinatio quid ſit, propter quid ſit, et quo modo ſit* 951
*prædeſtinatio actiua & paſſiua* 955
*prædeſtinationis conſideratio coniuncta eſt cõſiderationi de fato* 951
*prædeſtinationis cauſa fol.* 955
*prædeſtinati quid facere debeant* 957
*prægnantis auiditas* 32
*prægnantium imaginationes quid poßint* 239
*præmium quibus debeatur* 618
*præſtigiationes* 114
*præſagia Galeni* 25
*præſagia animaliũ* 164
*principis omnium ratio fol.* 635
*principes numina eſſe fol.* 152
*principum malicia facit populum malum* 901
*principia repugnãtia ſequi concluſiones repugnantes* 738
*probatio bona* 261
*proceßionem diuinarũ perſonarum eſſe neceſſariam* 932

prodigia uaria 130
prodigia 359
prodigia in Syllæ uita fol. 147
promethei fabulæ interpretatio 709
pronunciatio quantũ ualeat 85
proprietates ſequẽtes indiuiduum 176
prophetæ paucißimi 211
prophetaſſe bruta 128
prothagoras dubitauit deum eſſe 607
prothagoræ de Deo opinio 530
prouidentia Dei & liberum arbitrium ſe cõpatiuntur 564
prouidentiã eſſe cauſam rerum 789
prouidentiã Dei nihil poteſt ſubterfugere 456
prouidentiã diuinã eſſe ordinationẽ omniũ 635
pſylli medẽtur morſibus ſerpentum 47
pueri duo mira uirtute nati 46
puerorũ temperatorũ flatus 91
pugnæ in bello ſignum fol. 170
puncta mathematicalia fol. 101
purgantia oportet calore naturali præparari ut poßint operari 22
pyrrhi uita apud Plutarchum 47
pyrrhi regis pollex 233
pythagoras Athenis pulſus 204

Q

Quæſtiones eſſe æquales numero ijs quæ ſcimus fol. 337
quantitas ad actionẽ quid faciat 87
quiritia lapis 144

Ranæ

R

Ranæ ubi non coaxent fol. 152
ratio quomodo legitur fol. 267
ratio iudicatrix 385
ratio & ſenſus cuſtodes ſunt hominum 198
ratio humana non extendit ſe ad omnia 176
ratione quæ fiunt differunt ab illis quæ à natura fiunt 343
reges maximè uerendos 152
reges bonos quare Deus producat 151
reges bonos & malos dei miniſtros eſſe 151
reguli ſerpentis uenenũ fol. 42
reipub. ad corpus aßimilatio 119
reliquiæ ſanctorum quomodo faciunt ad ſanitatem 252
remora piſcis 179
reſurrectio an naturalis ſit 199
reprobati à non electis quid differant 986
reprobati qui propriè dicantur 986
reprobatio quid ſit 954
rubea ueſtis haſtæ infixa quid ſignificet 170
rudes nátura 878
rhabarbarum quomodo choleram purget 22
romanæ curiæ ſtatus 156

S

Sacerdotes cauẽdi in ſermonibus de arcanis fol. 243
ſacerdotum ſemper fuiſſe maximã potentiã 203
ſaguntinorũ excidiũ 128
ſaguntinorũ exitiũ quæ portenta præceſſerint fol. 229
ſanatio ex uotis 83

ſanandi uirtute quoſdam homines præditos 44
ſanguis in corpore quos producat effectus 50
ſanguinem bonum generat lætitia 50
ſaguinem flori & ægithi miſceri non poſſe 194
ſanguine manaſſe fontes fol. 130
ſanitas quomodo reliquijs inducatur 232
ſaphici uires 22
ſapientia Dei nos firmos reddit 653
ſapientiam Dei & mundi non cõuenire 1005
ſapientiã inducere, quaſdam herbas & lapides fol. 181
ſaturni natura & effectus 640
ſaturnini qomines 26
ſcientia quomodo dicatur certa 823
ſcientia omnis in ſe bona eſt 64
ſcientia Dei cauſat res fol. 601
ſcientiam immaterialiũ à noſtra ſcientia differre fol. 221
ſcientias fieri per additamenta 107
ſcire in ſingulari 578
ſcire propriè quid ſit fol. 357
ſcientiarum quarum ſit potiſsimũ abuſus 200
ſcientes tenentur errantes dirigere 615
ſcipionis abſtinentia 851
ſcotus 702
ſcripturæ canonicæ autoritati ſtandũ eſſe 1009
ſeleucus Mathematicus quid Othoni Cæſari prædixerit 122
ſenecæ Stoici ſententia de anima 629
ſenectus uiridis 203
ſenſus & rationis pugna

gna 414
ſenſus ſubijcitur corpo=ribus cœleſtibus 265
ſenſus exteriores mouēt cōmunem ſenſum 687
ſenſum relinquere pro=pter rationem 19
ſenſibilia quomodo in intellectum agant 17
ſentiens præſtantius non ſentiente 491
ſeptentrionē magnes ſemper ſpectat 644
ſerræ ſignum Bentiuolo=rum 289
ſerenitatis cauſa et ſignū ſol, 171
ſerpentes tangere & tractare quoſdam 48
ſerpentum mirabilia ue=nena 42
ſibyllarum & uatum diſpoſitio unde 225
ſigna futurorum euentu=um 123
ſignis exhiberi reuerentiam 287
ſilenites lapis 144
ſimulachra quot modis mittantur 157
ſimulachra in aere cur raro contingant 159
ſimulachrorum inanimatorum reſponſa 98
ſingularia à Deo cogno=ſci 328
ſingularia per ſpecies intelligere 10
ſingularium cognitio unde accipiatur 321
ſittæ auiculæ res maleficа attributa 108
ſocrates fuit materia Ariſtophani 709
ſocrati bonum fuiſſe mo=ri 261
ſol omnia opera luſtrat ſol. 139
ſomnia numinum monita eſſe 129
ſomnia interpretari 228
ſomnia matutina cur ue=riora

riora 158
ſomniorũ certitudo 129
ſomniantes & uaticinantes eſſe propinquos 228
ſpeculi uſus 57
ſphæræ cœleſtes quot ſint ſecundũ pythagorã 88
ſpecierum productio 27
ſphæricam figuram perfectißimam eſſe 176
ſpectrorum hiſtoria 99
ſpiritus in uate quomodo ſit 137
ſpiritus immundi 305
ſpiritus & ſanguinis effectus 50
ſpiritus quomodo rem optatã effingant 239
ſputum hominis irati fol. 239
ſribonius mathemat. 121
ſtatus rerum 281
ſtatuæ loco motæ 145
ſtatuas aliquando ſudaſſe ſanguineas guttas 130
ſtatuarũ miracula 146
ſtella una recipit qualitatem ab alia 641
ſtellæ ſecundæ quæ dicantur 164
ſtellæ neceſſariò influunt in originem uniuſcuiuſq; 641
ſtellas fortificari & debilitari in ſuis actionibus ibid.
ſternutamentum quale ſignum 108
ſtoici quid ſenſerint de animæ immortalitate fol. 1010
ſtoicorum opera cum uerbis non conueniũt 445
ſtrumas curare Gallorũ reges 48
ſtudioſum opus omne uoluntarium 680
ſtudioſos eſſe Dei amicos fol. 573
ſublunaria à ſuperioribus corporibus gubernari 560

ſucceſ-

ſucceſsio non eſt in Deo fol. 783
ſuffuſio oculorum 105
ſuppoſitiones 21
ſydera etiam cauſam eſſe monſtrorum 359
ſydera benigna faciũt ætatem fœlicem 650
ſyderum diuerſitas ætates facit differẽtes ibid.
ſyllogiſmus demonſtratiuus ex qua materia cõficiatur 357
ſyllæ uita 147

T

Tarantola 645
temeritas fatalis 640
tempora ſua habent omnes creaturæ 280
temperati natura 878
teſtimoniũ falſum in Deo non eſt 316
tentatio quæ bona 262
theſauros inueniendi ſcientia 359
thomas Aquinas notatus fol. 374
thomas Aquinas 602
thomæ ſcientia de reliquijs exploſa 234
thyreſiæ uaticinium qualeſit 787
torpedo 24
triuitatem diuinã ineffabilem neminem intelligere niſi ex gratia Dei 937
triſtabilia 29
troiæ excidium prædictũ fol. 155
tubarum ſonus in alto aere auditus 147
turtur quare bonum ſignificet 170
tynnichus poeta 117
tyranni carnifices 151
tyranni quare à Deo producantur 151

V

Vapor occultus 58

*uaporum & ſpirituum uis* 53
*uatinij uiſum* 165
*uaticinantes furiunt & bacchantur* 140
*uaticinantium & ſomniantium cauſæ* 228
*uaticiniũ Thyreſiæ* 787
*uatesue ſeipſos diſponũt quando uolunt* 229
*uates unde habeant quod prædicant* 139
*uates amentes* 127
*uates naſci interdũ* 124
*uatum ſimilitudo & diuerſitas* 227
*uatum cauſa finalis quæ fol.* 242
*uatum & ſimilium cauſa* 211
*uelle & nolle uoluntatis eſt* 697
*uelle & nolle unde in nobis fiat* 632
*uenerei natura* 878
*uenenum ueneno expellitur* 151
*ueneficia negare Ariſtotelem* 191
*ueneficia negat Ouidius fol.* 187
*uenefica Medea* 188
*ueneficæ quid poßint ſuis artibus* 188
*uenia qui digni ſint* 446
*uerborũ miranda uis* 84
*uerum non dicit ſemper homo etiam non mentiens* 661
*uerum uero non contradicit* 474
*uera de præſenti, & de preterito, & futuro differunt* 488
*uera inuitabilia quæ* 488
*ueritas eſt Deus* 316
*ueritas conſiſtit in adæquatione* 776
*ueritatis determinatæ q̃ ſint* 489
*uermes tranſmutantur in uolatilia* 277

*ueſpa-*

uespaſianus Cæſar quæ miracula geſſerit 96
ueſpaſiani Cæſaris miracula 152
uiciſsitudo infinita 630
uiciſsitudo rerum 904 & 905
uiſa quibus & quot modis homini appareāt fol. 163
uiolentū eſſe quod præter fatum eſt & nō naturale 337
uirga lupi 185
uirgæ in ſerpentes tranſmutatæ, ſecundū Auguſtinum 277
uirtus in abſtinentia clareſcit 261
uirtus Herotica quibus tribuatur 26
uirtutem non eſſe abſque prudentia 735
uirtutes occultæ infinitæ fol. 23
uirtutes eſſe uolūtatis & electionis 617
uirtutes occultæ rerum fol. 242
uirtutū uia difficilis 423
uirtutum & uirorum ſeminaria eſſe in homine 26
uirtutibus abuti non poſſumus 76
uitæ longioris & breuioris ſignū in manu 172
uitam quæ prolongare poſsint 51
uitellij Cæſaris exitus prædictus 122
uitellij copiæ apud Cremonam fuſæ 96
uitulus marinus contra fulmina quid poſsit fol. 42
uitula agnum enixa 149
uituperium quæ mereantur 618
ulyſsis ſocij mutati in beſtias 218
ulyſsis quidam ſocij ſunt

ſacti porci 270
unicornu recumbit in ſinu uirginis & nõ corruptæ 60
uniuerſum quoddam eſt humana natura 615
uniuerſum ad Dei perfectionem nõ facere 945
uniuerſum productum à Deo contingenter 919
uniuerſi diuerſitas 394
uniuerſi pulchritudo 69
uniuerſale quale ſit 537
uniuerſale non infertur ex particulari 114
uocatine ſimus nõ eſt dubitandum 989
uola manus pars 172
uolendo primum mouẽs mouet 635
uolitionem & nolitionẽ quæ producant 659
uoluntas & intellectus quomodo aſtris ſubijciantur 224
uoluntas intelligens 683
uoluntas an cogi poßit fol. 182
uoluntas quomodo ſit libera 224
uoluntas poteſt in actus oppoſitos 655
uoluntas & uelle idẽ ſunt in Deo 404
uoluntatẽ limitari ex ſuperioribus 407
uoluntas humana eſt merũ inſtrumẽtũ Dei 601
uoluntas quando poßit compelli 192
uoluntas paßiua 686
uoluntas hominis ſeipſum mouet 607
uoluntas agens 685
uoluntas ne aliquid cognoſcat 664
uoluntas præſupponit intellectum 705
uoluntatis primum motiuum Deus 209. defectus 254. motus à Deo 392. cauſa eſt


Deus

Deus 779. deliberantis actio 397. actus eſt uelle & nolle 679. motiuum Deus eſt 681. determinatio 746
uoluntati intellectũ ſubſiſtere 658
uoluntatem non compelli 217. eſſe dei affectum 798. eſſe adæquatam cauſam actus 779. beſtias non habere 509. intellectui imperare poſſe 795. quo pacto Deus moueat ſecundum Ariſtotelem 223
uoluntates quod moueat noſtras ignoramus 632
uoluptas ſequitur phantaſiam 31
uuas rubeas inhabitare diabolos finxit Mahumeth 200
uulgo quæ ſpargenda nõ ſint 206
uulgus cæcum 24
uulgi mos 230
uultus humani ſigna 35

Z

Zenonis dictum de fato ad ſeruum 431
zenonis rationes aduerſus motum 467
zopyri phyſiognomi hiſtoria 350
zoroaſter magicam reduxit ad cauſas naturales 98

FINIS.

## ERRATA.

*Prior numerus paginam, poſterior uerſum denotat. Pag. 2. uerſ. 22. contactu 3.3. adſcribebat, 14. 19. generaret, 31. 22. affectus, 32. 19. excantationibus 45. 21. fiant 56. 18. oculata 65. 22. munimina 80. 8. ſit 91. 24. affectis 115. 9. proteſtamur 216. 18. infelicem 219. 8. exitium 273. 12. uicinæ 301. 22. conſideranti 344. 7. ratiocinatur 388. 18. ineuitabiliter 416. 7. caſitales. ibid. 9. caſualibus: 440. 15. argumentis 468. 24. inintelligibile, 489. 24. determinatæ 515. 16. uilitatē: 611. 17. in 634. 11. quandoquidem 645. 16. periodicat 765. 26. Deo 777. dele priores tres uerſus. 785. 26. conculcat 884. 18. paribus. 885. 12. doleret 943. 24. factum, 999. 14. competente.*

# PETRI Pomponatii Mantuáni, ad excellentiſſimum medicum phyſicum Mantuanum cómpatrem ſuum, epiſtola.

SIGNIFICASTI MIhi per literas tuas, cũ duorũ puerorũ quorũ alter morbo ueluti eryſipilate laborabat, alter uerò in ignẽ inciderat, medẽdi curam ſuſcepiſſes, quendam ſuperueniſſe qui hos pueros ſolis uerbis & carminibus nulloq́; alio uſus ingenio liberauerit: addisq́; alium fuiſſe, cui ferrum infixum erat, quod nulla medici arte euelli ualuit, ab eodem tamen eademq́; ratione euulſum fuiſſe. adiungis quartũ miraculum, inſtrumentum quo utimur in ſecernẽda farina, quod uulgo tamiſium appellant, ſolis uerbis ab eodem fuiſſe

*Scribendi operis huius occaſio.*

motum. cumq́ præcãtator iſte uixiſſet, quem quæritis: pueros teneros in uaſe uitreo inſpexiſſe uarias perſonas. Quæ cũ tibi præter naturæ ordinem uiderẽtur, rogaſti me ut quid de hoc ſentiam, aperiam: præcipueq́ quid ad hoc ueriſimiliter Peripatetici dicere poſſent. Scribis ulterius, aſſentiam'ne tribus legibus Dæmones introducẽtibus, nihil eſt profectò quod dubitemus, quãdoquidem apertiſſimum ſit hos mirabiles effectus per Dæmones ipſos fieri: non minus & aperta eſt ſolutio apud Auicẽnam, cum ponat intellectui benè diſpoſito & à materia eleuato, omnia materialia obedire Quare, pluuiæ, grandines, & reliqua huiuſcemodi ab humana anima fieri poſſunt. Verùm utrumuis horum Ariſtoteli manifeſtè aduerſatur: nam neque Ariſtoteles admiſit dæmones, ueluti leges affirmãt, neque aliquid agens ſine contractu poſſe agere exiſtimauit, ueluti ad Auicennæ poſitionem ſequitur: Quare nulla reſpondendi uia Peripateticis uidetur eſſe relicta. Dicis quoq́ ulterius, te quãdam reſponſionem aliàs à Petro

Trapo-

Trapolino Patauo cõmuni noſtro præceptore audiuiſſe, quam tamen ipſe Alberto ſcribebat, uidelicet uerba & characteres eſſe inſtrumenta corporum cœleſtium, quare huiuſcemodi horum uirtute tales effectus poſſe producere, non eſſe impoſſibile. Verùm, addis hoc tibi minimè placere, tum quoniam omnia talia uerba & tales characteres conſimiles effectus producere poſſēt, quod minimè uerum eſt: tum quia non apparet quid & quomodo corpora cœleſtia in talia uerba & characteres imprimere poſsint pro talium effectuum productione. Et cadit quæſtio an ſemper ſic imprimant, aut ſolum aliquando: nõ enim ſemper, quoniam hoc eſt experimentũ: ſed ſolum caſu. Amplius, uoces per ſe ſolum immutant auditum, hic autẽ immutatur ſenſus tactus, cum ſanetur aut infirmetur. Signa quoque ſunt quantitates, aut qualitates in quantitate, quorum nullum eſt agens per ſe, ut dicit Commentator in quarto Phyſicorum. quam igitur actiuitatem poſſunt habere? erit igitur aliquid alterum,

cuius uirtute hoc fieri poſſit, quæ (ut di-
cit) inprimitur à cœleſti corpore. quæ er-
gó ſit prima uirtus patet. Si hæc fierent
à corpore cœleſti, uerìſimile eſt quòd
non ſecundum quancunque diſpoſitio
nem & ſitum corporum cœleſtium hæc
fierent, ſicuti apparet de cęteris effecti-
bus eorum: nam non ſecundum quan-
cunque diſpoſitionem & ſitum luna fa
cit fluxum & refluxum. Verũ uidemus
tales homines in omni tempore talia o-
perari: non igitur hæc fiunt ex influxu
corporum cœleſtium. aliter noſtrum eſ
ſet uirtutes cœleſtiũ reducere ad opus,
& eas retrahere: quandoquidem in no-
ſtra poteſtate ſit uoces proferre, & illa ſi
gna facere. hoc autem non uidetur ueri
tati conſonare. Quare magna ſupereſt
dubitatio Peripateticis, ut tibi uidetur,
Vir clariſsime, rem & laude & tuo inge-
nio dignam petijſti, certé humeris meis
longè imparem: etenim cum de his aut
parum aut nihil Ariſtoteles uerba habu
erit, difficile eſt quid ipſe ſenſerit uelle in
dicare: adde, cum multi hoc facere tēta-
uerint, ridiculi habiti ſunt. Quare, uere-
ro ſi

or ſi ego hoc tentauerim ne temerarius habear, & forte ridiculoſior eis fiã. Verũ cum tua amicitia apud me nihil aut ſanctius aut antiquius ſit, quanquam tantũ diſcrimen ſubeam, ne iura amicitiæ uiolare uidear, tibi morem geram. Quòd ſi rei non ſatisfecero (ut uereor) nõ parum mihi erit petitioni tuæ ſatisfeciſſe: non enim poſtulas tibi aperiam quid Ariſtoteles ſenſerit, (hoc enim fortaſsis uires noſtras ſuperat) ſed quid Ariſtoteles ſenſerit, quod noſtrum exiſtimem, pro poſſe aperiam. Vale,

Bononiæ 24. Iulij Anno M.D.XX.

*Finis epiſtolæ.*

# PETRVS

## Pomponatius de naturalium effectuum cauſis, ſiue de Incantationibus.

*Caput primū, in quo nōnullæ dubitationes adducūtur aduerſus ponentes tales effectus à dæmonibus fieri.*

Nos igitur tuæ petitioni ſecundū vires noſtras ſatisfacere cupientes, dicemus in primis, nos tecum ſentire, uidelicet quòd tutior reſponſio eſt data ſecundum leges, & maximè ſecundum Chriſtianam: quanquã Peripatetici in aliquibus euadere uideantur. nō tamē in omnibus, veluti in ſubſequētibus oſtendemus: videt̄ enim neceſſariū quod omnino dæmones habeamus ponere nō ſolū ex decreto eccleſię, verū etiã ut ſaluemus multa experimenta: Sed de hoc infra. Quoniam tamen petis quid de hoc Peripatetici ſentiant, dicam tibi quid de

*Neceſſariò eſſe dæmones.*

quid de hoc opinor: Et primò cur negēt hoc fieri à dęmonibus poſſe. Et prætermiſſis vniuerſalibus rationibus quibus negantur dæmones (quoniam illę non ſunt ad propoſitum) tres in pręſentiarū mihi videntur etiam pręcipuæ, quas ex inuentione noſtra formaui: Prima itaq; & præcipua eſt hæc: Si dæmones talia operantur, hoc quidem fieret intelligendo & volendo, quoniam artifex intelligit & vult effectum quem per ſe producit: ſed nullus videtur eſſe conueniens modus quo dæmon talia poſſit intelligere & velle: quod ſic probatur. Quoniam ſi A dęmon (exempli gratia) intendit ab iſto, vt pote Socrate, euellere ſagittam infixam quæ ingenio medici nō potuit euelli, oportet ipſum dæmonem & intelligere Socratem & hāc ſagittam & ea quæ requiruntur ad talem curam omnia, quę ſunt ſingularia, quoniā primo metaphyſic. Actus & operationes ſunt ipſorum ſingularium. quomodo igitˀ dęmō talia ſingularia cognoſcit? aut agitˀ per ſpecies, aut per eſſentiā ipſiuſmet dęmonis, aut alterius à dęmōe: primum

*Prima ratio pro negātibus dæmones dari.*

ſmum non uidetur poſſe dari: quoniam quod ſic intelligit per eſſentiam ſuam, illud intelligens aut eſt cauſa rei intellectæ, ueluti omnes ponunt de Deo, qui omnium eſt cauſa, & omnia intelligit: imò Cõmentator 12. Metaph. cõment. 51. hoc aſſerit de omnibus intelligentijs per comparationem ad ſuos effectus rei intellectę, ueluti penes illos qui tenent intelligẽtiam inferiorem per eſſentiam ſuam intelligere ſuperiorem, quoniam effectus eſt ſuperioris, ueluti author de cauſis & Albertus affirmant. Verũ neutrumuis dari poteſt in propoſito: neq; enim intelligentia quę eſt dæmon, eſt effectus ipſorum inferiorũ, ut de ſe notũ eſt: neq; cauſa, & maxime ſecundum aſſerentes dæmones: quoniam tantum applicant actiua paſsiuis, & non res ipſas creant. Si uerò detur quod intelligat dæmon per eſſentiam diſtinctã ab ipſo dæmone, nulla eſt uerisſimilitudo, quod iſta ſint ipſæmet res intellectę, ueluti etiã quidam finxerunt, utpote quod dęmon intelligit Socratem per ipſammet eſſentiam Socratis. Verũ iſtud penes me eſt in intel

*Singularia quot modis intelligantur.*

in intelligibile,& eſt fictio ſupra omnes fictiones: quomodo enim res materialis poteſt eſſe intellectio & forma intellectus? quod ſi detur quòd Socrates ſecundum eſſe immateriale eſt forma intellectus, uerum tale eſſe Socratis non eſt, niſi ut exiſtit in immateriali productiuo, utpote in Deo, uel in intelligentia mouente cœlum,uel ut repræſentatur per ſpeciem intelligibilem,quorum nullum eſt eſſe reale Socratis. Præterea Socrates ſecundum eſſe ſuum immateriale,eſt uniuerſale:uniuerſale autē non magis repræſentat hunc quàm illum: quare ſic omnia repræſentarentur,& intelligerentur. Cum autem & præterita & præſentia & futura intelligant, ſic & infinita intelligerent dæmones. Amplius, quoniam nō magis iſte dęmon hęc intelligeret quàm quicunq; alter:quare aut omnes æqualiter effectū iſtum producerent, (quod non dicunt) aut nulla rationalis cauſſa poſſet aſsignari quare magis iſte quam alter. Et nō minus iſta uidentur ſequi, ſi etiam dæmon talia intelligat per ſuam eſſentiam, ut ſatis no-

tum eſt. Quare nullo modo uidetur quòd dæmones iſta ſingularia intelligant, ſiue per eſſentiam ſuam, ſiue per eſſentiam rerum ſingularium intellectarum, neq; per eſſentiam aliarum rerum diſtinctam ab ipſis dæmonibus: quandoquidem illæ aliæ res non habent eandem communicationem cum dæmonibus, ut poſsint eſſe eorũ intellectiones: relinquitur igitur ſi dæmones intelligunt talia ſingularia, quod per ſpecies intelligant, ut communis uia uidetur aſſerere. Verùm & iſtud non uidetur poſſe ſuſtentari, quoniam aut intelligerent per ſpecies congenitas, aut de nouo acceptas: ſi per congenitas, aut igitur uniuerſales, ut pote quo per ſpeciem hominis diſtinctè omnia ſingularia cognoſcerent, & ſic de aſino & quibuſcunque alijs ſpeciebus: aut ſecundum alterum & alterum indiuiduum, alteram & alteram ſpeciem haberet. horum primũ non uidetur poſſe aſſingnari, quoniam ſi per unam & eandem ſpeciem ut pote hominis, omnia indiuidua cognoſcerent, uel igitur ſimul omnes cognoſcerent,

*Quod Dæmones nõ intelligant ſingularia per ſpecies.*

rent,

rent, & ſic infinitum cognoſceret diſtinctè, quod non uidetur poſſe admitti: Sic enim dęmon infinities infinita cognoſceret, cum ſint ferè infinita ſecundum ſpeciem, & ſecundum unamquamque ſpeciem infinita indiuidua, cum non magis pręſentia quam pręterita & futura cognoſcat. Si uerò per talem ſpeciem uniuerſalem ſolum aliqua ſingularia cognoſcat, non eſt reddere cauſam rationabilem cur cum ſpecies illa uniuerſalis æqualiter ſit omnium repręſentatiua, magis repræſentet unum quàm alium: niſi fortaſsis dicatur quòd ſpecies illa tantum repræſentat ſingularia quæ ſunt: quod tamen rationabiliter non uidetur dici poſſe: primò quidem, quoniam cognitio dęmonis de Socrate, non eſſet quid abſolutum, ſed quid reſpectiuum, eademque cognitio inciperet & deſineret eſſe in dęmone, ueluti alicui incipit & deſinit eſſe ęqualitas & ſimilitudo & uniuerſaliter omnis relatio, quę poteſt alicui euenire ex ſola tamen relatione facta in alio. Vnde dęmonem cognoſcere Socratem, eſſet perinde ac ſi Socrates fieret æqualis

lis Platoni, nulla mutatioue facta in Platone, quòd minimè dici poteſt: Nam æqualitas nullum abſolutum dicit, neq; aliquid reali ſuperaddit qnantitati: quod ſecus facit cognitio Socratis. Eſt enim aliquid reale, & aliquid abſolutum. Oportet enim ſi aliquod de nouo intelligat ab aliquo, quod ei qui intelligit, aliquid de nouo adueniat: poſſet tamē aliquis de nouo aliquid intelligere, eſſe uerum in intelligente adueniente, ſed hoc tantum in re extra: vt intelligente me prius te ſedere, te non ſedente: & poſtea te ſedente idem intelligere, haberē tunc nouam intellectionem ueritatis, nulla re in me acquiſita. Sed de intellectione minimè uerificari poteſt: Veritas enim primo eſt reſpectus intellectus, & non intellectio: ut ſatis notum eſt. Præterea, ſic præterita & futura à dęmone non intelligerentur, quod falſū eſt, neq; ab eis conceſſum, quandoquidem & ſecundū ipſos & ſecundum ueritatem, præterita memorantur, & futura prædicunt: niſi quis etiam fingat dæmones habere diſcurſum. Quare relinquitur quod dęmō

*Quomodo noua intellectio fiat in aliquo.*

per ſpe-

per ſpeciem vniuerſalem ſingularia nõ cognoſcat. Si igitur ponatur quod ſecũ dũ vnumquodq; ſingulare quod à dæmone intelligitur, propria habeatur ſpecies: aut igitur omnium ſingulariũ ſpecies cõgenitas habet, aut ſolum aliquorum. Si primum, certè multa uidentur ſequi incõmoda. Primò quidẽ ſic acta infinita diſtinctè ab uno quoq; dæmone intelligerẽtur, vt de ſe notũ eſt, quod non videtur poſsibile. Amplius in eodem ſubiecto eſſent infinita eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſsimæ & abſolutæ. Præterea ferè nullus antiquorũ poſuit quod ſpecies ſingularis materialis ſit in noſtro intellectu, quando minus in ipſis intelligentijs? Conſimiliter dicatur ſi detur quòd ſolum aliquorũ ſingularium dæmon ſpecies habeat, nã tunc ſpecies ſingularis ſolum repręſentata eſſet in intellectu immatẽrialium: & non videtur rationabilis cauſa quare aliquorum ſic, & aliquorum non. Et eſto quod ſpecies Ciceronis non fuiſſet ſibi cognita, non poſſet intelligere Ciceronem: & ita non procurari poſſet ſanitas per præcantationem,

onem, quod non videt̃ uerisimile: quã-
doquidem iſti præcantatores omnibus
promittant ſanitatem. Supereſt igitur:
ſi dęmõ ſingularia cognoſcat, quod co-
gnoſcat per ſpecies nõ congenitas, ſed
de nouo receptas. Vel igitur iſtæ ſpeci-
es generantur in intellectu dæmonum
ab ipſis dęmonibus, aut ab aliĳs. nõ eſt
fingere quod ab ipſis: quoniam nullus
videtur modus ſic rationabilis generan
di ſpecies, quoniam generatentur aut
per cognitionem præcedẽtem, aut ſine
cognitione: non primum, quoniam nõ
eſt fingere quæ ſit illa præcedens cogni
tio, quæ talem ſpeciem generet, tũ quo-
niam neq; vniuerſalis cognitio, quoniã
vniueſale non magis reſpicit vnum ſin
gulare quam alterum. quare aut omnia
ſingularia generares, aut nullum ſingu-
lare, quę dici non poſſunt in propoſito:
neque cum ſingulariter cognitis, quo-
niam eadem caderet quęſtio, videlicet,
quomodo deueniſſet in cognitionẽ ta-
lis ſingularis: tum quoniam talis cogni-
tio vel eſſet abſtractiua, vel diſcurſiua,
quorum nullum videtur eſſe dicendum
in omni-

*An dæmon per ſpecies de nouo acceptas cognoſcat.*

in omnino abſtractis à materia: tũ quæ eſſet illa cognitio, quæ determinatè generaret, vt pote cognitionem Socratis? non enim omnis cognitio indifferenter uidetur generare talem cognitionem. Et certè niſi fingẽdo dari poteſt quæ ſit illa. Relinquitur igi͞t, quod ſine cognitione præcedente: & ſic naturaliter generaretur. Et tunc circumſtant difficultates, quas non leue eſſet ſoluere: vt puta, Quare magis nunc quã prius, et quare magis iſtius quàm illius? & quare magis in iſto dæmone quàm in illo? eſſent etiã vniuerſaliores difficultates, vt quomodo intelligẽtia de nouo accipiat, cũ videatur per authorem libri de cauſis, eſſe plena formis? quomodo etiam poſſit agere in ſeipſam? quæ quoniam vniuerſalia ſunt, relinquamur, ne proprios terminos videantur tranſcendere. Supereſt igitur, ſi tales ſpecies de nouo recipiant, quod ab alijs recipiant: quæ iſta igitur ſunt? aut igitur ipſa fuerunt materialia quæ de nouo intelligũtur, ut multi dixerunt: aut aliqua immaterialia. Si detur ſecundum, eſt valde difficile intel

ligere

ligere quid ſit illud, & quomodo fiat illud. nam aut omnia immaterialia faciũt talem actionem, aut nõ omnia: & quouis dato, ſtant vndique anguſtiæ: nam ſi omnia, ſuperuacanea eſſe videtur actio quandoquidem unum ſufficeret. Amplius aut omnia immaterialia eandem ſpeciem inducerent, aut vnumquodq; propriam. Si prima, omnes præter vnã ſuperfluæ erunt: & quæ eſt illa quæ ſupereſſet, cum omnes ſint ęquales? Si uerò omnes ſubſtantiæ immateriales concurrerent ad cauſandam ſpeciem, ſicut multi nauim trahentes, tunc nullus illorum de per ſe eſſet potẽs, quod videtur ridiculum: quandoquidem una albedo poteſt cauſare ſpeciem albedinis, quando igitur magis in immaterialibus etiã modus ille producendi eſſet valde dubius? quoniam cauſa immaterialis determinatum non producit effectũ niſi limitetur: & quęro de limitatione, & nõ videtur fingibile quid ſit illud. Quòd ſi quis propter hęc dicat alteram partem, videlicet quod ab ipſis materialibus producantur, vt pote quod Socrates in dęmo-

dæmone producat ſpeciē Socratis, veluti hæc albedo in oculū producit ſpeciem ſui,& ſic de reliquis, quod multi dixerūt, adhuc nō uidetur ſatisfacere. Primò, quoniam ſenſibilia non agūt intellectum noſtrum niſi prius agant in ſenſus, imò neq; prius in media, vt ſecūdo de anima dicitur, & ab Auerroē ibi aſſignatur ratio: & in lib. de memoria & reminiſcentia. quanta igitur ipſa materialia minus agere poterunt in intellectus penitùs abſtractos? oporteret etiam in abſtractis ponere intellectum agentem & paſſibilem, & quòd de nouo ipſa intelligentia immutaretur. Amplius an omnia ſenſibilia agerent in dæmones, an aliqua ſic & aliqua non? quod ſi quiſquam vtrunq; vel alterum det tantum, abſurda uidentur ſequi. Si enim omnia agunt æqualiter, infinitæ ferè generabūtur & corrūpentur in intellectu dæmonum, cum ſemper fiat generatio & corruptio: ſi verò aliqua determinatio? prętere a quomodo dæmones audiunt noſtra verba, vident noſtras imagines, ſentiūt noſtra ſigna? certè non leue eſt mo-

*Quomodo ſenſibilia in intellectum agant.*

dum aſſignare. Ad hæc, cur magis iſte dæmon quàm ille? cum ſit innumerabilis illa multitudo? neq; eſt fingere quod omnes hoc faciant veluti ſuprà dictum eſt. quare cõcludentes primã rationem, dicamus, quia ſi dæmones talia operari non poſſunt niſi uolentes, & non uolũt niſi intelligant: non poſſunt autem intelligere niſi ſecundum aliquem modorum aſſignatorum, nullus autem illorũ modorum videtur poſſibilis in dæmonibus, igitur dæmones talia operari nõ poſſunt, quod erat prima ratio. Secunda ad idem eſt, quoniam ſecundum aſſerentes talia fieri à dæmonibus, dæmones ipſi, exempli gratia, ſanitatem non inducunt immediatè alterando, ſed applicando actiua paſſiuis, ut etiam uidetur eſſe ſententia Auguſtini 3. de Trinitate, & in pleriſq; alijs locis: Ex acumine intellectus & ex longa experientia multa nouerunt, quę humanus animus tum ex hebetudine intellectus cognoſcere non poteſt, tum ex paucitate experientiæ, cum parum uiuat. Et pręter hæc materialia obediunt dæmonibus ſecundum

*Primæ rationis concluſio.*

*Secunda ratio.*

*Vnde noſcant tanta dæmones*

dum motum localem, tantum quãtum diuina uirtus permittit: quare cognoſcentes dęmones huiuſmodi medicamina, aſportant ea, & applicant ipſis infirmitatibus unde poteſt ſequi ſanitas. Verũ iſta uidentur incredibilia, primo quidem, quoniã iſta medicamina ſunt corpora, ſunt enim uel herbæ, uel ſuccus, vel lapides, uel aliquid huiuſmodi, quę ſunt uiſibilia, & ut in pluribus odorabilia: mirum autem uidetur quod non uideantur, & ſenſu olfactus nõ percipiantur, imò, ex quo tanguntur vulnera, nõ ſentiantur ſenſu tactus: ſi enim muſca carnibus noſtris adhæreat, illico ſentimus. Amplius quomodo illa medicamenta ſunt tã pręſtò ipſis dęmonibus, ut quaſi ſubito trãsferantur ab ultimo oriente in ultimũ occidentem, uel econtrà? uel igitur dæmones ſecũ ferunt pyxides aut peras aut ſacculos plenos emplaſtris et ſuccis, ueluti chirurgi & pharmacopolę: quod ſi ſic eſt, mirũ eſt quod ab omnibus non uideantur, niſi dicantur dęmones etiam ſenſus noſtros faſcinare. Tertiò, quoniam per cauſas natu-

*Vt noſcas unum eſſe relinquere ſenſum propter rationem, uide etiam epiſt. 38. Io Langij.*

rales nos poſſumus huiuſmodi experimenta ſaluare, necꝫ eſt aliqua ratio cogens hęc per dęmones operari: Ergo in uanum dæmones ponuntur: ridiculum enim & omnino fatuum eſt relinquere manifeſta, & quę naturali ratione probari poſſunt, & quęrere immanifeſta quæ nulla ueriſimilitudine perſuaderi poſſunt. hoc autem in ſubſequentibus oſtendetur, cum ad has rationes in ſubſequentibus reſpondebimus.

*Caput ſecundum, in quo quædam ponuntur dubitationes circa opinionem Auicennæ.*

SCribis adhuc etiam poſſe reſpondere ſecundum opinionem Auicēnę, ſed hanc eſſe damnatam ab omnibus. Ego quidem exiſtimo hāc opinionem eſſe falſam, & præcipuè quoniā orthodoxa eccleſia eam damnat. Verùm, nos ſubijciendo dictis Peripateticorum, credo efficaci ratione eam conuinci non poſſe, necꝫ perſenſata poſſe impugnari, & fortaſsis (quod pertinaciter non affirmo)

mo)

mo) non repugnat ſententię Ariſtotelis opinio Auicennę.

*Caput tertium, in quo quædam ſupponuntur pro uia Peripateticorum.*

SEd quoniam non petis à me quid leges dicant, uel quid ſenſerit Auicēna, ſed quid uériſimiliter exiſtimem de hoc Ariſtotelem ſenſiſſe: ideò cupiens tibi in hoc morem gerere, priuſquā ad formalem rationem uel dubiorum ſolutionem deueniamus, primò ſecundum Peripateticos uolo ſupponere quędam ex quibus poſtea ſatis apertę poterunt ſingillatim reſponſiones patêre ad vnūquodq; dubiorum. Supponamus itaq; primo, herbas, lapides, mineras, extracta à diuerſis animalibus, & vniuerſaliter omnia quæ concurrūt ad artē medicam, imò ad omnes ferè operationes humanas, corpora alterare, aut immediatè per qualitates manifeſtas manifeſtè alterando corpora in qua agunt, aut mediatè alterare, quoniam conuertuntur

*Prima ſuppoſitio, quot modis medicamina corpus alterēt.*



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

in uaporem, quæ ſic conuerſa poſtea alterant corpora, aut aliquando alterare per occultam alterationem & inuiſibilem. Exemplum primi, ſicut ignis calefacit, aqua frigefacit & conſimiliter faciunt multa compoſita ex elementis, ſiue ſint ſimplices medicinę ſiue compoſitę ſecundum modum loquendi medicorum. Exemplum ſecundi, ſicut rhabarbarum non purgat choleram niſi actuatum fuerit per calorem naturalem, & in uapores conuerſum fuerit. Exemplum tertij, ſicut magnes attrahit ferrum neq; per qualitatem unā de primis, neq; per unam de ſecundis, neq; quoniam magnes uertatur in uaporem, ſed per qualitatem inſenſibilem quę ignoratur, ſicut docet quotidiana experientia: & conſimiliter apparet ferè in infinitis: hæc ſuppoſitio non indiget probatione, quoniam ab omnibus uniuerſaliter conceditur.

*Secunda ſuppoſitio, quæ et quot agant à proprietate occulta.*

Supponitur ſecundò, non unū tantum genus eſſe eorum quæ operantur ſecundum tertiū modum, imò ferè infinita. Nam Magnes attrahit ferrū: Adamas reſiſtit eius operationi: Saphirus fugat

fugat anthraces, oculos fouet: & ſunt fere infinitæ uirtutes occultæ, de quibus Albertus in ſecũdo mineralium tractatu 2. cap. primo, 11. 17. & alibi multa & mirabilia dicit: multaq́ alia ſunt cõnumerata à Marſilio Ficino capite primo, libri quarti Theologiæ Platonis. Et qui vult hæc accumulatim exquirere, uideat Pliniũ & doctores ſcribẽtes de ſimplici medicina. Suppoñr tertio, quod aliquando aliqui habẽtes cognitionem iſtorum ſic operantium ſecundum tertium modum, inducũt aliquos effectus, quos vulgares uidentes & neſcientes reducere in cauſam, (quoniã inſenſibiliter operetur huiuſmodi cauſa) credũt talia fieri aut à Deo, ut ab Angelis, aut à dæmonibus, & exiſtimant homines ipſos talia operãtes habere familiaritatem cum angelis uel cũ dæmonibus, & multotiens habere locutionem cum eis, qui tales homines de rebus multis inſtruãt ipſisq́ multa prædicãt. Vnde ſi quis uideret Echeneidem de genere piſcium ſemipedalis lõgitudinis, detinere nauim ducentorum & amplius pedum cũ ſuis arma-

*Tertia ſuppoſitio, uulgarium erroris cauſa, eſt ignorantia.*

*Echeneis.*

armamentis, nõne exiſtimaret hoc fieri vi dæmonum, aut diuina uirtute? quis ſi eundem piſcem, eandem nauim detinere uideret undiq; uentis & remis impulſam, non negaret hoc ui naturali minimè fieri poſſe? Quis, ſi lanceam à piſce

*Torpedo.*

Torpedine tactam digito attingeret ac in ſtuporem incideret, hoc ex natura piſcis factum exiſtimaret? cum ibi non appareat modus talis effectus? & tamen hæc ueriſsima ſunt & experta, ut 24. libro de animalibus refert Albertus ex ſententia Plinij & aliorum grauiſsimorum authorum. Reperiuntur etiam herbę & lapides pluuias & grandines prouocantes, & aliæ appoſitę eas repellentes, ut ijdem grauiſsimi authores teſtantur.

*Vulgus cæcum in iudicando.*

Quare ignauũ & prophanum uulgus & rudes homines quod non norũt fieri per cauſas manifeſtas & apparentes, in Deum uel in dæmones referunt: nec hoc contingit ſolummodo fieri circa tales operationes, uerùm & circa actus prudentiæ & ſapientiæ, ipſarumq; artium. Doctiſsimus enim uir & ſanctiſſimus Boëtius (ut de ſeipſo refert primo

*Boetij ſapiẽtia*

de Con

de Cõſolatione) ob admirabilem eius ſcientiam hac nota non caruit: Exiſtimatum enim eſt ipſum habere cõmertium cum ſpiritibus immũdis. Galenus quoque medicorum princeps, cum multa ex ſcientia medicinæ, quæ antè ægroto contigiſſent dicere ſciret, & futura prædicere, creditus eſt hoc ex arte dæmonũ facere, quemadmodum de ſeipſo refert: & ſic de infinitis fermè alijs contingit. *Galeni præſagia.*

Quartò ſupponitur, quod ſicut in herbis, lapidibus, & animalibus inueniuntur tales & tantę diuerſæ uirtutes: ita in tota ſpecie humana non repugnat reperiri conſimiles uirtutes, ſit quod aliqui participent de natura unius herbę, aliqui uerò alterius: & ſic dicatur de cæteris. Suppoſitio ſic perſuadetur, nam cõmuni omnium conſenſu homo eſt medius inter æterna, & generabilia & corruptibilia: & non tantùm ponitur medium per horum excluſionem, uerùm & participationem. Quare participare poterit de omnibus extremis: et ſic aliquis homo aſſimilatur uni extremorum, aliquis alteri. hoc idem experimento manifeſta- *Quarta ſuppoſitio, in humana ſpecie reperiri mirabilia.* *Homo quid ſit*

*Virtutum & uitiorum ſemi-naria ſunt in homine.*

niſeſtatur: nam ſecundo Ethicorum, & in ſeptimo eiuſdem, quãquam uirtutes & uitia non ſunt nobis profecta à natura, ſunt tamen in nobis horũ ſeminaria. Vnde aliqua homines naturaliter inclinantur ad unam uirtutem uel uitium aliquod, aliqui uerò ad oppoſita ſiue ad alias. Quare iuſsit Plato & approbat Ariſtoteles, ut pueri artes & ſcientias diſcant ad quas ſunt inclinati, aliter aut nũquam proficiẽt, aut parũ. hinc eſt quod aliquos uidemus ut Deos, aliquos ut beſtias, aliquos uerò homines tãquam inanimatos. Quare, ſecũdo Ethicorum uirtutẽ heroicam attribuit hominibus qui multum de diuino participant: beſtialitatem hominibus qui multum beſtijs appropinquant. Et quotidiana experientia docet hoc: nanq; aliqui homines dicuntur Iouiales, aliqui Saturnini, aliqui Mercuriales, & ſic de cæteris, ſecundum quod in proprietatibus conueniunt cum illis. aliqui ſicut leones, aliqui ut uulpes, aliqui ut lupi. Quare Albertus in primo ſuo de animalibus ex ſententia approbatorum phyſionomorum

*Pueri quando in ſcientijs aut artib. proficiãt*

*Hominum magna uarietas in moribus.*

rum & philoſophorum dicit, quod homines in membris aſsimilantibus animalibus gerũt naturam illius animalis. unde homo dictus eſt paruus mundus, quoniam tota natura tã ſuperorum quã inferorum, in natura humana eſt comprehenſa: quamuis & ob alias cauſas ſic nuncupetur. Suppoſitio itaq; eſt conſonans rationi & experimento. Quintò ſupponitur ex tertio de anima, quod anima ſenſitiua cum recipiat ſpecies omnium ſenſibiliũ, quoquo modo eſt omnia ſenſibilia: & intellectiua omnia intelligibilia. Quare cum omne quod eſt, aut ſit ſenſibile aut intelligibile, humana anima cum utrunq; comprehendat, ſenſum uidelicet & intellectum, ipſa erit omnia: Eſt enim ſenſus in actu, ſenſibile in actu: & intellectus in actu, intelligibile in actu, totũ patet ex tertio de anima. Supponitur ſextò, quod quantũcunq; ſenſus in actu, ſit ſenſibile in actu, & ut ſic ſolum ſecundum eſſe ſpirituale & non reale: (Vnde ſecundo de anima, oculus uidens colorem dicitur coloratus ſpiritualiter, & non realiter; & deſiderans

*Homo cur paruus mundus dictus.*

*Quinta ſuppoſitio, anima quomodo ſit omnia.*

*Sexta ſuppoſitio. Specierum productio.*

derans dicitur ipſum deſideratũ: & in‑telligens ipſum intellectũ, eodem mo‑do,ſcilicet ſecundum eſſe ſpirituale) ni‑hil tamẽ prohibet, imò eſt neceſſarium, quod ipſa ſpecies ſpiritualis realiter pro ducat rem cuius eſt ſpecies,ſi agens fue rit potens, & paſſum bene diſpoſitum. Suppoſitio manifeſtatur & auctoritati‑bus & experimentis, ratione quoq; per ſuadetur: authoritate quidẽ, quoniam Ariſtoteles in libro de motibus anima‑lium ſecundum communem numerati onem commento 6. ſic ad literam dicit: Alterant autem phantaſiæ & ſenſus me ditatiões.id eſt, ſenſus enim ſtatim ſunt alterationes quædam exiſtentes:phan‑thaſia autem & intelligentia habent re‑rum uirtutem:aliquo enim modo ſpeci es intellecta calidi & frigidi,aut delecta bilis aut triſtabilis, talis exiſtit qualis quidem & rerum unaquæq;. Propter quod tremunt & timent intelligentes ſolum: hæc autem omnia paſsiones & alterationes ſunt: alteratis autem in cor pora hæc quidẽ maiora, hæc autem mi‑nora ſunt:quòd autem modica permu‑

tatio

tatio facta in principio, multas & magnas faciat differentias, deinceps non im manifeſtum eſt, uelut gubernaculo ſecundum aliquid modicum tranſpoſito, magna pro re fit tranſpoſitio. Adhuc autem ſecundum caliditatem aut frigiditatem, aut ſecundum aliquam talem paſſionem cum fiat alteratio extra cor, et in hoc ſecundum magnitudinem in ſenſibili parte, multam facit corporis differentiam in ruboribus & palloribus & tremoribus & horum contrarijs. Principium igitur (quemadmodum dictum eſt) motus, quod in operabilibus perſequibile et fugibile: ex neceſsitate autem conſequi meditationi & phantaſiæ ipſorum caliditas & frigiditas. Triſtabile enim fugibile, delectabile autem perſequibile. ſed latet circa modica. hactenus hæc. Sunt aũt triſtabilia & delectabilia omnia fere cum frigiditate aliqua & cũ caliditate: hoc autem palàm ex paſsionibus: Audaciæ enim & timores & ad Venerea motus & alia corporalia triſtabilia & delectabilia, hæc quidem ſecundum partem cum caliditate & frigiditate ſunt,

te ſunt, hæc autem ſecundum totũ corpus: memoriæ autem & ſpecies quaſi idolis utentes his, aliquando autem minus, aliquando magis, cauſæ eorũdem ſunt: & reliqua quæ ſequũtur. Eandem ſententiã habet ſectione ſeptima Problematum per omnia ferè problemata: non pono breuitatis cauſa. hoc etiã experimento probari poteſt, Ariſtot. 9. de Naturis animaliũ cap. 38. ſic ſcribit: Sed vt quoq; animalia pro ſuis effectibus agere. Sic pro ſuis quoq; actionibus affici mutariq; moribus ſolẽt. Partes etiam corporis nonnullæ ſæpenumero ratione agendi immutantur, ut in auium genere euenit: Gallinæ enim cum mares uicerint, cucurriũt: & exemplo marium temptant ſuperuentu coire: criſta etiam caudaq; eriguntur, ita ut non facile an fœminæ ſint, liceat cognoſcere: nõnunquam etiam calcaria his naſcuntur. Iam uerò & mares niſi ſunt nonnulli, qui cũ fortè fœmina interijſſet, officio fœminę fungerentur in pullos, ducendo, fouendo, educando; ita ut nõ ex eo uel cucurrire uel coire appetant: quin & inde à

*Gallinarum miri affectus.*

primo

primo naturę ortu ita nonulli mares efſœminati proueniant, ut neq; cucurriant, neq; per coitum agere uelint, & Venerem eorum qui tentent ſuperuenire, patiantur: & reliqua quæ ſequuntur. Auicenna quoq; 9. de Animalibus, capite de moribus animalium, poſt multa ſic ſcribit: Et de mirabilibus animalium eſt, quod gallina quando uincit gallum in pugna, erigit criſtam quaſi eſſet gallus, & aliquando naſcitur illi cornu in crure ut gallo. Et in hoc percipi poteſt obedientia naturę cogitationibus. Et quãdo moritur gallina uel dimittit pullos, gallus efficitur pius ſupra ipſos, ſicut ſi gallina eſſet, & non luxuriat illo tempore, & agit ſe in mollitie ſicut ſi eſſet gallina: & reliqua quæ ſequuntur.

Copioſiſsimus autem Marſilius Ficinus de his loquitur capite primo, 13. libri de theologia Platonica: Sic enim ſcribit: Fantaſiam quatuor ſequuntur effectus, appetitus, uoluptas, metus et dolor. Hi omnes, quando uehementiſsimi ſunt, ſubitò corpus proprium omnino, nunquam alienum, afficiunt. quantos ardo-

Affectuum ...

ardores uel uindictæ cupiditas ciet in corde, uel libido uoluptatis in iecore: imò & in pulſu ex eius mutatione cognouit medicus Eraſiſtratus Atiochum eſſe amore Stratonicæ captum. Rurſus cupido nocendi, freqnenti intuitu quã pernitioſé pueros alioſq; molliores faſcinat: Quàm manifeſté prægnantis mulieris auiditas, tenerũ fœtum inficit rei cogitatæ nota: Quàm uarios filijs ſuis geſtus figuraſq; parentes, & quantum diſsimiles ſibi imprimũt, propter uehementem rerum diuerſarum imaginationem, qua dum coëunt, caſu aliquo afficiuntur: quo fit, ut diſsimiliores ſint admodũ inter ſe homines figura geſtuq;, & quàm quęuis inter ſe in quauis ſpecie bruta. Quàm ſępe malefica uolũtas extationibus ſuis & ueneficijs vulgo fertur nocuiſſe hominibus & plantis ac brutis: adde quòd gulones nonnulli, epulas quaſdam auidius cogitantes, ſaliuam ſuam ſimili quodam ſapore inficiunt. Pueri quoq; & grauidæ mulieres propter nimiam uetiti cibi potus'ue auiditatem, liqueſcunt, deſiliunt, dilabũtur.

*Faſcinatio.* *Prægnantis auiditas.* *Extationis uis.* *Gulonum appetitus.*

tur.

tur. hæc & ſimilia efficit appetitus. Lætitia quoq; uehemens (non minora hęc perimere ſubitò poteſt corpus, & ſæpè morbo leuare. Nōne Sophocles & Dionyſius Siciliæ tyrannus obiere repente vterq; accepto tragicæ uictoriæ nūcio? mater uero uiſo filio à pugna redeunte, ſubito expirauit. quid ergo dolor poſſit, nullus ignorat. moleſti cum etiam tetri ſpectaculi cuiuſdam guſtus, inficit & prouocat nauſeam ſolo aſpectu. Pueri nonnunquam & grandiores cum amaram potionem offerri uident alicui, ſtatim ſentiūt amarā in ore ſaliuam, quam vehemens mouit imaginatio: ijs nonnunquam tali quadam cogitatione aluus quoque laxatur, & quod mirabile eſt, nonnullis ſtupeſcunt dentes ex aſpectu aliquo & auditu. Quid miſericordia, quæ dolor quidam eſt? nōne miſerantis corpus ita nonnunquam malè afficit, vt corpus alterius uidet affectum? quod declarant hi qui ſanguinis humani aſpectu ſtatim ſpiritu deficiēte labūtur. & hi quibus dolent cubitus, cum uident aut audiunt alterius cubitum uulneratum.

*Lætitiæ effectus.*

*Doloris uis.*

*Imaginationis uis.*

*Miſericordia quid poſſit.*

*Metus* neratum. Quid metus? an non ſæpe ex feneſtris altis in terram deſpiciẽtes, præ formidine caligamus & contremiſcimus? pallemus cum repente timemus: ſicut & uerecundi rubent: timore ſubitò cor trepidat, arrectæ ſtant comæ, uox faucibus hæret, deficitq; uita, uel morbi diutini ſequuntur. nonnunquam morbos curat metus, ut ſingultum & quartanam febrem. Quando autem metus uehementiſsimus cum uehemẽtiſsima auiditate concurrit, nonnunquam effectus mirabilis prouenit. Hinc, ut eſt apud Herodotum, cum Crœſum regem quidam ex Perſis interficere uellet, filius Crœſi antea mutus, propter ingentẽ tum mortis paternæ timorem, tum clamãdi cupiditatem, ſubitò ſoluit linguã, ac magna voce clamauit, ô uir ne interficias Crœſum: inde uocalis factus eſt. Quamobrem affectus illi quatuor corpori dominantur penitus, cum illud vndique mutent. Sunt autem hi motus ipſius animi. nam quantum animus bonũ quodpiam indicat aut malum, tantum cupit, gaudet, timet, & dolet. Vnde ſequitur

*Metus cum auiditate exemplum.*

quitur corporis naturam animæ motibus penitus ſubijci. hinc fit, ut vultus humanus tũ inclinati animi perſpicua ſigna, tum effectuum ſingulorum indicia certiſsimè præ ſe ferat. illa quidẽ ſoli phyſiognomi, hæc etiam uulgares intelligunt. Quis non facile cognoſcat patientem, timentem, iratum, & gaudentem animum, & mœrentem? poſſem & multa alia huic propoſito deſeruientia adducere, ſed hæc ſatis eſſe putaui. Non minus & ratione hoc perſuadetur: ſpecies nanque ſiue ideæ in Deo, in intelligẽtijs, & in anima inferiori inueniuntur, eſtq; de Dijs nomen dictum analogicè: unde & prius dicitur de ea quæ in intelligentijs, & poſtremò de inferioribus. Quare, ideę diuinę imago eſt cauſa ideati, etiam ſine aliquo inſtrumento. Deus enim produxit hunc mundum uiſibilem per ideam mundi quæ eſt in mente diuina, & ſine aliquo inſtrumento, quãdoquidẽ ipſe eſt cauſa omnium, ut dicit Boëtius in 3. de Conſolatione. Idea autem rerum fientarum quæ eſt in intelligentijs, produxit hæc inferiora mediã-

*Corporis natura animæ motus ſequitur.*

*Idea diuina mundi.*

tibus inſtrumẽtis æternis, quæ ſunt corpora cœleſtia, ut dicit Commentator 2. de Generatione, commento 51. & 26. duodecimi metaphyſices: Quare nihil inconuenit ſi idea quæ eſt in mente noſtra quæ eſt ſpecies, producat aliquando ſuam ideam ſecundum eſſe reale mediãtibus inſtrumentis corruptibilibus, quę ſunt ſpiritus & ſanguis, ubi paſſum fuerit diſpoſitum. quapropter patet ſuppoſitio ſexta. Supponitur ſeptimò quod quamuis per ſpecies in anima, & paſsiones (ueluti dictum eſt) ad intra, & in corporibus in quibus reperiuntur, fiant tam mirabiles effectus: nihil tamen prohibet quin & ad extra & in corpora aliena, aliquando conſimiles operentur effectus: ſuppoſitio patet, quoniam ſtat paſſum ſimiliter eſſe diſpoſitum ad extra, ſicut ad intra: imò & aliquando magis ad extra, & agens habere ſufficiens dominum: ergo cõſimiles actiones poſſunt prouenire ad extra: totum enim patet. Nam ſicut Socrates eſt diſpoſitus pro uno affectu, ita & Plato poteſt eſſe diſpoſitus. & cum à corpore exiſtente in paſ-

*Idea in mente noſtra, quid poſsit.*

*Septima ſuppoſitio.*

*Faſcinationis uis et cauſa.*

in paſsione, quaſi ſemper procedit euaporatio ad extra taliter infecta uel affecta ſicut intra: conſimiles igitur producetur effectus in Platone ad extra, ſicut in Socrate ad intra. hoc etiam patet de uetulis faſcinantibus: de homine uehementer excandeſcente: de ſputo & anhelitu hominis ieiuni: de ſerpentum ſibilo: et ſic de infinitis. imò ratione diuerſitatis paſsi, puer faſcinatur, & nõ uetula: quoniam puer eſt naturæ teneræ. Et infectus peſte alium inficiens aliquando uiuit, imò eſt ſanus, & qui ab eo inficitur, moritur: quoniam ille poteſt reſiſtere, hic uerò minimè: & ſic de alijs. quare ſi hoc in noxio fieri poteſt, etiam poterit fieri in iuuatiuo. Vt nanque refert Plutarchus in uita Alexãdri Magni, homines lętabantur & confortabantur in eius approximatione, quoniam carnes eius redolebant: & amplexus adoleſcẽtium boni anhelitus eſt medicina temperata, ſecũdum medicos. Octauo ſupponitur ex ſententia Auguſtini 3. de Trinitate, & ex multis alijs eius locis, quod ferè ab omnibus modernis Theologis

*Boni odoris uis.*

*Octaua ſuppoſitio.*

logis acceptum eſt, dæmones immediatè mouere corpora motu locali, ſed non immediatè alterare. uerùm cum concurrit alteratio: hoc fit per corpora naturalia, q̃ paſſo clàm uel apertè fuerunt applicata ab ipſis dęmonibus. Suppoſitio patet ex communi cõſenſu noſtrorum Theologorum: & hæc ſint ſuppoſita.

*Caput quartum, in quo ex ſuppoſitis ſecundum Peripateticos, reſpondetur ad dubia propoſita.*

HIs itaq; ſuppoſitis & taliter diſpoſitis, nunc modo reſpondeamus ad dubia propoſita ſecundũ principia Peripateticorum. Et primò ad tria prima, ſcilicet ad illa de pueris illis, quorũ unus patiebatur combuſtionem ignis, alter uerò eryſipelata, & ad illud in quo ponitur de ferro infixo & euulſo: Et dicemus ad hæc tria ſimul, primò quod ſine auxilio dæmonum & angelorum, niſi dicamus angelos eſſe intelligentias, quæ tanquam cauſæ cœleſtes concurrũt ad omnem effectũ in hoc inferiori mundo: Verũ loquimur de angelis ut leges

ponunt:

ponūt: Dico quod ſine aliquo iſtorum auxilio, per cauſas mere naturales poſſumus ſaluare hos caſus, & quod incredibilius eſt, non contradicendo orthodoxæ eccleſiæ: quomodo autem hoc poſſit fieri, tribus modis oſtendo. Primus modus eſt iſte, quoniam ſanitates iſtæ in tribus prioribus caſibus uel ſaltem in primis duobus fuerunt inductæ per alterationem. nam duo primi erant morbi complexionales præcipue, quamuis fortaſſe coniuncti fuerint compoſitionali morbo propter aliquam ſolutionē continui: uerum præcipue ambo peccabant in complexione: quare ex tertio artis paruæ habebant curari per contraria ſcilicet per infrigidationem, quam manifeſtum eſt eſſe alterationē: ſed per ultimam ſuppoſitionem dæmones hoc facere non poterunt, niſi applicando actiua paſsiuis quæ naturaliter operantur. Cum itaq; nō repugnet aliquem hominem cognoſcere ex ſcientia naturaliter habita per ſtudium illa quæ applicātur per dæmones, & modum applicandi quandoquidem hæc naturalia ſunt, &

naturaliter operãtur: poſſibile eſt igitur hominem conſimilia operari ſicut dæmonem & angelum abſq; penitus aliquo eorum auxilio: ergo concluſio uera quæ fuit intenta. Vndè profectò non uideo ſi hoc conceditur fieri à dæmonibus ſecundum modum ab eis aſsignatum, quin & hoc fieri poſsit per humanum ingenium. Verùm huic fortaſſe di- *Obiectio.* cetur quod ſi hæc fierent humano ingenio, & ſecundum iſtum modum, tunc uideremus applicationes medicaminũ, & apponere manus parti ægræ: & æger ſentiret alterationem. Non enim uidetur uerisimile ſanitatem illam fuiſſe inductam ex frigiditate, & quod æger nõ ſenſerit ipſum frigefieri; Similiter autẽ *Reſponſio.* non eſt in opere dæmonum: Verũ illud nihil eſt, quoniam quæſtio ſtat ſi fiant talia â dæmonibus, quoniam illa medicamina ſunt corpora ſenſibilia, quomodo igitur latent ægrum & aſsiſtentes? forte dicetur quod dæmon faſcinat & præſtiget ſenſus ægri & aſſiſtentiũ: Sed hoc non uidetur penitus ſoluere, quoniam iſta faſcinatio & illuſio ſeu prẹſtigia

tio ſit

tio fit alterando ſenſus:ſed omnis altera tio facta immediate à creatura, fit à corpore, & naturaliter: contingit autem illud ſic faſcinans eſſe notũ homini. quare & homo poterit taliter operari ſicut & dæmon operatur: & ſic rurſum ſtat concluſio, ut patet. de illo autem quod dicitur, an æger dum ſic ſanatur ſentiat in ſe aliquam alterationem, ego neſcio. Verùm hoc ſcio, quod ſi quod adducitur uerſus ſanitatem, ſic inductam arte dæmonis, ſentiri debeat: utrobiq; enim eſt operatio naturalis, ſed ſolum differunt ratione applicantium, quæ per ſe nõ faciunt differre. Ex iſto modo ſequitur quod aliqui multa ſunt operati ſecũdum naturalem & aſtronomicam ſcientiam, & tamen uel ex ſanctitate crediti ſunt iſta operari, uel ex necromantia: cũ tamẽ neq; ſancti neq; necromãtici ſint. *Corollaria.* Sequitur etiã, ſi uerum eſt quod à multis approbatis uiris dicitur, ſcilicet aliquas eſſe herbas uel lapides uel aliqua huiuſmodi repellentia grandines, pluuias, uentos: & etiam naturaliter reperiri aliqua alia apta inducere eadem: cum

homines naturaliter ſcire talia poſſint, ſic applicando actiua paſſiuis, poterunt inducere grandines, pluuias, & eas repellere: neq; apud me hoc eſt impoſſibile. Si enim piſcis digitalis quãtitatis nauim onuſtam ducentorũ pedum & amplius, undique uentis ac remis impulſam, retinere poteſt: & piſcis torpedo ad tantam diſtantiam ſtupefacere inſenſibiliter: Regulus ſiue Baſiliſcus poteſt tantam aëris quantitatem inficere: & multa talia genera ſerpentum incredibilia facere, de quibus Philoſophi & Medici multa dicunt. Vitulus marinus & Laurus arbor fulmina propellunt. & ſic de infinitis alijs: non eſt incredibile aliqua reperiri quæ grãdinẽ & pluuiã promouent: & aliqua quæ repellant. mihi uidetur quod ſi dæmones faciunt hoc applicando actiua paſsiuis, et talia naturaliter ab hominibus cognoſci poſſunt.

*Falſo crediti magi uel necromantes.* Ex quibus ulterius ſequitur, quod fortaſſis multi habiti ſunt Magi & Necromantici ut Petrus Aponenſis, Ciclus Eſculanus, qui tamen nullum commertium habuerint cum ſpiritibus immundis,

dis, imò fortaſſis cum Ariſtotele credi-
derunt dæmones non eſſe. Et aliqui exi-
ſtimati ſunt à uulgaribus ſancti & credi
ti habere cōmertium cum angelis pro-
pter opera quæ uidebantur, cum tamē
fortaſſis fuerint uiri ſcelerati. Quod ſi di
cat horū aliquos facere ſigna bona, ali-
quos ſigna mala, ut pote aliquos ſignū
crucis, & orationes ſanctorū dicere: a-
lios uero oppoſitum: credo hæc facta fu
iſſe ad deceptionem hominum. Viros
autem doctos & bonos malū non pro-
palaſſe exiſtimo, ne ſcientia uileſcat &
prophanetur. Sic itaq; iſte eſt primus *Secunda*
modus. Secundo modo hoc continge- *reſponſio*
re poſſet, quoniam quemadmodum di-
ctum eſt in ſuppoſitionibus, ſicuti con-
tingit aliquā eſſe herbam, uel lapidem,
uel animal, aut aliquid aliud, quod pro
prietatem ſanandi aliquam ægritudinē
habeat, ut pote ſecundum Ariſtotelem
capite de Natura animaliū, Diptamus
euellit ſagittas infixas: ita contingit ali-
quem hominem ex proprietate indiui-
duali habere talem uirtutem: quare uel
inſenſibiliter alterando paſſum, uel per
uaporem

*Ex proprietate homines ſanandi uirtute præditos reperiri poſſe.*

uaporem tranſmiſſum ad ægrotantem partem, conſimilem effectum uelut dip tamus inducit. Et poſsibile eſt apud me quod homo habeat talem diſpoſitionē qualem diximus, ſicut habet Rhabarbarum uirtutem expurgandi colerā: Rhabarbarum tamen non expurgat colerā niſi fuerit actuatum per calorem naturalem, & in uaporem fuerit conuerſum. Sic contingit tales eſſe homines qui habeant huiuſmodi uires in potētia, et per uim imaginatiuam & deſideratiuam cū actu operantur, talis uirtus exit ad actū, & afficit ſanguinem & ſpiritū, quæ per euaporationem petunt ad extra, & producunt tales effectus. Quod autē dictū eſt de iſto modo, ratione & experimento probatur: ratione quidem, per illud quod eſt in ſuppoſitionibus: quoniam cum homo ſit omnia per participationem tam ſuperiorum quam inferiorū, non inconuenit aliquem reperiri ſimilem in animali habentem talem proprietatem: alterum uerò tali herbæ habenti aliam: aliam alteri lapidi in alia proprietate: hoc enim apparet manifeſtum in

mori-

moribus animalium. aliqui enim ſicut Dij, ut heroës & ſancti uiri: aliqui ut leones, ut lupi, ut ſerpentes, & ſic de cæteris. Quare nihil uetat etiam in proprietatibus aſsimilari. Hoc etiã ſic perſuadetur, quoniam iſti præcantatores non conueniunt uel ſanant in unaquaq; ægritudine. nam aliqui dicuntur proficere in quartana, qui non proficiunt in co lerica ſiue tertiana: aliqui pro capite: alii pro crure, & ſic de reliquis. Hoc autem ueriſimilitudinem facit quod ſit ſecundum modum dictum. Sicut alia herba conuenit uni ægritudini, & alia alteri. Amplius, quoniam ſi aliquis diceret illa uerba & faceret conſimiles characteres, uideremus ipſos nihil proficere: quod non uidetur ex alio eſſe, niſi quoniam non eſt taliter diſpoſitus ſicut ille præcantator. uidemus etiam quod ſi iſta fiãt ex uirtute dæmonum, ueriſimiliter ualere ad omnes uel ad quampluri mas ægritudines, quod non conſonat experimentis. Nõ minus & modus iſte poteſt perſuaderi per experimenta relata ab authoribus approbatis. Albertus enim

*Non unum omnes morbos curare.*

*Pueri duo mira uirtute nati.*

enim cap.3. libri ſui de motibus animalium dicit, duos in Germania natos eſſe pueros, quorum unus dum ferreretur iuxta hoſtia, omnia hoſtia uerſus ſuum latus aperiebantur quantumcunque clauſa fuiſſent: & hanc uirtutem quam habuit ille in ſiniſtro, habuit frater eius in dextro. Et dicit hoc multos uidiſſe, & hoc non poſſe referri niſi in proprietatē occultam, quam ambo conſecuti ſunt à cœlo. Auicenna autem capite ultimo 8. de Animalibus dicit, in terra Denaſciæ eſſe homines qui ſuū corpus prælligant quando uolunt, ut pungitiua non pungant ſuum corpus, niſi tales homines ſtimulent talia pungitiua. Et cum ipſa pungitiua tales homines pungunt, ſtatim ipſa pungitiua moriuntur. Et quod quidam ſerpens magnus momordit unū ex illis hominibus, & ſtatim ſerpens mortuus eſt. & tamen induxit effemeram in illo homine. Auicenna autē hæc mirabilia intelligens, acceſsit ad locum illum, et inuenit illum tunc defunctum: ſed uidit eius filium qui cōſimilia & mirabilia fecit. Auguſtinus quoque in 24. ca

*Denaſciæ terræ homines.*

pite

pite 14. de Ciuitate Dei, refert eſſe homines qui cum uolunt, mouēt aures ſuas. Sunt & qui totam cæſariem, capite immoto, quantum capilli occupant deponant ad frontem, & reuocant cum uolunt. Sunt & eorum qui quæ uorauerūt incredibiliter plurima & uaria, paululū præcordijs contractis tanquam de ſacculo, quod placuerit integerrimum proferunt. Quidam uoces auium pecorūq; & aliorum quorumlibet hominum ſic imitantur & exprimunt, utniſi uideantur, diſcerni non poſsint. Et multa alia incredibilia ibi dicit, quæ aut ipſe fatetur uidiſſe, aut à fidedignis accepiſſe. Sed referamus quæ magis propoſito præſenti faciunt. Plutarchus author præſtantiſsimus in uita Catonis Vticenſis refert quoſdā eſſe homines Pſyllos nuncupatos, qui morſibus ſerpentū medentur: ore uenenum exhaurientes: & cantibus ſerpentes demulcere. Idemq; Plutarch. in uita Pyrrhi digitum maximū pedis diuinitatem habuiſſe, adeò quod igne nunquam potuit comburi. Quid dicemus de Marſis, quos dicunt uulgares

*Mirabiles hominū quorundam operationes*

*Pſylli.*

*Pyrrhi digitus.*

*Marſi.*

*Reges Gallorum ſtrumas curare.*
*Hiſtoria.*

res habere gratiam ſancti Pauli? nónne & iſti conſimilia pſyllis faciunt, imò & maiora? Reges Gallorum nõne dicuntur ſtrumas curare? in præſenti anno nõne in agro Mutinenſi repertus eſt unus qui ita tangebat & tractabat ſerpentes, ut mulier pullos gallinaceos? cum tamen reperiſſet ſerpentem horridum aſpectu quem cum taliter pertractare uellet ueluti alios, eum momordit, & crudeliſsima morte interijt ille præcantor. quod quidem ob aliud accidiſſe nõ exiſtimo, niſi quoniam ſua proprietas nõ aduerſabatur omnibus ſerpẽtibus. multa & ferè infinita talia inueniri poſſent quæ noſtro propoſito deſeruirent, ſed breuitatis cauſa omittũtur.

*Solutio tertia.*

Tertius autem modus ſoluendi etiã iuxta ſuppoſitiones poſitas eſt, quem etiam aliqualiter Petrus Aponus tangit in conſiliatore differentia 155. quanquam multa inuoluat quæ ſententia mea, nõ ſunt Peripatetica: & fortaſsis aliqua ſunt fabuloſa. modus itaque talis eſt:

*Imaginatiuæ uis*

Contingit imaginatiuam & cogitatiuam uirtutes eſſe ualde fixas circa aliquid, ſic quod non

non ſunt ſecundum naturales diſpoſitiones, uerùm habitus ualde fixi & diu permanentes. & quod habeant obedientiam ſpirituũ & ſanguinis: & tunc in tali caſu res imaginata & deſiderata ſecundum eſſe reale poteſt à uirtutibus produci imaginatiua & cogitatiua ſic imaginantibus & deſiderantibus. Quare in caſibus dictis, ex uirtutibus præcãtatoris illius, poterunt produci omnes illi tres effectus. Modus autem iſte ſic perſuadetur ſecundum ſuppoſitiones priores: quoniam, quod intra poteſt ſequi ſanitas uel infirmitas imò mors ferè à nullo eſt negatum: operationes enim animatorum ſiue ſint ſecundum nutritiuam uirtutem, ſiue ſecundum ſenſitiuam, immediatè perficiuntur per ſpiritus & ſanguinem, tanquam per inſtrumenta propria, quæ ſunt apta moueri & obedire imaginatiuæ & deſideratiuę ſecundum earum nutum. poſſunt itaq; dictæ uirtutes mutare & retrahere talia inſtrumenta ſecundum eorum imperium. uerùm alia inſtrumenta perficiunt & imperficiunt operationes tam natu-

*De Animæ in corpus imperio L. Cæl. Rod. lib. 20. cap. 15. & 16. Animatorum operationes à quibus fiant.*

rales quàm animales ſecundum eorum diuerſitatem: unde poſſunt induci ſanitas & ægritudo. Accedit ad hæc, quod propter motum localem ſecundũ quẽ fit additio & retractio ſpirituum & ſanguinis ab aliquo loco, fit etiam eorum alteratio: nam lætitia generat ſanguinẽ & ſpiritus claros, mœſtitia è contrario: & ſic de reliquis diſpoſitionibus. Spiritus autem & ſanguis ſic diuerſimodè alterati naturaliter producunt diuerſos effectus, ut docet experiẽtia quotidiana, & hiſtoriæ manifeſtant: nam in coitu quis imaginans aliquid, producit realiter fœtum ei ſimilẽ quod imaginatur: & mulier prægnans ex uehementi deſiderio utpote ciceris, ſimilitudine ciceris fœtum ſignatum parit, unde Ciceronum domus dicta eſt: & ſic de innumeris alijs. Quare, impudentis eſt & omnino pertinacis uelle negare huiuſmodi experimenta, & eorum cauſas. Cũ itaq; uirtutes iſta talia poſsint operari ad intra, ergo contingit & ad extra conſimiles producere effectus, quando fuerint benè diſpoſita, & ſecundum appropinquatiõ

*Spiritus & ſanguinis effectus miri.*

quationem & diſpoſitiones agẽtis. Vnde in duobus primis caſibus ætas infantilis multum iuuat: ueluti in faſcinatione infantes faſcinantur: non tam faciliter autem qui ſunt aliarum ætatũ, quoniam corpora eorum magis reſiſtunt alterationibus. ut etiam olea & unguenta magis conueniunt pueris quam alijs ætatibus, propter eandem cauſam. In tertio autem caſu multum facit fides cu rãdi, iuxta illud Galeni primo Prognoſticorum capite 2. ille plures ſanat, de quo plures confidunt. Quare, incredibile non eſt etiam ſanitatem poſſe produci ad extra ab anima taliter imaginãte & deſiderante de ægritudine: hoc negari non poteſt, ut apparet in faſcinatione, in lepra, in infectis peſte, in muliere mẽſtruata, in excandeſcente, in inuido, in ſerpentibus, in habente infectum anhelitum, in potantibus in eodẽ uaſe, & ſic de infinitis: ergo non minus eſt de ſanitate, experimento quoq; cognoſcitur bonum anhelitũ confortare, ueluti boni odores ſpiritus confortãt atq; uitam prolõgant, ſicut fertur in hiſtoria Demo

*Fides ægri quantũ poſſit.*

*Odorem bonum confortare.*

criti,qui ſuperuixit per tres dies, donec Dionyſia celebrarētur, ex odore panis recentis & calidi, uel ſecundū alios mellis nō dum à cera depurati. quare iſtud quod dictum eſt, multum credibile eſt & conſonum naturæ operibus. Si enim herbę,lapides,membra beſtiarum, & multorum aliorum,tam mirabilia operantur, quāto magis humana anima, quæ inter iſta inferiora primū obtinet gradum & eſt finis omnium quæ ſunt, ut 2.Phyſicorum dicitur? imò longè ueri ſimilius eſt hæc fieri per humanam animam quàm per herbas & emplaſtra cæteraq; huiuſmodi generis.pro quo ſcire oportet, hūc modum differre ab eo qui eſt Auicennæ. Vt enim Auicennæ aſcribit, Anima ſola cognitione & imperio tales producit effectus non ſenſibiliter neq; inſenſibiliter alterando, ſed ſolum ex obedientia materialium quæ ſunt nata parere nutui eius animæ. Secundum uerò nos, anima talia non operatur niſi alterando, & per uapores trāſmiſſos ab ea qui ſunt affecti tali uirtute uel malicia: modò ex multis cōuincitur melius hoc fie-

*Animæ humanæ uis in ſanando.*

*Imaginatiua quomodo iuxta Auic. operetur in anima.*

*Peripateticorum ea de re ſententia.*

hoc fieri per uapores, quàm per cerota uel emplaſtra: tum quoniã ſpiritus ſunt immediata & proxima naturæ inſtrumenta, illa uero ſunt remota: tum quoniam ſunt actuata: illa uero non agunt, niſi per calorem reducantur ad actum: tum quoniam ſunt ſpiritualiora, illa uerò ſunt magis materialia & craſſa. quare, non tam faciliter intrãt poros & partes interiores ſicuti uapores & ſpiritus. Amplius iſta corporalia magis ſenſibiliter alterant: quare multotiens paſſo dolorem inferũt, illa uero ſpiritualia inſenſibiliter. Vnde qui inficiũtur à peſte, nõ ſentiunt, & multoties neſciunt dicere à quibus infecti ſint: quo fit, ut celerius et magis ordinatè in his procedat natura, quàm in cerotis & emplaſtris: quæ omnia, quanquam à prophano uulgo non percipiantur, ab iſtis tamẽ philoſophis, qui ſoli ſunt Dij terreſtres, & tantũ diſtant à cæteris cuiuſcunq; ordinis ſiue conditionis ſint, ſicut homines ueri ab hominibus pictis, ſunt conceſſa ac demonſtrata. ex quibus ſequitur, quare Empirici, imò literarum omnino ignari, mul-

*Vaporum et ſpirituũ uis.*

*Philoſophi Dij terreſtres.*

*Cur empirici multos ſanent.*

ri, multotiens plures ſanant quàm ratio nales medici & doctiſsimi: nã huiuſmodi effectus ut plurimum ſunt in plebeis & hominibus rudibus, qui maximè ſũt creduli, maximamq; fidem præſtant huiuſmodi generis hominibus. Modò, quantum faciat fides & imaginatio, ſatis ex his quę dicta ſunt tam ex parte agentis quàm paſsi, abũdè patere poteſt. quare hæc extra rationem non fiũt. Dicimus tamen in tertio caſu uidelicet de ferro euulſo, hoc poſſet habere aliã cauſam rationalem à prædictis. Contingit enim aliquos homines habere manus ita agiles & bonum experimentum in euellendo, ut ingenio & manuum agilitate faciant, quod maximis uiribus fieri non poteſt, ut fertur de Archimede Syracuſano, qui paruo inſtrumento faciebat quæ uix ab una ciuitate fieri potuiſſent. Sic itaq;, ut mihi uidetur, ad iſtos tres caſus ſecundum Peripateticos dicẽdũ eſſet. Sed quartus caſus de Cribro, maiorem uidetur habere difficultatem, & non ſolum ſecundum Peripateticos, uerùm etiam ſecundum ponentes dæmones:

*De ferro euulſo à uulnere.*

*Archimedes.*

*Ad caſum de Cribro moto*

mones:qui etſi immediatè moueant localiter, non tamen immediatè alterant. Et figuræ illæ uiſę à uirginibus in ſpeculo fiunt per alterationem. quod eſt igitur alterans, niſi ſint corpora producentia in ſpeculum ſui imaginem? Verùm quod talia uideantur etiam ab aſtantibus, ueriſimile eſt. quare, utraq; opinio eaſdē habet difficultates: propter quod primo mihi uidetur dicendum ad hoc, quod iſtud experimentum non eſt uerum, ſed ibi eſt deceptio illius præcantatoris: qui ſi mouet cribrum illud, clā & inſenſibiliter mouet, & tā cautè, ut nos lateat: uel ſi mouetur ab alio, intelligētiam habet cum illo qui tenet cribrum illud: dicoq; etiam intelligentiam habet cū illis pueris. tales enim homines non quærunt niſi lucrum: quare, fraudibus & dolis uiuunt. huiuſmodi rei mihi fidē facit Simon Paſcha Genuenſis noſtri amantiſsimus: retulit enim mihi cū Romæ quendam ualde celebrem in hac arte uidiſſet, rogauit eum ut in domo ſua hæc experimenta faceret, cunq; ille annuiſſet & dicta eſſet dies, Simon nō uul-

*Viſa in ſpeculo à uirginib.*

*Præcantatorum & circulatorū fraus.*

*Hiſtoria*

garis, ſed philoſophus, elegit pueros qui nunquam talia ſe uidiſſe dixerunt: cũq; præcantator ille huius facti cauſas ſatis inanes adduceret, promiſit præſtigiator ille ſe in craſtinum hæc facturũ. Verùm cum & conſtituta die ſuperueniſſet, Simon callidus receſsit. Neq; aliquis miretur de deceptionibus & illuſionibus talium uirorum: iam enim plu
*Hiſtoria.* ribus annis elapſis uidimus Mantuæ & Pataui quendã huiuſmodi generis hominem Reatium nuncupatum, qui incredibilia huiuſmodi operabatur, communiterq; tenebatur ab omnibus arte dæmonũ ea facere: quare, hereticæ prauitatis inquiſitores eum detinuerunt: cunq; torqueretur ab eis, occulta fide oſtendit quod omnia illa erant deceptiones & manuum agilitates, & quod multi habebant intelligentiam cum eo: quare, ab inquiſitoribus dimiſſus, poſtea fuit à quodam interemptus, quem deceperat. Dico ſecundo quod ut diximus ſuperius, iſte præcantator uel uerius deluſor potuit habere cum quibuſdam intelligentiam, qui ex remotis & nõ proſpe
ctis ab

ctis ab aſtantibus faciunt, quòd aliqua corpora tales imagines in ſpeculo oſtẽdant, & expectant donec, quem quæritis, ut deceptio ſit magis occulta. Secundum enim hunc modum poſſumus uidere ea quæ fiunt poſt terga noſtra, ut apparet in ſpeculo directè oppoſito oculis noſtris, in quo apparẽt ea quę ſunt in cœlo. et in huius teſtimonium dicam exemplum: Dum Patauij multi eſſent in aula epiſcopatus, uir non ſolum doctiſsimus, ſed etiã ſanctiſsimus Petrus Barocius, cunq; coram epiſcopo ſermo haberet de Apollonio Thianeo, quòd uideret ea quæ eſſent in remotiſsimis partibus: cũq; multi hoc referrent in artem magicam, ſubriſit uir doctiſsimus, (nam in Mathematicis uniuerſaliter erat apprimè doctus) & dixit nihil hoc ſecundum naturam incõuenire, iſta nãq; inferiora ſuas imagines et ſpecies diffũdunt in aërem & uſq; ad cœlum: & hęc iterant & reuerberãtur in iſta inferiora: ueluti unum ſpeculum in alterum ſpeculum: & ſic talia longinquè uideri poſſunt. adducebatq; authores aſſerentes

*Speculi uſus.*

*Petrus Barocius epiſcopus Patauij. Vnde imagines in ſpeculo à longè.*

hoc, quorum non recordor, & multas hiſtorias de hoc: dicebatq́ꝫ aliquos fuiſſe creditos ſanctos ob talia facinora, qui propter ſcelera ab eis commiſſa magis fuerunt diaboli. Dico tertiò & (ut exiſtimo) ſatis probabiliter ſecundum ſuppoſitiones ſuperiores, primo nihil inconuenire hominem flatu ſatis occulto, uel uapore taliter infecto uoluere cribrum, uel à proprietate occulta, ſicut alius magnes attrahit ferrum, alius expellit. neqꝫ hoc eſt minus incredibile quàm de illis duobus gemellis ab Alberto recitatis, ad quorum unius dexteram oſtia dextra aperiebantur & patebant, ad alterius uero ſiniſtram è contrario. Quare, tales homines poſſunt ſic per uirtutem indiuidualem agitare cribrum. quod uero dicitur de apparentibus in ſpeculo, dico quod non eſt remotum hoc fieri à uaporibus tranſmiſſis ab ipſo prçcãtatore ſic imaginãte affectis, conſimili ratiõe uel diſpoſitione ſicut ſpiritus intra. Prçcantator enim ille multum fixe imaginabatur illas figuras quare ſimilibus imaginationibus afficit ſpiritus et uapores ab

*Vapor occultus.*

eo trãſ

eo tranſmiſſos,qui taliter ſpeculum afficiunt. Si nanq; ex mulieris imaginatione in coitu,& quando eſt prægnans fiunt effectus reales ſimiles rei imaginatæ,cur igitur & illi ſpiritus ſic affecti nō poſſunt ſpiritualiter ſic afficere ſpeculū? Verùm hæc reſponſio uidetur habere dubitationem manifeſtam, quoniam ſi ſic eſſet, non ſolum pueri uirgines hoc inſpicerent uerùm & nō uirgines & ceteri aſtantes:quod tamē non fertur.Sed quæro,ſi hæc fiunt opera dæmonum,& uirgines aſpiciant tunc talia, & cum tales formæ non poſſint aſpici niſi ibi ſint, cum non ſentiamus niſi ea quæ ſunt, ut dicitur ſecundo de Anima: Cur igitur etiam tunc tales formæ non uidentur ab alijs? Quòd ſi quis dicat dæmones præſtigiare aliorum oculos, dicemus ut prius, quod hoc nō fit niſi per alteratione̅, quę immediatè ſecūdū ſic opinātes nō poteſt à dæmone fieri.Et denique,quicquid dicitur pro uno,uidetur pro altero dici poſſe.Et fortaſsis quod pueri uirgines ſunt acutioris uiſus quam non uirgines, ſicut etiam ſunt acutioris uocis, & *Hoc Ariſtot. teſtatur 4. problem.13. & 25.*

magis

magis redolentis flatus ac melioris quã non uirgines. Et forraſsis quod ſi quis nõ uirgo eſſet ita acuti uiſus ſicut ille puer, illas formas uideret. Exiſtimandum enim eſt illas figuras fuiſſe ualde debiles: tamen & cõſimiles dubitationes occurrũt in alijs naturalibus: utpote de eo quod refert Albertus in ſecundo ſuorũ mineralium de Agate lapide ad experiendam uirginem: & de Magnete ad cognoſcendam adulteram: & de Vnicornu qui recumbit in ſinu uirginis, et non corruptæ. Certè multa ſunt naturalia, quorum cauſas neſcimus reddere: puto tamen magis iſtas eſſe deceptiones quã ſecundum ueritatem. Hæc ſunt, ſecundum me, reſponſiones, quæ uериſimiliter pro Peripateticis dari poſſunt.

*Caput quintum, in quo mouentur dubitationes aduerſus ea quæ dicta ſunt.*

*Prima dubitatio.*

VT autem ea quæ dicta ſunt melius intelligantur, mouentur dubitationes, quibus ex tota ſatisfacere non eſt leue. Prima itaq; dubitatio eſt. Videtur

tur quòd nullus modorum aſſignatorum conueniat Peripateticis. Secundus enim modus non, ſi nanque aliqui homines reperiuntur conuenire in proprietatibus cum illis medicationibus, per quas conuenientias poſſent talia operari, qualia illa medicamina, cum iſta debeantur homini qua homo eſt ſecundum rationem aſſignatam, quando dicebatur hominē eſſe medium inter æterna & nō æterna, tunc quilibet homo in quolibet clymate & in qualibet ætate haberet huiuſmodi proprietates: Nā quod conuenit uni homini qua homo eſt, cuilibet & ſemper conuenit. hoc autē eſt manifeſtè falſum. Secuda eſt, quoniam unius rei tantum eſt unus modus generationis. ut habet Commentator quarto Phyſicorū aduerſus Auicennam: Sed secūdum poſitionem, ſanitas inducitur per herbas, lapides, & per homines, quæ non ſunt eiuſdem ſpeciei, imo neque eiuſdē generis proximi ut notum eſt: ergo &c. Tertia dubitatio eſt ſecundum tertium modum aſsignatum, ſcilicet ſanitatē induci per uapores trāſ-

miſſos

miſſos ab anima imaginante & deſiderance: primò quidem quoniã anima ſic deſiderans & imaginans alterat ſpiritus tantum ſpiritualiter, & nullo modo realiter: Sanatio autem & ægrotatio ſunt alterationes reales, ut de ſe notum eſt. unde fit, ut ſpiritus ſic ſpiritualiter tantũ affecti, nõ poſſint effectum realem producere, cum nihil agãt ultra actum proprium. Vnde ſimilitudo ibi adducta, nõ uidetur conueniẽs, ſcilicet de iuuatiuo & noxio. In faſcinatione enim non tantum uapores afficiunt & inficiunt qualitate ſpirituali, uerùm etiam reali. Et ſic eſt de reliquis adductis in noxio. hic au tem nulla affectio niſi ſpiritualis apparet. Quarta dubitatio eſt, quoniam ſpiri tus & uapores ſunt corpora ualde debi lia, quare ſubitò uidẽtur corrumpi cum extra mittuntur, uel uirtutem amittere: uidetur enim quod continens debeat ſtatim ipſos tranſmutare, & ſic effectus non poterunt inducere. Vnde ſimilitudo ibi adducta, non uidetur conueniẽs, uidelicet de operatione ad intra & ad extra. Spiritus nanq; & uapores dũ ſunt in cor-

*Quarta du bitatio.*

in corpore imaginantis, fouētur & regulantur ab ipſo imaginante: ad extra autē corrumpuntur à medio, & carent regulante. Quinta dubitatio eſt, quoniā ſic quilibet præcantator poſſet in qualibet ęgritudine proficere, quod tamen eſt cō tra experimēta. Videmus enim aliquos appropriatos uulneribus, aliquos appropriatos doloribus: imò diuerſis uulneribus & diuerſis doloribus uidemus diſtinctos præcantatores. Conſequentia uidetur manifeſta, quod omnes præcantatores ſecundum dicta habeant unum modum operandi, uidelicet ex uehemēti imaginatione & deſiderio: imò quilibet in ætate cōſtitutus abſq; impedimento poſſet fieri præcantator. Sexta dubitatio contingit circa primum modum poſitum, quoniam ſecundum illū modum, imò etiam ſecundum ponētes hæc fieri arte dæmonum ſeu magica, & necromantia nō minus eſſet ſciētia quā medicina et naturalis philoſophia, & Aſtrologiæ ſubalternatæ: quoniam cū in huiuſmodi artibus dæmones nil aliud operentur, niſi quoniam res naturalis

*Quinta dubitatio.*

*Sexta dubitatio*

actiua

actiua applicatur proprijs & proportio natis paſsiuis,quod eſt opus naturæ, & in determinatis temporibus & determi natis ſignis cœli, quod eſt Aſtronomię ſcientiæ,cum ſcientia naturalis et Aſtro nomia non ſint hominibus denegatæ: quandoquidem per intellectũ agentem poſsint omnes ſpecies facere, & per in- tellectum poſsibilem omnes ſpecies re- cipere.Sunt enim,ut dicit Auerr.3.de A nima, iſtæ operatiões reductæ ad noſtrã uoluntatem:ergo ſimiles erunt medici- nę,agriculturę, & alijs cõſimilibus:hoc autem uidetur etiam falſum, quoniam omnis ſcientia eſt perfectio intellectus & bona in ſe,& utilis,& honeſta:quare nulla lex neq; politia bene ordinata ha- bet bonum aut honeſtũ prohibere: hoc autem falſum eſt.Nam ut Auguſt.19. o- ctaui libri de Ciuitate dei dicit ex Cice- ronis ſententia in 12. tabulis antiquiſsi- mis Romanorũ legibus conſcriptũ eſt, ei qui has artes exercuerit, ultimum ſup plicium ſit.Nonne etiã Virgilius Mã-tu anus in 4. Aeneidos cecinit,Teſtor cha ra deos,& te germana,tuumq; Dulce ca put,

*Omnis ſci entia in ſe bona eſt.*

put, magicas inuitã accingier arteis. & in alio loco, Atq; ſatas aliò uidi traducere meſſes: tanquam quod hæc peſtifera & ſcelerata doctrina non ſit niſi ad malũ & hominũ perniciẽ ordinata: et quod omniũ maximũ eſt, per legẽ antiquam, ſcil. Moſi, et nouã ſc. Chriſti, tã apertè uetitam & execratam conſpiciamus. Amplius præcantationes ſecundum ipſos tres modos factas nihil mali in ſe continere uidemus, imò ſaluti humanæ proficuæ uidentur. quare ſi ſic, præcantantes non eſſent puniẽdi, imò pręmijs & honoribus proſequendi. at patet iſtud eſſe manifeſtè falſum: quãdoquidem eccleſia à ſpiritu ſancto directa talia prohibeat. Septima dubitatio eſt, quoniam iſtis modis datis, ruunt lex Moyſi & Chriſti, ſi fas eſt eas duas leges dicere: quod ſic probatur. quoniam leges iſtę potiſsima numina & fundamenta ſumunt à miraculis. Vnde ſecundum iſtos modos nulla ſunt miracula. quæ enim in Veteri lege & in Exodo leguntur de Moyſe ſcilicet de ſtupendis per eum factis coram Pharaone, poſsũt ſatis reduci ad aliquẽ

*Septima dubitatio.*

uel ad aliquos uel ad omnes iſtos tres modos: nã quæ per Moyſem facta ſunt, & per magos Pharaonis facta ſunt, ut in Exodo legitur. quia nihil uidetur uetare ut quod habuerunt magi Pharaõis ex dæmonum inuocatione, id experientia Philoſophiæ naturalis & Aſtronomiæ habuerit Moſes, ueluti etiam nunc quidam exiſtimãt de eo: et quis diceret quod fortaſſis utriq; ſcilicet magi illi & Moſes cõſimiliter habuerunt per ſcientiam. Amplius ſecundum iſtos modos dicemus, quod Helias, de quo 3. Regum legitur capite 18. excitaſſe à mortuis filium uiduæ. Et Eliſęus, de quo etiam cap. 4. quarti Regum habetur, conſimiliter feciſſe de filio Prophetæ ex precibus uxoris eius: dicemus inquam hæc non fuiſſe uera miracula: non enim erant mortui, ſed exiſtimabantur eſſe mortui. Verùm Elias & Eliſæus ſecundũ aliquem modorum aſſignatorum fecerũt eos reuiuiſcere, ſicut multa alia medicamina poſſunt cõſimilia facere. Idem dici poſſet de geſtis per Chriſtũ & Apoſtolos: non enim uidetur cõtra naturam quod

umbra

umbra Petri ſanet languores, quoniam ſecundum aliquem illorum modorum poſſet reduci in cauſam naturalem: Cōſimiliter quod ad imprecationem Petri Ananias cum uxore Saphira moriātur, non eſt ultra uel ſupra naturam: quandoquidem ad ſibilum Reguli animalia interficiantur: & homines imprecātes, ex dira imaginatiua & uehementi uene nū expirant: & ſic ſuo modo de reliquis dicatur. Octaua dubitatio eſt, quoniam ſecundum iſtos tres modos naturaliter paſſio Domini noſtri Saluatoris poſsit figurari in cordibus humanis, & ſic quę dicuntur de ſancta Catharina Senenſi, & de quibuſdā alijs ſanctis mulieribus, non eſſet ex diuino miraculo. Et conſequenter ſecundum iſtum modum dici poſſet beatum Franciſcum ex miraculo non habuiſſe (ſi modò habuit) ſtigmata Saluatoris noſtri: quoniam ſi ex fixa mulieris imaginatione coëuntis, fœtus ſecundum ſtigmata poſsit aſsimilari realiter rei imaginatę, et ex muliere prægnāte imaginante, exempli gratia, malum granatum, fœtus habet ſtigmata mali

*Octaua dubitatio.*

ta mali granati: & ex imaginatione lepræ innaſcitur lepra. cur igitur & in corde & in reliquis membris talia ſtigmata ſingi non poſſent? certè nõ diſpar uidetur ratio. Nona dubitatio eſt, quoniam nullus dictorum modorum uidetur facere ad propoſitum: quoniam iſti præcãtatores in talibus utũtur diuerſis uerbis, ſignis, & characteribus: modo non apparet quod huiuſmodi uerba, ſigna & characteres aliquid operentur in dictis modis: imò ſine eis non minus uidẽtur ſequi tales effectus: Verba enim nullã uidentur habere uirtutem uel operationem in talibus: quandoquidem uerba ſunt ſoni, quorum tantum eſt auditum immutare, cum tamen hic immutentur ſenſus tactus: nam inducũtur ſanitas & ægritudo. Itẽ ſigna & characteres ſunt qualitas in quantitate, & ut ſcribit Cõmentator 4. Phyſicorum, quantitas nõ eſt de principijs actiuis. quare non uidẽtur iſta conſonare dictis experimentis, ergo &c.

*Nona dubitatio.*

*Caput ſextum, in quo ad prædictas dubitationes reſpondetur.*

AD hæc itaq; ſingillatim reſpondetur: & ad primum negatur quod infertur: imò paucíſsimi ſunt homines, & in paucis climatibus, & in pauco tempore tales homines reperiuntur, ueluti experimento manifeſtum eſt. Et ulterius dicitur, ut ſicut quamuis eſſe grāmaticum uel philoſophum conueniat homini qua homo, aptitudine & poſsibilitate remota: paucíſsimi tamē ſunt in cōparatione eorum qui ſunt ſecundum actum: ita pariter dicitur & in propoſito. Cauſa autem effectiua & materialis eſt multiplex, nam & cōcurrunt ſtellarum diuerſi aſpectus ſecūdum diuerſitatem agentium particularium promouentiū uel impedientiū, & diſpoſitio paſſi. Finalis autem cauſa eſt pulchritudo, & uniuerſi perfectio, quę conſiſtunt in tanta rerum diuerſitate, ueluti dicitur in libro de Mundo Ariſtoteli adſcripto. Verùm de hoc alio in loco fuſius. Ad ſecundam dubitationem, procul dubio dicitur illud aſſumptnm eſſe falſum, & maniſeſtè experimēto aduerſari. Videmus enim & unū medicamen conferre pluri *Ad primam* *Ad ſecūdam*

bus ægritudinibus ſpecie diſtinctis, & plura medicamina ſpecie diſtincta eidẽ ægritudini conferre, ut medicis manife ſtum eſt. quod uero adducitur de Auerroë, quanquã aliqualiter uerba ſua gloſ ſari poſsint: ipſa tamẽ ſimpliciter admittenda non ſunt. Verùm infrà de his exactè dicemus in interpretatione illius cõ

*Ad tertiam.*

menti. Ad tertiam uero dubitationem dicitur quod quemadmodùm diximus

*Authoris aliud opus impreſſum.*

in noſtra, de actione ſpecierum, quæſtione, annexa illi de reactione & tuo nomini dicata, aliqui tenuerũt ſpecies caliditatis & frigiditatis & pariter de reliquis immediatè producere caliditatem & frigiditatem ſub eſſe reali ubi paſſum fuerit diſpoſitum: aliqui autem commouẽdo ſpiritum & ſanguinem. Verùm utro uis iſtorum modorum dato, noſtrũ propoſitum nõ amouetur: nam ſiue mediatè hoc fiat, manifeſtum eſt ex ſpeciebus poſſe produci rem cuius eſt ſpecies ſecũdum eſſe reale, ut deductum eſt in ſuppoſitionibus ex uerbis Ariſtotelis & ex multis experimẽtis: fuit inſimul & uerisimili ratione probatum, uidelicet per ſi militu-

militudinem idearum exiſtentiū in mēte diuina & in intelligentijs mouētibus orbes. Verùm quoniam de his abundātiori ſermone diximus in quæſtione citata, ideo ſatis in præſentiarum dictum ſit. Ad quartam autem dubitationem dicimus, ſi illud colligeretur rectè, tūc nulli eſſent morbi ex cōtagione, nulla prorſus eſſet contagio, neq; aliquis alterius animalis halitu inficeretur, et ſic de multis: quæ omnia manifeſtè falſa eſſe perſpicuum eſt. Verū tamen illud probat, uidelicet difficilius & rarius hæc contingere in iuuatiuo quàm in noxio, quoniam efficatiora ſunt mala bonis. Non enim uidemus aliquam medicinam in tā modica quantitate ſumptam in iuuatiuo tantum cōferre, ſicut uenenū in tam pauca quantitate nocet, uel ſaltem ut in pluribus hoc ſic eſt. dicimusq; ulterius ut in pluribus talia ad intra citius & efficatius operari quàm extra, propter cauſas ibi adductas, ſcilicet quoniā ad intra fouentur, & dirigunt̃ ab imaginātenō tamen in multis ex toto ab extra corrūpit̃ uirtus, taliter quin poſsit operari, ut

*Ad quartam*

*Lædere facilius eſt quàm iuuare.*

docet experientia: & nihil prohibet naturam paſsi tales ſpiritus & fouere & dirigere: quandoquidem agẽs & paſſum ponuntur eſſe unius naturę, & uapores iſtos eſſe eoſdem uel cõſimiles. dictum eſt hoc autem ut in pluribus, quoniam quemadmodum retrò dictum eſt contingit aliquando ad extra operari & nõ ad intra, ut patet in faſcinationibus et in his qui inficiuntur peſte aliqua, & infecti moriuntur, ipſis degentibus uitam ſanam. Ad quintam dubitationem, negatur illud quod ibi infertur, uidelicet quod quilibet pręcantator proficeret in omni ægritudine, & ſimiliter quod quilibet in conuenienti ætate exiſtens poſſit illos effectus producere: neutrum enim illorum ſequitur ſecundum aliquẽ trium modorum aſsignatorum, non enim ſecundum primum, quoniam ſicut non quilibet medicus tantum ſcit quantum alter, quia unus poteſt curare unã infirmitatem quam alter non poteſt: ita in hac arte unus plus ſcit quam alter. neque ſequitur ſecundum modum, quoniam unus habere poteſt proprietatem in

diuidua

diuiduālem,quam nō habet alter. necꝗ etiam ſequitur ſecundum tertium modum: quoniam oportet prę̨cantatorem eſſe credulum & magnam fidem adhibere & habere uehemētem imaginationem,& fixum deſiderium, & circa unāquanꝗ ægritudinem:modò patet non omnes homines eſſe æqualiter diſpoſitos ſecūdum hoc: quare nihil eſt quod adducitur. Ad ſextam autē dicit̄ quod loquendo de iſto modo magico,ſi magicū appellare licet,in tali modo eſt conſiderare uidelicet operationem naturaliter ab herbis,lapidibus,& reliquis concurrentibus ad talem operationem,conſimiliter & accommodatum tempus,& debitam applicationem ad talem operationem:& etiam conſiderare quomodo ab hominibus acquiritur talis cognitio:uidelicet an ex induſtria ſua,ut pote uel ex ſtudio uel ex experimentis, ſine adminiculo ſuperiorum, ſiue ſint boni angeli ſiue ſint mali.Si loquamur ſecundum primum modum,nemini dubium eſt,ipſam in ſe eſſe ueram ſciētiam factiuam & ſubalternatam philoſophiæ na- *Ad ſextam.*

 turali

*Magia quādo ſit ſcientia bona.*

turali & Aſtrologiæ, ſicut eſt medicina & multæ aliæ ſcientiæ: & in ſe eſt bona, & intellectus perfectio: & habens eam dicitur ſecundum eam profici. & ut ſic, non facit hominem habentē ipſam, malum eſſe hominem: aliàs enim Deus & boni angeli nō eſſent boni, quum eam perfectiſsime habeant, ut ſecundum leges manifeſtum eſt. Si uero cōſideretur quomodo ab hominibus acquiritur, dico quod ſi ex ſtudio & induſtria, uel à bonis angelis habeatˉ, ueluti creditˉ de qbuſdā ſanctis uiris, ſic remanet uera & bona ſcientia: neq; ſecūdū iſtā cōſiderationē aliquid mali cōtinet in ſe neq; ut ſic eſt per ſe prohibita. Si uero homines eā acquirūt ex inuocatione ſpirituū immundorū, ſic, quātū ad operationes prouenientes à rebus naturalibus, eſt uera ſciētia, uerū modus acq̄ſitus nō eſt ſciētia, neq; per modū ſciētię, et eſt in ſe peſtifer & ſceleratus, cū ſit manifeſta idololatria, quod eſt grauiſsimum peccatorum, cum ſit contra præceptum primæ tabulæ, & ita per ſe eſt prohibita, non quidem quantum ad rem cognitam, ſed quan-

quantum ad modum cognoſcendi ſeu acquirendi eam. & de hoc loquitur Auguſtinus in 8. de Ciuitate Dei, ut patet inſpicienti eius uerba: & hanc prohibēt duodecim tabulę Romanorum, & reſpublicæ bene ordinatæ eam extermināt ab hominibus. dico tamen quod quanquam prima ars ſit in ſe ſcientia, intellectus perfectio, & conſequenter in ſe ſit bona, eſto etiam quod ex inuocatione dæmonum ab homine aliquo acquiſita non foret, ſed per aliquem alium modum honeſtum, decet tamen & expedit in repub. bene ordinata ut tales homines interdicantur, & ars ipſa ex toto extermínetur, non quidem per ſe, ſed per accidens. Si enim hæc eſſet tantum ſpeculatiua, fortaſsis non eſſet ſic expellenda: Verùm eſt factiua, factiua autem non eſt bona niſi coniūcta ſit appetitui recto & rationi cōformi, modò iſtis artibus quaſi ſemper homines abutūtur. aliqui enim per has artes uolūt haberi Dij, quod eſt maximum peccatum. Aliqui aūt his utūt ad amores illicitos, ad rapinas, ad abortus, & cætera nefanda, quare, ut

De Magiæ ſpeciebus ui de L. Cœliū lib. 9. cap. 23

Explodēdæ malæ artes & ſcientiæ

re,ut exiſtimo, Iura bona & reſpub. tales artes non admittunt. Quòd ſi dicatur,ubi unus homo uel plures eam debitè haberẽt, & appetitum rectum haberent,tales homines non eſſent interdicẽdi,dico ad hoc, quod ſi eſſẽt boni, ea nõ abuterentur,& ad bona opera ea uterẽtur:tamen dico quod alios non deberẽt docere,neq; in ſcriptis relinquere: quoniam maior hominum pars eſt cupiditatibus dedita. Vnde Legislatores reſpicientes quod fit in pluribus, & non quod rarenter contingit,condunt leges ſecundum quod in pluribus conferre queant, & non ſecundum quod caſualiter. Vnde dicebat Galenus quod ſi quis homo cognoſceret herbã educentem ſanguinem, iſte homo eſſet interficiendus, ne alios doceret.quòd ſi dicat,pariter nulla ſcientia eſſet bona, imo nulla ferè res niſi ipſa uirtus,quoniam omnibus ſciẽtijs & artibus contingit abuti, exceptis uirtutibus: quoniã ipſis non poſſumus abuti, quoniam nõ ſunt uirtutes niſi ut ſunt regulatę per appetitum rectum, ut dicitur ſexto Ethicorũ: Verùm artibus & ſcien-

*Legislatorum ratio*

*Obiect io.*

*Virtutib.nõ poſſumus abuti.*

& ſcientijs poſſumus abuti: nã quis poteſt ordinare Theologiã, quæ eſt ſciẽtiarũ principaliſsima, ad lucrũ uel ad inanẽ gloriam, uel aliquid aliud uitiũ: & ſimiliter cõtingit in Rhetorica & in cæteris, ut dicitur primo Rhetorices ad Theodectem. Huic quidem dicitur quod adducitur uerum eſſe, at latiſsimam eſſe ſimilitudinem: cætera nanq; non ſunt admodum pernicioſa. Nam aut ſunt ſpeculatiuæ: quæ per ſe non ordinantur ad opus, uel ſi ſunt factiuæ, earum uſus eſt neceſſarius, & earum abuſus eſt manifeſtior: quare abutẽtes melius puniri poſſunt, ueluti eſt medicina, quæ eſt neceſſaria, & uoluntariè peccantes rigidè puniri poſſunt. at in hac arte neq; uſus eſt neceſſarius, neq; abuſus patens: operantur enim ut in pluribus inſenſibiliter: quare ratio nõ militat. Et ad illud quod iniungebatur, uidelicet quod iſti præcãtatores non eſſent prohibendi, cum nihil mali in eis eſſe uideatur, quandoquidem hæc ad cauſas naturales reducantur, patet quod quamuis hoc contingat maximè in duobus primis modis, hoc tamen

*Reſponſio.*

*Puniẽdi ſunt malè medẽtes*

tamen eſt rarẽter: uerùm ut in pluribus illa fiunt cũ ſuperſtitione: quare lex conſiderans, quod in pluribus contingit, uniuerſaliter interdicit. Vnde exiſtimo quod ſi manifeſtum eſſet legi de aliquibus, quod peritiã haberẽt ex ſtudio uel à bonis angelis, & eſſent bonæ uoluntatis, tales non prohiberentur à legibus: Veluti non eſt interdictum Regib. Gallorum de curãdis ſcrophulis: quoniam exiſtimatum eſt hoc fieri per bonos angelos, aut eſſe donum datum à Deo uel à natura, ſicut creditur à philoſophis de Spillis & Marſis. Exiſtimatur enim hoc eſſe Regibus illis datum à Deo propter bene geſta eorum in eccleſia, quia ſoli dicti ſunt Reges Chriſtianiſsimi. Tertius autem modus non uidetur poſſe fieri abſq; ſuperſtitione: quandoquidem oportet tales eſſe credulos, fidẽ magnã præſtãtes uerbis & characteribus, ut refert etiã cõciliator differẽtia 156. Vnde iure bono ex toto interdicũtur. Et quoniã dictũ eſt primũ modũ fieri ſecũdum artem & ſcientiã, ideo de ſecundo hic reſiduum eſt etiam dicendum: dico itaque quod

quod ſecundus modus nõ poteſt reduci in ſcientiam: quoniam de proprietatibus inſequentibus non ſecundũ totam ſpeciem, ſed naturam indiuidui, non poteſt (inquit Auerrois 5. & 6. collectaneorum) haberi ſcientia. Nam quanquã de Socrate ſciri poſſet eſſe ſenſibile & diſciplinabile qua homo eſt, & quoniã hæc proprietas inſequit̃ formã, tamen quod abhorreat allium, non eſt ſcibile niſi experimento. Vnde idem Auerrois dicit ibidem, quod ars medicinæ multotiens deficit propter iſtas proprietates occultas: aliqui enim homines ex aſſumptione enematis mortui ſunt, aliqui ex caſſia, cum tamen ſecundum artem fuerint iſta exhibita: unde non efficitur perfecta ſcientia ipſa medicina. Cum itaq; ſecũdus modus ſit ex proprietate indiuiduali, ideo nõ poteſt cadere in ſciẽtiam. nõ etiã tertius modus, ut ſatis notũ eſt: quoniã nõ operatur uis imaginãs tales effectus, niſi ſit homo diſpoſitus ad talia: & pauciſsimi reperiuntur tales: multas enim debent habere conditiones, ſicut Conciliator in hoc loco citato dicit, *Quæ ad ſcientiam reducantur.*

dicit, quæ ſimul raro coëunt in unum. Verùm de his haberi poteſt quædam peritia & cognitio in uniuerſali tantum et nõ in particulari, utpote quod aliqui homines hoc faciunt ex proprietate acquiſita ex principijs generationis: uerum ſimiliter non eſt ſcibile qui ſunt hi, qualiſue ſit talis diſpoſitio: ſicut nullus humanus intellectus ſciret determinatè dicere, quare Iacobus Forliuienſis & Horatius Flaccus tantùm alliũ abhorrebant: Sed tantum ſciunt dicere hoc fuiſſe ex proprietate occulta. idem dicatur de tertio, quoniam non eſt ſyllogizabile quis eſt ille, qui habet imaginatiuam taliter diſpoſitã, ut poſsit ex imaginatione curare Eryſipelas: ſed tamen dicimus ſermone uniuerſali hoc fieri ex uehementia imaginatiuę: quare Galenus 6. Med. Simp. iure bono Charſachirũ & Bamachiũ denſit, ipſisq́ Dioſcoridem prętulit, qui non incantationibus & uerbis ſuperſtitioſis, ueluti illi, tradidit medicinã, ſed per propria proceſsit, ſecũdũ quod poteſt eſſe ars & ſcientia: illi uero cadere non poſſunt ſub arte ueluti dictũ eſt.

& ſic

& ſic dictum ſit ad ſextã dubitationem. *Ad ſeptimã.*
Ad ſeptimã dicitur eſſe negandũ quod ibi illatũ eſt, uidelicet legem Chriſti & Moſis ruere datis modis illis: quoniam quanquã aliqua quæ referuntur eſſe facta tam in hiſtoria legis Moſis quàm legis Chriſti, ſuperficialiter reduci poſsũt in cauſam naturalem, tamen multa ſunt quæ minimè in talẽ cauſam reduci poſſunt: ueluti eſt de reſurrectione Lazari quatriduani & iam fœtentis: de cæco à natiuitate, illuminato: de ſaturatiõe tot mille hominũ ex quinque panibus & duobus piſcibus: de claudo à natiuitate, reſtituto per Petrum & Ioannem: de ſcaturitione fontis ex ſolo uerbo: & ſic de infinitis alijs, quorum nullum poteſt reduci in cauſam naturalem, neq; immediatè fuiſſe factum per aliquam rẽ creatam: diciturq; ulterius ex ſententia diui Thomæ in articulo 5. quæſtionis de miraculis: nihil inconuenire duos effectus eſſe eiuſdem ſpeciei, quorũ unus eſt factus ex miraculo, alter uero eſt factus per cauſas naturales. Nam ut ipſe refert ſecundum Auguſtinum ſuper Geneſi,

De uirgis Magorũ et ul dæmonũ uide L. Cœli um lib. 7. cap. 29.

ſerpentes facti à magis Pharaonis, facti fuerunt per cauſas naturales, ex procuratione dæmonum: facti autem à Moyſe, fuerunt facti, oratione Moſis intercedente, ex diuina uirtute, quanquam ſerpentes omnes illi eſſent ſimiles. Quare & ſi qua reperiuntur facta in utriſque legibus, quæ etiam in cauſam naturalem reduci poſſunt: aſſerentibus tamen legibus illa eſſe facta ex miraculo, firmiter tenendum eſt illa fuiſſe uera miracula. quod uerò aliqua talia ſint miracula, aliqua uero eiuſdem ſpeciei non ſint, ſufficit Eccleſiæ catholicæ authoritas quæ ſpiritu ſancto & uerbo Dei regulatur, iuxta illud Saluatoris, ero uobiſcum uſque ad conſummationem ſeculi. Neq; Plinius ſecundus in ſecundo libro naturalis hiſtoriæ cap. 1. audiendus eſt. qui Moſem magicum & uirum ueneficum affirmat: m nuſquè Suetonius Trãquillus reſpiciendus eſt, qui in libro de 17. Cæſaribus in uita Neronis ſcribit. Afflicti ſupplicijs Chriſtiani, genus nouæ ac maleficæ ſuperſtitionis hominũ. Nũ quid autẽ ex omnibus ibi adductis poſ-

ſint

ſint aliqua reperiri quæ naturaliter etiã fieri poſsũt: multa ſunt quę ſic, & multa quę nõ: quę diligẽs inquiſitor per ſe ipſũ faciliter poteſt diſcernere, ꝙd ſi q̃s etiã in eadẽ dubitatione ulterius inferret, ex uotis homines nõ ſanãtur miraculo, ſed ex uehemẽti imaginatione & cõſideratiõe infirmi habita de medico, uel ex aliquo alio huiuſmodi, etiã per aliq̃m aliũ aſſignatorũ modorũ: ad hęc cõſimiliter dicẽdũ eſt, quãq̃ hoc multoties cõtingit, nõ tamen ſemper: ueluti in ęgritudinibus incurabilibus ſecundũ ſe, uel propter modũ q naturaliter fieri nõ poſſet, eſto quod ęgritudo eſſet ſanabilis, quales fuerũt caſus recitati et uiſi è diuo Auguſtino, ut ipſe refert in multis capitulis 22. de Ciuitate Dei: et breuiter, quicquid habitũ fuerit ꝓ miraculo ab Eccleſia, illud firmiter credendum eſt miraculũ: & quod non habetur, etiam teneatur non miraculum: non enim aliquid ab eccleſia catholica Dei determinatur niſi ſit ex uerbo Dei & ſpiritu ſancto dirigẽte. Sanatio ex uotis

Ad octauam dubitationem conſimiliter dicitur ſicuti ad ſeptimam, ui- Ad octauam

 delicet

delicet quod quamuis & illæ figuratio-
nes in cordibus ex fixa imaginatione fi
gurari poſsint, & talia ſtigmata in tali-
bus partibus generari, ut legitur de bea
to Franciſco, tamen ſi eccleſia Dei deter
minat iſta facta fuiſſe ex miraculo, ſic fir
miter tenendum eſt propter cauſam ſu-
perius adductam, iſta tamē naturaliter
fieri, uidentur de poſsibilibus remotis
ualde: quoniam quod fœtus in utero ta
liter ſtigmatizetur, nō uidetur eſſe quid
mirum ex materia obediente, quoniam
multum tenella eſt, & facile impreſsibi-
lis. Verùm in iſtis caſibus eſt in diſpoſi-
tione ualde inobedienti et cōtraria, qua
re, prima reſponſio eſt melior & magis
pia Ad nonam autem dubitationem re
ſpondetur, & primo ad illud quod dici-
tur de uerbis & carminibus &c. quod
quamuis Voces primo & per ſe non im
mutent niſi auditū, per accidens tamen
& ſecundariò mirabiles effectus habēt
producere, & præcipuè mentes huma-
nas immutare. Plutarchus enim in uita
Demoſthenis dicit, orationis poteſtate
omnia perfici & mitigari cernuntur: ibi
que

*Ad nonam.*

*Vocum & uerborū uis miranda.*

*Rem hanc etiam tractat L. Cœl. lib. 15. cap. 14.*

que oſtendit quantum ualeat pronunciatio. In uita etiam Ciceronis non minus illud demonſtrat, ut in ea defenſione Quinti Ligarij, quę apud Cæſarem acta eſt, in qua Cæſarem ferunt extra ſe poſitum & ita mente alienatum, ut toto corpore excuſſo, libellos quos manu tenebat abiecerit. Et in ea quam idem Cicero habuit pro Lucio Flacco repetundarũ, & pro Murena, quẽ Cato de ambitu accuſabat: & de innumeris alijs tã orationibus quàm oratoribus à Plutarcho & ab alijs authoribus relatis. Non minus & bruta uocibus mouentur: Aues nanq; deceptæ capiuntur. Cantu oua, dum incubantur, melius fouent, atq; meliores fiunt partus. Serpentes à Spyllis & Marſis mitigantur. Et innumeræ aliæ operationes fiunt. Quid de Muſicis & Citharœdis dicemus? quãdoquidem cantibus & inſtrumentis ſuis homines modo ad irã, modo ad miſericordiam, modo ad arma, modo ad tripudia, & reliqua talia, etiam ipſis inuitis, deducãt, ut fama eſt de Orpheo & Timotheo, ac de innumeris alijs? Non itaq; extra natu

ram & rationem eſt, mẽtes uocibus immutari et cogi: quibus immutatis, et corpora immutari, perſpicuũ eſt. Nam gaudium, triſtitiam, iram, manſuetudinem, & ſic de reliquis paſsionibus, generant: ex quibus ſanitas & ægritudo, uita & mors, ſequi poſſunt. Veruntamẽ quanquam uoces ſecundum modũ aſsignatum tam miranda facere poſſunt, ipſas tamen ſic in propoſito operari non credimus, quoniam ſtat neq; tales præcantatores elegantem habere rationẽ: imò multoties ſunt eorũ uerba perridicula & nullius prorſus ſignificationis. neq; etiam uerba illa ſunt cum cõcentu, ut delectationem uel triſtitiã inferãt: Sed puto in cauſa eſſe uehemẽtem fidem habitam uerbis illis, non minus ex parte prȩcantati quam præcantantis: ex qua fide maior & potentior fit euaporatio ratione præcantantis, et melior diſpoſitio ex parte præcantati. quanquã & multi ipſorum in deceptione dicant illa uerba & faciant tales characteres, ut eis maior adhibeatũ fides, & melius decipiãt homines. Pariter etiã dicatũ de characteribus & figu-

*Sed præcãtatus multoties nihil ſcit, & præcantator nullã habet fidem, ut puer qui neſcit quid agat, pronuncians illa uerba, præcantationem facit*

& figuris: licet enim figura non ſit qualitas actiua, multum tamen facit ad actionem, diuerſæq; figuræ diuerſificãt actiones: decens enim color, in indecori figura & deformi, inducit triſtitiam. Nam et ſecundũ medicos poteſt eſſe peccatum in figura non exiſtente peccato in complexione, & ecõtrà. Et diuerſa animalia & plãtę eligũt diuerſas figuras, adeò ꝙd à pleriſq; figura reponit̃ inter per ſe accidẽtia quo fit, ut figurę faciant ad operationes. exiſtimamus tamẽ in propoſito characteres & figuras idẽ operari quod etiã uoces operãtur, ſcilicet ad decipiendũ & augendã fidẽ. Vtrũ autẽ figuræ faciãt ad artificialia & characteres, utpote quòd annulus figuratus figura Iouis, aut Mercurij ſit ualidior pro aliꝗ in fluxu recipiẽdo ꝙ annulus alia figuratus; poſterius dicemus exacto ſermone: hęc autem intelligantur ſecundum naturam, & non concurrentibus dæmonibus: quoniam in magica dæmoniaca illa uidentur eſſe requiſita ſiue per ſe ſiue per accidens, de quibus non curamus. Quoniam autem ſecundum

*Quantitas licet nõ ſit actiua, multũ tamẽ facit ad actionẽ: & figura ſimiliter.*

*Figura quid poßit, uel character.*

docet experientia: & nihil prohibet naturam paſsi tales ſpiritus & fouere & dirigere: quandoquidem agẽs & paſſum ponuntur eſſe unius naturę, & uapores iſtos eſſe eoſdem uel cõſimiles. dictum eſt hoc autem ut in pluribus, quoniam quemadmodum retrò dictum eſt contingit aliquando ad extra operari & nõ ad intra, ut patet in faſcinationibus et in his qui inficiuntur peſte aliqua, & infecti moriuntur, ipſis degentibus uitam ſanam. Ad quintam dubitationem, negatur illud quod ibi infertur, uidelicet quod quilibet prçcantator proficeret in omni ægritudine, & ſimiliter quod quilibet in conuenienti ætate exiſtens poſſit illos effectus producere: neutrum enim illorum ſequitur ſecundum aliquẽ trium modorum aſsignatorum, non enim ſecundum primum, quoniam ſicut non quilibet medicus tantum ſcit quantum alter, quia unus poteſt curare unã infirmitatem quam alter non poteſt: ita in hac arte unus plus ſcit quam alter. neque ſequitur ſecundum modum, quoniam unus habere poteſt proprietatem indiuidua

diuiduālem, quam nō habet alter. neq; etiam ſequitur ſecundum tertium modum: quoniam oportet prçcantatorem eſſe credulum & magnam fidem adhibere & habere uehemētem imaginationem, & fixum deſiderium, & circa unāquanq; ægritudinem: modò patet non omnes homines eſſe æqualiter diſpoſitos ſecūdum hoc: quare, nihil eſt quod adducitur. Ad ſextam autē dicit quod loquendo de iſto modo magico, ſi magicū appellare licet, in tali modo eſt conſiderare uidelicet operationem naturaliter ab herbis, lapidibus, & reliquis concurrentibus ad talem operationem, conſimiliter & accommodatum tempus, & debitam applicationem ad talem operationem: & etiam conſiderare quomodo ab hominibus acquiritur talis cognitio: uidelicet an ex induſtria ſua, ut pote uel ex ſtudio uel ex experimentis, ſine adminiculo ſuperiorum, ſiue ſint boni angeli ſiue ſint mali. Si loquamur ſecundum primum modum, nemini dubium eſt, ipſam in ſe eſſe ueram ſciētiam factiuam & ſubalternatam philoſophiæ na- *Ad ſextam.*

*Magia quã do ſit ſcientia bona.*

turali & Aſtrologiæ, ſicut eſt medicina & multæ aliæ ſcientiæ: & in ſe eſt bona, & intellectus perfectio: & habens eam dicitur ſecundum eam profici. & ut ſic, non facit hominem habentẽ ipſam, malum eſſe hominem: aliàs enim Deus & boni angeli nõ eſſent boni, quum eam perfectiſsime habeant, ut ſecundum leges manifeſtum eſt. Si uero cõſideretur quomodo ab hominibus acquiritur, dico quod ſi ex ſtudio & induſtria, uel à bonis angelis habeatᷣ, ueluti creditᷣ de qbuſdã ſanctis uiris, ſic remanet uera & bona ſcientia: neq; ſecũdũ iſtã cõſiderationẽ aliquid mali cõtinet in ſe neq; ut ſic eſt per ſe prohibita. Si uero homines eã acquirũt ex inuocatione ſpirituũ immundorũ, ſic, quãtũ ad operationes prouenientes à rebus naturalibus, eſt uera ſciẽtia, uerũ modus acqſitus nõ eſt ſciẽtia, neq; per modũ ſciẽtię, et eſt in ſe peſtifer & ſceleratus, cũ ſit manifeſta idololatria, quod eſt grauiſsimum peccatorum, cum ſit contra præceptum primæ tabulæ, & ita per ſe eſt prohibita, non quidem quantum ad rem cognitam, ſed

quan-

quantum ad modum cognoſcendi ſeu acquirendi eam. & de hoc loquitur Auguſtinus in 8. de Ciuitate Dei, ut patet inſpicienti eius uerba: & hanc prohibẽt duodecim tabulę Romanorum, & reſpublicæ benè ordinatæ eam extermінant ab hominibus. dico tamen quod quanquam prima ars ſit in ſe ſcientia, intellectus perfectio, & conſequenter in ſe ſit bona, eſto etiam quod ex inuocatione dæmonum ab homine aliquo acquiſita non foret, ſed per aliquem alium modum honeſtum, decet tamen & expedit in repub. bene ordinata ut tales homines interdicantur, & ars ipſa ex toto extermінetur, non quidem per ſe, ſed per accidens. Si enim hæc eſſet tantum ſpeculatiua, fortaſsis non eſſet ſic expellenda: Verùm eſt factiua, factiua autem non eſt bona niſi coniũcta ſit appetitui recto & rationi cõformi, modò iſtis artibus quaſi ſemper homines abutũtur. aliqui enim per has artes uolũt haberi Dij, quod eſt maximum peccatum. Aliqui aũt his utũ: ad amores illicitos, ad rapinas, ad abortus, & cætera nefanda, quare, ut

*De Magiæ ſpeciebus ui de L. Cœliũ lib. 9. cap. 23*

*Explodẽdæ malæ artes & ſcientiæ*

re,ut exiſtimo, Iura bona & reſpub. tales artes non admittunt. Quòd ſi dicatur,ubi unus homo uel plures eam debitè haberēt, & appetitum rectum haberent,tales homines non eſſent interdicēdi,dico ad hoc, quod ſi eſſēt boni, ea nō abuterentur,& ad bona opera ea uterētur:tamen dico quod alios non deberēt docere,neq; in ſcriptis relinquere: quoniam maior hominum pars eſt cupiditatibus dedita. Vnde Legislatores reſpicientes quod fit in pluribus, & non quod rarenter contingit,condunt leges ſecundum quod in pluribus conferre queant, & non ſecundum quod caſualiter. Vnde dicebat Galenus quod ſi quis homo cognoſceret herbā educentem ſanguinem, iſte homo eſſet interficiendus, ne alios doceret. quòd ſi dicat̄,pariter nulla ſcientia eſſet bona, imo nulla ferè res niſi ipſa uirtus,quoniam omnibus ſciētijs & artibus contingit abuti, exceptis uirtutibus: quoniā ipſis non poſſumus abuti, quoniam nō ſunt uirtutes niſi ut ſunt regulatę per appetitum rectum, ut dicitur ſexto Ethicorū: Verùm artibus & ſcien-

*Legislatorum ratio*

*Obiectio.*

*Virtutib. nō poſſumus abuti.*

& ſcientijs poſſumus abuti:nã quis poteſt ordinare Theologiã, quæ eſt ſciẽtiarũ principaliſsima,ad lucrũ uel ad inanẽ gloriam,uel aliquid aliud uitiũ: & ſimiliter cõtingit in Rhetorica & in cæteris, ut dicitur primo Rhetorices ad Theodectem. *Reſponſio.* Huic quidem dicitur quod adducitur uerum eſſe,at latiſsimam eſſe ſimilitudinem:cætera nanq; non ſunt admodum pernicioſa. Nam aut ſunt ſpeculatiuæ:quæ per ſe non ordinantur ad opus, uel ſi ſunt factiuæ, earum uſus eſt neceſſarius, & earum abuſus eſt manifeſtior:quare abutẽtes melius puniri poſſunt,ueluti eſt medicina, quæ eſt neceſſaria, & uoluntariè peccantes rigidè puniri poſſunt. *Puniẽdi ſunt malè medẽtes* at in hac arte neq; uſus eſt neceſſarius,neq; abuſus patens:operantur enim ut in pluribus inſenſibiliter. quare ratio nõ militat. Et ad illud quod iniungebatur,uidelicet quod iſti præcãtatores non eſſent prohibendi, cum nihil mali in eis eſſe uideatur, quandoquidem hæc ad cauſas naturales reducantur,patet quod quamuis hoc contingat maximè in duobus primis modis, hoc

tamen

tamen eſt rarẽter: uerùm ut in pluribus illa fiunt cũ ſuperſtitione: quare lex conſiderans, quod in pluribus contingit, uniuerſaliter interdicit. Vnde exiſtimo quod ſi manifeſtum eſſet legi de aliquibus, quod peritiã haberẽt ex ſtudio uel à bonis angelis, & eſſent bonæ uoluntatis, tales non prohiberentur à legibus: Veluti non eſt interdictum Regib. Gallorum de curãdis ſcrophulis: quoniam exiſtimatum eſt hoc fieri per bonos angelos, aut eſſe donum datum à Deo uel à natura, ſicut creditur à philoſophis de Spillis & Marſis. Exiſtimatur enim hoc eſſe Regibus illis datum à Deo propter benè geſta eorum in eccleſia, quia ſoli dicti ſunt Reges Chriſtianiſsimi. Tertius autem modus non uidetur poſſe fieri abſq; ſuperſtitione: quandoquidem oportet tales eſſe credulos, fidẽ magnã præſtãtes uerbis & characteribus, ut refert etiã cõciliator differẽtia 156. Vnde iure bono ex toto interdicũtur. Et quoniã dictũ eſt primũ modũ fieri ſecũdum artem & ſcientiã, ideo de ſecundo hic reſiduum eſt etiam dicendum: dico itaque quod

quod ſecundus modus nõ poteſt redu-
ci in ſcientiam: quoniam de proprietati
bus inſequentibus non ſecundã totam
ſpeciem, ſed naturam indiuidui, non po
teſt (inquit Auerrois 5. & 6. collectaneo
rum) haberi ſcientia. Nam quanquã de
Socrate ſciri poſſet eſſe ſenſibile & diſci
plinabile qua homo eſt, & quoniã hæc
proprietas inſequit formã, tamen quod
abhorreat allium, non eſt ſcibile niſi ex-
perimento. Vnde idem Auerrois dicit
ibidem, quod ars medicinæ multotiens
deficit propter iſtas proprietates occul-
tas: aliqui enim homines ex aſſumptio-
ne enematis mortui ſunt, aliqui ex caſ-
ſia, cum tamen ſecundum artem fuerint
iſta exhibita: unde non efficitur perfe-
cta ſcientia ipſa medicina. Cum itaq; ſe-
cũdus modus ſit ex proprietate indiui-
duali, ideo nõ poteſt cadere in ſciẽtiam.
nõ etiã tertius modus, ut ſatis notũ eſt:
quoniã nõ operatur uis imaginãs tales
effectus, niſi ſit homo diſpoſitus ad ta-
lia: & pauciſsimi reperiuntur tales: mul-
tas enim debent habere conditiones,
ſicut Conciliator in hoc loco citato
dicit,

Quæ ad ſcĩẽtiam reducãtur.

dicit, quæ ſimul raro coëunt in unum. Verùm de his haberi poteſt quædam peritia & cognitio in uniuerſali tantum et nõ in particulari, utpote quod aliqui homines hoc faciunt ex proprietate acquiſita ex principijs generationis: uerum ſimiliter non eſt ſcibile qui ſunt hi, qualiſue ſit talis diſpoſitio: ſicut nullus humanus intellectus ſciret determinatè dicere, quare Iacobus Forliuienſis & Horatius Flaccus tantùm alliũ abhorrebant: Sed tantum ſciunt dicere hoc fuiſſe ex proprietate occulta: idem dicatur de tertio, quoniam non eſt ſyllogizabile quis eſt ille, qui habet imaginatiuam taliter diſpoſitã, ut poſsit ex imaginatione curare Eryſipelas: ſed tamen dicimus ſermone uniuerſali hoc fieri ex uehementia imaginatiuę: quare Galenus 6. Med. Simp iure bono Chariachirũ & Bamachiũ deriſit, ipſisq́ Dioſcoridem prętulit, qui non incantationibus & uerbis ſuperſtitioſis, ueluti illi, tradidit medicinã, ſed per propria proceſsit, ſecũdũ quod poteſt eſſe ars & ſcientia: illi uero cadere non poſſunt ſub arte ueluti dictũ eſt.

& ſic

& ſic dictum ſit ad ſextã dubitationem. *Ad ſeptimã.*
Ad ſeptimã dicitur eſſe negandũ quod ibi illatũ eſt, uidelicet legem Chriſti & Moſis ruere datis modis illis: quoniam quanquã aliqua quæ referuntur eſſe facta tam in hiſtoria legis Moſis quàm legis Chriſti, ſuperficialiter reduci poſsũt in cauſam naturalem, tamen multa ſunt quæ minimè in talẽ cauſam reduci poſſunt: ueluti eſt de reſurrectione Lazari quatriduani & iam fœtentis: de cæco à natiuitate, illuminato: de ſaturatiõe tot mille hominũ ex quinque panibus & duobus piſcibus: de claudo à natiuitate, reſtituto per Petrum & Ioannem: de ſcaturitione fontis ex ſolo uerbo: & ſic de infinitis alijs, quorum nullum poteſt reduci in cauſam naturalem, neq; immediatè fuiſſe factum per aliquam rẽ creatam: diciturq; ulterius ex ſententia diui Thomæ in articulo 5. quæſtionis de miraculis: nihil inconuenire duos effectus eſſe eiuſdem ſpeciei, quorũ unus eſt factus ex miraculo, alter uero eſt factus per cauſas naturales. Nam ut ipſe refert ſecundum Auguſtinum ſuper Geneſi,

F ſerpen-

ſerpentes facti à magis Pharaonis, facti fuerunt per cauſas naturales, ex procuratione dæmonum: facti autem à Moyſe, fuerunt facti, oratione Moſis intercedente, ex diuina uirtute, quanquam ſerpentes omnes illi eſſent ſimiles. Quare & ſi qua reperiuntur facta in utriſque legibus, quæ etiam in cauſam naturalem reduci poſſunt: aſſerentibus tamen legibus illa eſſe facta ex miraculo, firmiter tenendum eſt illa fuiſſe uera miracula. quod uerò aliqua talia ſint miracula, aliqua uero eiuſdem ſpeciei non ſint, ſufficit Eccleſiæ catholicæ authoritas quæ ſpiritu ſancto & uerbo Dei regulatur, iuxta illud Saluatoris, ero uobiſcum uſque ad conſummationem ſeculi. Neq; Plinius ſecundus in ſecundo libro naturalis hiſtoriæ cap. 1. audiendus eſt. qui Moſem magicum & uirum ueneficum affirmat: m nuſquè Suetonius Trãquillus reſpiciendus eſt, qui in libro de 12. Cæſaribus in uita Neronis ſcribit. Afflicti ſupplicijs Chriſtiani, genus nouæ ac maleficæ ſuperſtitionis hominũ. Nũquid autẽ ex omnibus ibi adductis poſ ſint

*De uirgis Magorũ et ul dæmonũ uide L. Cœlium lib. 7. cap. 29.*

ſint aliqua reperiri quæ naturaliter etiã fieri poſsũt: multa ſunt quę ſic, & multa quę nõ: quę diligẽs inquiſitor per ſe ipſũ faciliter poteſt diſcernere, q̃d ſi q̃s etiã in eadẽ dubitatione ulterius inſerret, ex uotis homines nõ ſanãtur miraculo, ſed ex uehemẽti imaginatione & cõſideratiõe infirmi habita de medico, uel ex aliquo alio huiuſmodi, etiã per aliq̃m aliũ aſſignatorũ modorũ: ad hęc cõſimiliter dicẽdũ eſt, quãq̃ hoc multoties cõtingit, nõ tamen ſemper: ueluti in ęgritudinibus incurabilibus ſecundũ ſe, uel propter modũ q naturaliter fieri nõ poſſet, eſto quod ęgritudo eſſet ſanabilis, quales fuerũt caſus recitati et uiſi è diuo Auguſtino, ut ipſe refert in multis capitulis 22. de Ciuitate Dei: et breuiter, quicquid habitũ fuerit ꝑ miraculo ab Eccleſia, illud firmiter credendum eſt miraculũ: & quod non habetur, etiam teneatur non miraculum: non enim aliquid ab eccleſia catholica Dei determinatur niſi ſit ex uerbo Dei & ſpiritu ſancto dirigẽte. *Sanatio ex uotis*

Ad octauam dubitationem conſimiliter dicitur ſicuti ad ſeptimam, uidelicet *Ad octauam*

delicet quod quamuis & illæ figurationes in cordibus ex fixa imaginatione figurari poſsint, & talia ſtigmata in talibus partibus generari, ut legitur de beato Franciſco, tamen ſi eccleſia Dei determinat iſta facta fuiſſe ex miraculo, ſic firmiter tenendum eſt propter cauſam ſuperius adductam, iſta tamē naturaliter fieri, uidentur de poſsibilibus remotis ualde: quoniam quod fœtus in utero taliter ſtigmatizetur, nō uidetur eſſe quid mirum ex materia obediente, quoniam multum tenella eſt, & facile impreſsibilis. Verùm in iſtis caſibus eſt in diſpoſitione ualde inobedienti et cōtraria, quare, prima reſponſio eſt melior & magis pia

*Ad nonam.* Ad nonam autem dubitationem reſpondetur, & primo ad illud quod dicitur de uerbis & carminibus &c. quod quamuis Voces primo & per ſe non immutent niſi auditū, per accidens tamen & ſecundariò mirabiles effectus habēt producere, & præcipuè mentes humanas immutare. Plutarchus enim in uita Demoſthenis dicit, orationis poteſtate omnia perfici & mitigari cernuntur: ibique

*Vocum & uerborū uis miranda.*

*Rem hanc etiam tractat L. Cœl. lib. 15. cap. 14.*

que oſtendit quantum ualeat pronunciatio. In uita etiam Ciceronis non minus illud demonſtrat, ut in ea defenſione Quinti Ligarij, quę apud Cæſarem acta eſt, in qua Cæſarem ferunt extra ſe poſitum & ita mente alienatum, ut toto corpore excuſſo, libellos quos manu tenebat abiecerit. Et in ea quam idem Cicero habuit pro Lucio Flacco repetundarũ, & pro Murena, quẽ Cato de ambitu accuſabat: & de innumeris alijs tã orationibus quàm oratoribus à Plutarcho & ab alijs authoribus relatis. Non minus & bruta uocibus mouentur: Aues nanq; deceptæ capiuntur. Cantu oua, dum incubantur, melius fouent, atq; meliores fiunt partus. Serpentes à Spyllis & Marſis mitigantur. Et innumeræ aliæ operationes fiunt. Quid de Muſicis & Citharœdis dicemus? quãdoquidem cantibus & inſtrumentis ſuis homines modo ad irã, modo ad miſericordiam, modo ad arma, modo ad tripudia, & reliqua talia, etiam ipſis inuitis, deducãt, ut fama eſt de Orpheo & Timotheo, ac de innumeris alijs? Non itaq; extra natu

& figuris: licet enim figura non ſit qualitas actiua, multum tamen facit ad actionem, diuerſæq; figuræ diuerſificãt actiones: decens enim color, in indecori figura & deformi, inducit triſtitiam. Nam et ſecundũ medicos poteſt eſſe peccatum in figura non exiſtente peccato in complexione, & ecõtrà. Et diuerſa animalia & plãtę eligũt diuerſas figuras, adeò q̃d à pleriſq; figura reponit inter per ſe accidẽtia quo fit, ut figurę faciant ad operationes. exiſtimamus tamẽ in propoſito characteres & figuras idẽ operari quod etiã uoces operãtur, ſcilicet ad decipiendũ & augendã fidẽ. Vtrũ autẽ figuræ faciãt ad artificialia & characteres, utpote quòd annulus figuratus figura Iouis, aut Mercurij ſit ualidior pro aliq̃ in fluxu recipiẽdo q̃ annulus alia figuratus, poſterius dicemus exacto ſermone: hęc autem intelligantur ſecundum naturam, & non concurrentibus dæmonibus: quoniam in magica dæmoniaca illa uidentur eſſe requiſita ſiue per ſe ſiue per accidens, de quibus non curamus. Quoniam autem ſecundum

*Quantitas licet nõ ſit actiua, multũ tamẽ facit ad actionẽ: & figura ſimiliter.*

*Figura quid poßit, uel character.*

Pythagoram omnia perficiuntur numero denario, quia ſecũdum ipſum decem ſunt ſphæræ cœleſtes, ideo nouem prioribus dubitationibus non irrationabiliter addemus decimam dubitationem, quæ eſt hæc in hoc capite dicta. Quemadmodum aliquis poteſt infici & ægritudinem ſuſcipere ab aliquo alio ex euaporatione, ſic & aliquis ſecũdum iſtum modum poteſt ſuſcipere ſanitatem. Verùm iſtud apertè uidetur aduerſari Ariſtoteli: ſeptima enim particula problematum quarto problemate ſic quærit Ariſtoteles, Cur à morbis nonnullis ægrotant qui appropinquauerint, à ſanitate nemo ſanari poteſt? quia quod poſitũ per nos Ariſtoteli contradicit, modus etiam per nos aſsignatus non uidetur cõuenire Ariſtoteli ſcilicet per euaporationem &c. quoniam ſic ſoluit Ariſtoteles poſt propoſitam dubitationẽ, an quoniam morbus motio eſt, ſanitas autem quies? ergò illa mouente poteſt, hæc autem non poteſt? an quod alterũ non uoluntariè, alterum uoluntariè accidit, res autem non uoluntariæ à uoluntarijs cõ ſultis

*Dixerim ergo ubicunq; fiunt characteres incogniti, ibi eſſe dæmonis pactum aut expreſſum aut tacitum.*

*Decima dubitatio.*

ſultis quamplurimum differunt. Et 29. Problem. Problemate 5. ſic ait, quã ob cauſam qui cum homine ſano moram traxerit, nihilo reddi integriori corpore poſsit, neq; qui cum robuſtiori aut pulchriori uerſatur, quicquam huiuſmodi proficiat, iuſto autem & temperato & bono qui ſe adiũxerit, melior in his ipſis animi bonis euadet. & poſtea ſoluens, dicit: An quoniã bona corporis animo immutare non poſſumus, bona animi poſſumus? eſt autem bonus quiſq; animi uirtute, ſanus uirtute corporis. aſſueſcit igitur exẽplo melioris rectè modò lætari, modò contriſtari: quod hic aſſueſcere nequit qui cũ ſano eſt: haud enim quiſquam ſanus in eo eſt ut lætetur quibus rebus lætandum eſt, & contriſtetur quibus triſtandum ſit. nihil enim ex his ſanitatem creare poteſt: hęc Ariſtoteles. Ex quibus multa quæ dicta ſunt uidentur huic citatæ ſententiæ aduerſari: Primo ſcilicet quoniam homo ſanus non poteſt ſua ſanitate alium ſanare. ſecũdò quod ab homine ſano non prouenit euaporatio illa ueluti ab ægro. 3. quòd læ

titia & triſtitia non poſſunt cauſare ſanitatem & ægritudinẽ: & omnium horũ oppoſita dicta ſunt: imò ipſe Ariſtoteles ipſi ſibi aduerſari uidetur, & eſt contra omnes medicos. Sibi ipſi inquam, ut patet per ea quæ adducta ſunt in ſuperioribus, & precipuè in nono de hiſtoria animaliũ, de animi affectibus: medicis autem, quoniam ex cõmuni conceſſione omniũ medicorũ, animi accidentia ſunt de maxime conferentibus ſanitati & ægritudini, ut tertio artis paruæ manifeſtũ apud Galenum eſt: & etiam ægro conuerſari cum bene habentibus multum confert, quia iubemur amplexari infantem carnoſum in aliquibus ęgritudinibns, & ait Cõciliator in expoſitiõe citati Problematis ſeptimę ſectionis, ex communi prouerbio leproſi affectant cõuerſari cũ ſanis. Videtur etiam dictum Ariſtotelis hoc eſſe cõtra rationem & experimẽtum: rationẽ quidem, quoniam homo ſiue ſanus ſiue æger cõtinuè expirat & ab eo exhalãt uapores, quare ueluti ab ęgro ſpiritus et uapores nociui exeunt, ſic à ſano ſpiritus boni & iuua-

*Ariſt. dicta confutata.*

& iuuatiui debēt procedere. nō minus etiam contrariatur experimento: ſentimus enim flatus aliquos eſſe redolētes, ueluti puerorū temperatorum, ipſisq́ non minus confortamur quā ſuauibus odoribus: referūtq́ hiſtoriæ ex toto cor pore Alexādri Magni tales profluxiſſe uapores, ut ex Plutarchi prius ſententia relatum eſt. Et ex hiſtorijs animalium multa animalia leguntur quæ delectan tur aliorum animalium anhelitu & euaporatione: quare, ſermo hic uidetur per plexus, & inde difficultatē inferre: quapropter fortaſsis hac de cauſa uel conſimili bus, multi dixerunt hoc nō fuiſſe opus Ariſtotelis, ſed fortaſsis Theophraſti, uel Eudemi, uel alicuius alterius: aut dicendum eſt, cū Ariſtoteles huius diuerſitatis cauſam referat, quoniam ægritudo mouet, & non ſanitas, ſenſus eſt, nō quod nullo modo à ſanitate proueniat motus, ſed minus prouenit motus quā ab ęgritudine: ut enim Galenus in primo de locis effectus dicit, ægritudo eſt motus p̄ter naturā: ſanitas aūt eſt ęquatio mēbrorū in cōſimilib. ſeu ſimilarib.

Quare

Quare eſſentialis eſt motus ægritudini cũ ſit genus uel ponatur loco generis, quies autem magis conuenit ipſi ſanita ti. unde fit ut magis ægritudo generet ægritudinem, quàm ſanitas ſanitatem, quod & ſuperius per nos confeſſum. quanquam nec omnis ęgritudo ęgritudinem generat, niſi ſit de genere contagioſarũ, ut etiã ſcribitur in primo problematum Problemate 7. An etiam dici poteſt, quod quamuis ab homine ſano manat continuè euaporatio, non tamẽ talis & tanta, ut ſanitatis ſit inductiua, niſi fuerit ualde uehemens; ſicut nõ omnis euaporatio à corpore ægro procedens, eſt ſufficiens ægritudinem inducere, niſi fuerit ualde fortis. Cum autẽ ualida euaporatio prouenit à corpore ſano, ut in pluribus talia corpora ſunt in paſsionibus, ueluti impenſè imaginantes & deſiderantes: uerùm hęc, ex Platonis ſententia, ſunt animi ægritudines, quare talia proprie nõ erũt ſana. Quod autem ultimo dicebatur, & triſtitiã non inducere ſanitatem & ægritudinem, intelligitur ſecũdum eſſe ęarũ remiſsum,

tu nege-

ut negetur de rebus mediocriter & nihil nobis attinentibus:ſecundum tamē eſſe intenſum & de rebus nobis attinentibus,maximē conferunt:diligens tamē inquiſitor ſuper hæc conſideret.

*Sed hæc ſolutio non admodum ſatisfacit:quoniam ſi ægritudo quia ſit motus inficit alium,tunc quæ eſſet maior motus magis inficeret,& ſic cum febris ſit motus alterationis,quatenus febris inficeret,quod eſt falſum(peſte excepta)lepra autem,ſcabies,lippitudo,cācer,non uidetur eſſe ita motus ut eſt febris.Item morbi frigidi nullo modo ſunt contagioſi, & per ſe ſunt motus,quare illa ſolutio Problematis eſt dubia.Nos in ſoluendo illo problemate dixerimus quod difficilius eſt ſanitatem, facere: plura enim ad conſtruendum exigūtur. Sed ægritudinem poteſt ſpiritus ille ac uapor contagioſius facere: pauca enim ad deſtruendum ſufficiūt: naturaq; in malum prona eſt magis quàm in bonum. &,ut inquit Ariſtoteles ad deſtruēdum ſufficit unum, ad conſtruendum requiruntur plura: igitur malum etiam eſt certius bono,quia eſt de neceßitate naturæ,ut mors, bonum autem non ita.*

Caput

*Caput ſeptimum in quo mouentur nonnullæ dubitationes aduerſus ea quæ in priori capite dicta ſunt.*

QVoniam, ut in primo poſteriorū dicitur, quamdiu aliquis dubitat de aliquo, illud neſcit: utq; docetur 3. Methaphyſices dubitans eſt ſimilis ligatis: Cumq; ita adhuc ſuperſint circa dicta in priori capite, dubitationes, ideo eas uolo mouere, deinde iuxta uires meas ſoluere. eſt itaq; prima dubitatio talis: dictū eſt in una reſponſionū, quãquã plurima miraculorum quæ leguntur facta in ueteri & nouo Teſtamento poſſint reduci in cauſas naturales, & conſimilia poſsint fieri ſecundum naturã ueluti ea quæ nos adducimus ſecundum illos tres modos prius aſsignatos, qui quidem, ut exiſtimo, non contradicunt determinationi Romanę eccleſię, dictū tamen eſt aliqua fuiſſe facta, quæ nullo modo in cauſam naturalem reduci poſſunt, ueluti mortuorū reſurrectio, illuminatio cęci nati, reſtitutio claudi, & ſic de multis alijs. Verū hęc nō uidētur ueritatem

*Prima dubitatio contra reſponſionē ad ſeptimã.*

ritatem cõtinere. In primis quidẽ apud Plinium 25. lib. cap. 2. ſic ſcribitur: Xantus Hiſtoriarum author in prima earũ tradidit occiſum Draconis catulũ reuocatum ad uitã à parẽte herba quã Balim nominat: eademq; Tillonẽ quẽ Draco occiderat, reſtitutũ ſaluti. Et Iuba in Arabia herba reuocatũ ad uitam hominem tradit. Ideo; Plinius paulò pòſt ex multorum grauiſsimorũ authorũ ſententia dicit nihil eſſe quod nõ herbarum uí effici poſsit. multæ quoq; hiſtoriæ gentilium teſtantur multos ex inferis eſſe reuocatos. Nã et Plato in 10. libro de Republica dicit quendã Pamphilum reuocatũ ex inferis, et incredibilia narraſſe quę Dij gerant. Sũt et alij hiſtoriarũ ſcriptores idem affirmantes: quare, ſi hæc uera ſunt, nõ tantum Deus poteſt hoc facere, uerum herba et dæmones, cuius contrarium dictum eſt. Nõ minus uidetur quod ſolum dæmonum uirtute et conſequenter ui naturæ cæcus à natiuitate poteſt illuminari, et claudus ad rectitudinẽ reſtitui: Suetonius enim in libro quẽ cõpoſuit de duodecim Cæſaribus

*Contra miracula.*

lib. 10.

lib. 10. in quo ſcribit uitam Veſpaſiani Cæſaris, in capite de Miraculis per eum geſtis, ſic ſcribit: Hic cum de imperij firmitate capturus auſpicium, ædem Serapidis ſummotis omnibus ſolus intraſſet, ac propitiato multum Deo, tandem ſe conuertiſſet, uerbenas coronasq́ȝ & panníficia, ut illic aſſolet, Baſilides libertus obtuliſſe ei uiſus eſt, quem neq́ȝ admiſſum à quoquam, & iampridem propter neruorum ualetudinem uix ingredi longeq́ȝ abeſſe conſtabat. Ac ſtatim aduenere literæ fuſas apud Cremonam Vitellij copias, ipſum in urbe interemptum nunciantes. Authoritas & quaſi maieſtas quædam, ut ſcilicet inopinato & adhuc nouo principi deerat, hęc quoque acceſsit. E plebe quidā luminibus orbatus, item alius debili crure, ſedentē pro tribunali pariter adierunt, orantes opem ualetudinis, demonſtratam à Serapide per quietem, reſtituturū oculos ſi inſpuiſſet, confirmaturū crus ſi dignaretur calce contingere. cum uix fides eſſet rem ullo modo ſucceſſuram, ideoq́ȝ ne experiri quidē auderet, extremo hortantibus

tantibus amicis palàm pro concione utrumq; tentauit, nec euentus defuit. Per idem tempus Tegeæ in Arcadia inſtinctu uaticinantium effoſſa ſunt ſacrato loco uaſa operis antiqui, atq; in ijs aſsimilis Veſpaſiano imago, modo hęc omnia uidentur eſſe ueriſsima miracula: nã hoc ultimum pertinet ad futurorum cognitionẽ, quod uidetur eſſe ſolius Dei, iuxta illud Saluatoris, non eſt ueſtrum ſcire tempora uel momenta &c. Illud etiam quod narratur de liberto, conſimile eſt: talia uerò duo ſunt illa quæ probanda proponebantur. Secunda autem dubitatio eſt quoniam ſecundum prius *inquit Cardan. in lib. de Subtilitate, uidentur aliquid poſſe aut præſcire dæmones, ſed ob contemptum multa obliterata ſunt: contemptus autem euenit quoniam pleriq; his artibus confiſi non ſolum malè periere: ſed nihil egregie in arte ſua ſunt conſecuti &c.* Vt dicta, uidet̃ eſſe cõceſsũ nihil repugnatoĩa quæ in magica dicunt̃ fieri per dęmones, poſſe etiã fieri per homines, nullo cõcurrente auxilio ipſorũ dęmonũ, quoniã dictũ eſt dæmones talia facere qñiã applicãt actiua paſsiuis, quæ naturaliter

*Actorum 1.*

*Secunda dubitatio.*

ter cognoſcere, cum intellectus agens ſit omnia facere, paſsiuus uero omnia fieri. Vnde fit ut conſimiliter homines operari poterunt ueluti dæmones operantur: quare tota Magica poterit reduci in cauſas naturales, ueluti Zoroaſter, Alberto referente in quinto ſuorum Mineralium, reduxit. Verùm iſtud non uidetur poſſe ſtare: ſunt enim multa quæ nullo pacto ab homine fieri poſſūt quãtamcunq; ſcientiam habeat, ſiue inquiſitione ſua, ſiue ex libris: & abſq; diuino auxilio, uel angelico, uel dæmoniaco hæc fieri nullo modo poſſunt. Hoc autẽ ex multis probatur, primo quidem de oraculis & reſponſis deorum gẽtilium: hoc enim neq; ad herbas neque lapides neq; aliquod carẽs intellectu, neq; hoc reduci poteſt ad humanũ intellectum, quoniam multotiens ſimulacra inanimata dabãt talia reſponſa. amplius, quoniam prędicebãt futura, rememorabant præterita, nunciabant quę in remotiſsimis partibus fiebant, occulta manifeſtabant: hæc autem per homines minime fieri poſſunt. Amplius, ut referunt hiſto-

*Oracula ex ſolis dæmonibus.*

tiæ,

riæ, non ſolum gentilium, uerum etiam legis Moſaicæ & Chriſtianorum, beſtiæ multoties locutæ ſunt uoces humanas, & ſecundum determinata idiomata, ut Valerius Maximus, Eutropius, Liuius, innumeriq; alij authores tã Græci quã Latini affirmant: non uidetur autem in quã cauſam hæc referri poſſunt, niſi dæmones & angeli admittantur, cũ loquutio ſit animæ rationalis, & anima humana, ſaltem exiſtens in homine, non poteſt eſſe in beſtia ut tales exerceat operationes. quapropter dicemus de his quæ apparuerint ſubitò hominib. in forma humana & alloquuti ſunt eos, et poſtea diſparuerunt: quæ quanquam innumerabilia ſunt, in præſentiarum tamen referro quę Bruto & Caſsio, Plutarcho atteſtante, contigerunt. Sic itaq; in uita M. Bruti ſcribit Plutarchus: Is itaq; ſecum de aliquid reputans ſibi ipſi intentus, aliquem ad ſe ingredientem præſenſit: ad introitum aſpiciens, horrendã & monſtruoſam reſpexit imaginẽ corporis feri ac terribilis ſilentio ſibi aſſiſtere: interrogare tamẽ auſus Brutus, quis inquit ho-

*Cuius ſit loquutio.*

*Spectrorũ uaria hiſtoria.*

*Empuſarũ ſeu lamiarũ hiſtoriã uide egregiã apud L. Cœliũ Rod. lib. 29. cap. 5.*

minum aut deorũ es? quid tibi uis? quid ad nos ueniſti? ad quam murmurauit ille, tuus ô Brute malus genius ſum, in Philippicis me uidebis. tum Brutus nõ exterritus, uidebo reſpondit: & paulò pòſt ſic ſcribit: Verùm in ea nocte dicũt tetram illam imaginem Bruto apparuiſſe, quę cum eandem faciẽ repręſentaſſet nihil dixiſſe, ſed mox abijſſe dicitur. de Caſsio non minora refert. Et qui de his copioſius deſiderat & breui ſermone, legat Valerium Maximum. Proximis etiam diebus præſentis anni celebris fama eſt, cũ Aquila urbs magnifica Abrutij inſueta imbrium multitudine pateretur, ſupplicationesq́; humiles et deuotę ab eadem urbe ſine intermiſsione fierẽt ad diuum Petrum Cęleſtinũ eiuſdẽ urbis patronũ, (nam honorificè ab Aquilanis eius uiri ſanctiſsimi corpus tenetur, eſtq́; ampliſsima Abatia monachorum eidem diuo Cæleſtino dedicata) ſtatim ſenſibiliter ab urbe imbres fugatos conſpectum eſt: uiſusq́; eſt multoties idem diuus Cæleſtinus nõ clàm, non à duobus uel tribus, uerũ ab uniuerſo populo.

*Aquilæ urbis ciuibus uiſa in aere imago.*

pulo.

pulo. Et quis, niſi inſanus, neget hæc fieri à Deo aut eius miniſtris? quid in hoc ingenium humanum? certè nihil. amplius, quid philoſophi cum ſuis figmentis dicere poſſent de augurijs et ominibus? nam ſi per talia augures de futuris & incognitis pronunciant, aut aues & reliqua huiuſmodi generis ſunt eorũ quæ pronunciãtur cauſa, aut ſigna, nõ enim niſi his modis hæc fieri poſſe intelliguntur. at certè nullus dicet eſſe cauſas, quoniam nihil ſtultius aut dici aut excogitari poteſt. Si uerò ſigna, non eſt fingere quam ſimilitudinem habeat cornicula ad pugnam Marij, uel Cæſaris, uel cuiuſuis alterius: nulla enim uidetur inter illa ſigna & ſignata eſſe dependentia. quid enim de hoc aliud dici poteſt niſi illa fieri ex dæmonum aſtutia naturę humanę inſidiantium, & homines ad idololatriam inducentium? Quid de Geomantia omnium uaniſsima? quid enim puncta paria uel imparia cum Socrate nauigaturo connexionis habent, quando etiã puncta mathematicalia nullius prorſus actiuitatis uel ſignificatiõis ſint huic rei

*Philoſophorum ignorãtia.*

*Augurio rum & prædictionum cauſa.*

*Geomantiæ uanitas.*

uerùm hoc ſolius Dei eſt. quodq́; addu citur per Plinium, in primis dicitur Plinium neq; illud probare, ut manifeſtũ eſt ipſum ibidē legenti, idem Plinius in 5. capite 7. lib. non ſolum illud negauit in beſtijs imò in hominibus, & ultrà in quibuſcunq; mortalibus, dicitur & ſecũdò fortaſsis illos fuiſſe deceptos: nam ſi illud uerè aliquibus uiſum eſt, & non ſit dictum pro fabula, talia animalia non erant uerè mortua, ſed æſtimabãtur mortua, ueluti multotiēs uiſum eſt etiã temporibus noſtris, ut de quodam ſuſpenſo fure hic Bononię, de mulierib. prægnãtibus, de correptis ab Epilepſia uel magis ab Apoplexia, & in talibus caſibus non inconuenit tales herbas proficere, & multa alia ingenia à natura ordinata. quod aũt addit & de Pamph. & de multis alijs relatis à gētilibus, dicitũ uel quòd illa ſunt fabuloſa & poëticè dicta ad hominum inſtructionem, ueluti exiſtimamus illud Pamphili fuiſſe: Socrates enim ibi inſtruxit uulgares & plebē qui ad bona opera non trahuntur niſi ex ſpe præmij, & à malis non retrahuntur

*Solius eſt dei à morte excitare.*

*Secunda reſponſio.*

niſi timore pœnæ. & ſecundum eũdem Socratem in ſecundo de Republica, in tali caſu licet mentiri uel fingere: Scæuo la nanq; dicebat: expedit in religione ci uitates falli, ut de eo refert Auguſtinus 27. capite libri 4. de Ciuitate Dei. Vel dí citur, ſi non ſunt fabuloſa, non tamen ta lia animalia erant extincta, ſed exiſtima bantur eſſe, & ex aliquo ingenio reuixe runt. Tertiò dicitur, quod & ſi fuit uera reſurrectio, non tamen fuit ex dæmoni- bus, uerũ ex ipſo Deo: nihilq; uetat eos fuiſſe paganos & gentiles: nam teſte di- uo Thoma in articulo 5. quæſtionis de miraculis ex ſententia Auguſtini, & De- us pro ueritate aliquando in gentilibus miracula fecit. Quod autem adducitur de miraculis per Veſpaſianum factis, di citur primò, teſte Auguſtino cap. 6. 24 li bro de Ciuitate Dei, non neceſſe eſt no bis credere quæ tenent hiſtoriæ gentiũ. Dicitur ſecundo quod ille non erat ue= rè cæcus, neq; uerè ille claudus, ſic quod eorum ægritudines naturaliter non eſ= ſent curabiles: contingit enim aliquem naſci habentem in oculis talem humo= rem ue-

*Reſponſio 3. Gentiliũ mi= racula à Deo facta.*

rem ueluti eſt cataracta ſeu ſuffuſio, & aliquem claudum ex aliquo principio impediente greſſum, quod naturaliter corrigi poteſt, & credendum eſt illos à Veſpaſiano ſanatos, fuiſſe talis diſpoſitionis: neq; hoc eſt contra experimenta, quandoquidem iſta ſæpiſsimè cernuntur: & Herodotus hiſtoriarũ author refert Crœſi regis filium à natiuitate mutum, ex timore mortis paternæ uincula diſſoluiſſe, et uocalem inde factum eſſe: non enim ægritudo illa erat ex natura incurabilis. de alijs autem duobus miraculis, ut uidelicet de maieſtate Veſpaſiani inuenta, & liberto ſuo, dicimus illa eſſe inuenta dæmonum, qui talia operari poſſunt. Ad ſecundam autẽ dubitationem dicimus illa argumenta concludere ueritatem in caſibus illis: quare, dictũ eſt à principio, quod quanquam philoſophi in aliquibus uideantur poſſe dæmones euitare, non tamẽ uniuerſaliter, ſicut manifeſtum in caſibus illis: neq; tota magica eſt naturalis, ſed tantum pars illa quę eſt de occultis naturę operibus: quæ pro tãto magica dicitur, quoniam

*Ad 2.*

*Magica naturalis quæ ſit.*

D nisi à uiris ſapientiſsimis intelligitur: oc cultiſsima enim ſunt ſapientũ, ut dicitur in prohemio Metaphyſicæ, & magus lingua Perſica ſapiẽs interpretatur. Authoritas autem Zoroaſtris in hoc non eſt admittenda, quandoquidem maniſeſtè aduerſetur diuinæ authoritati, quę in infinitum humanam excedit.

*D Plato magicam appellat incantationẽ, orationẽ, cui inſit uis à deo, & ab philoſophia ratio, ut audientibus temperantiæ amorem ingenerare queat. Vis etiã qua in ſe ipſum conuerſio fit, omnium eſt efficaciſsima excantatio.*

*Caput nonũ, in quo ponitur grandis dubitatio ortum habens ex prædictis: An Ariſtoteles ignorauerit dæmones & angelos.*

VErũ, præter ea quæ dicta ſunt, inſurgit apud me magna dubitatio, quam utinam ſcirẽ ſoluere. eã tamẽ intẽdo adducere, quoniã dubitatio ex toto nõ eſt expers ſciẽtię: neq; aliqs uerè ſcit, *Dubitare qd poſſit.* niſi prius dubitauerit. Secũdò eñ poſteriorũ, quæſtiones ſunt æquales numero his quę ſcimus: & quanquã nos nõ æſtimemus ei dubitationi ad plenũ ſatisfacere, credimus tamẽ alqs futuros poſt nos,

nos, q̃ ei magis ſatisfaciẽt. Sciẽtię enim fiũt p additamẽta, ut 2. Metaphyſices & in fine 2. Ethicorũ ſcribitur. Dubitatio autẽ hæc eſt: quoniam dictũ eſt in fine præcedentis capituli, omnia illa quæ adducta fuerũt, planè & efficaciter ꝓbare angelos & dęmones eſſe, et (ueluti in reſurrectione dictũ eſt) Deũ immediate agere & de nouo: modo mirũ eſt ac mõſtruoſũ, tãtũ philoſophũ, qualẽ omnes natiões uno ore Ariſtotelẽ fuiſſe cõfitẽtur, iſtud nõ uidiſſe, & apertè hæc negaſſe: iſtud profectò uideť eſſe incredibile, quãdoq̃dem & uulgares & non uulgares paſsim dicãt iſta probare, eſſe dęmones, neque Ariſtoteles excuſari de hoc poſſe uideť, ſcilicet quoniã tunc iſta nõ erant ſibi nota, neq; de ĳs aliquã habuerit phantaſiã: hoc enim minimè dici poteſt. primò quoniã in poëſi ſua Homerũ, Euripidẽ, Pindarũ, Simonidẽ, Heſiodũ, & ferè infinitos authores memorat, quorũ libri oraculis, diuinationibus, & reliquis huiuſmodi generis pleni ſunt omnes. etiam hiſtoriæ Græcorum, Latinorum, & Barbarorum talia narrant: &, quod

quod amplius eſt, Plato quem tradunt hiſtoriæ Ariſtotelē audiuiſſe per uiginti annos & amplius, ubiq; his dæmonibus eſt plenus, ſuum Socratem ſequēs: omnesq; illuſtres Platonici idem affirmant: neq; etiā Ariſtoteles ipſum ex toto neglexit. Tertio enim de hiſtorijs animalium cap. 20. ubi de capro lactāte ſermonem habet, ibi de oraculis & de diuinationibus, & manifeſtè in 3. Rhetoricę & in pleriſq; alijs locis, mentionē fecit: de ueneficis in eiuſdē operis libro 6. cap. 22. de carminibus & de incātationibus 24. cap. 8. lib. eiuſdē: de augurijs autem cap. 1. noni lib. eiuſdem 17. quóq; cap. eiuſdem noni ſittæ auiculæ rem maleficam attribuit. Nono etiam capite primi libri eiuſdem, ſternutamentū ponit augurale ſignum & ſanctū & ſacrum: de Sybillis, Vatibus, & dæmoniacis, in primo problemate 21. ſectionis, innumeriſq; alijs locis, quos longum eſſet referre, idem habetur. quare, propter hoc Ariſtoteles non uidetur eſſe excuſandus: neq; uidetur huic proficere quod à pleriſq; dici ſolet, ſcilicet quod hæc nō pertractaue

*Picus Cinereus apud Geſnerum de auibus.*

tractauerit, quoniã ea deſpexit tãquam ridicula & inania: in primis quidẽ, ueluti ipſe confitetur, famoſum non ex toto perit, ut ipſe de ſomno & uigilia dicit: hæc autem ſemper fuerunt famoſa in omni ſeculo, ut patet etiã apud Hebræos, Aegyptios, Syrios, & unam quãque nationem, habentq́ hæc occultiſsimam & admodum difficilem ſolutionem, & à naturali philoſopho non ſpernendã. amplius quomodo ipſe Ariſtoteles ſępenũero arguit ipſos antiquos: uel igitur illa ſunt, uel non ſunt: ſi ſunt, ſuum erat reddere rationem: ſi nõ ſunt, cum tam celebre erat iſta eſſe, ſaltem debuit deſtruere illa eſſe, et manifeſtare unde hæc habent originem, & cur communiter homines uniuerſaliter iſta ponũt: hic enim eſt effectus naturalis, & cauſam habet, uidelicet, non exiſtentibus ipſis dæmonibus, cur eſt quod omnes homines ferè unanimiter concedunt ipſos: hoc enim eſt non minus quæſibile quã quoduis aliud problema poſitum ab eo in libro problematũ, & forte magis deſideratum quocunq́ alio problemate:

mate:hæc enim uidetur ſumma rei humanæ.quapropter tantã rem prætermittens Atiſtoteles,magna nota non uidetur carere.

*Caput decimum,in quo ad propoſitam dubitationem reſpondetur.*

SAtis uereor, cum tantam rem aggredi tentem, ne nomen temerarÿ ſubeam, & ſupra uires præſumere uidear. Verùm amor meus & obſeruantia quã à teneris etiam annis erga Ariſtotelem habui impellunt, ad ſui defenſionem hęc paucula in mediũ adferre:quæ tam & ſi ex toto difficultatem non euacuabunt,meam ſaltem in eum obſeruãtiam & charitatem monſtrabunt: & enim in magnis uoluiſſe ſat erit. Tria igitur in hac re facere inſtitui:primo quidem,quid Ariſtotelem mouerit dæmones ſiue hos ſpiritus immũdos negare, imò & omnem ſubſtantiã innaturalem quæ cœlos non moueat: pro nunc dimittamus humanam animam, quandoquidem ipſa ſimpliciter non ſit innaturalis.

*Tria proponit.*

turalis. Secũdò, q̃modo ſine dęmonib. poteſt Ariſtoteles ipſe experimenta ſal uare. Tertiò quid eſt in cauſa quod Ari ſtoteles nihil de his dixerit, aut ſatis ieiunus pertranſierit. Primũ itaq; aggredietes, dicimus quod cũ Ariſtoteles ex ſẽſibilibus in inſenſibilia ꝓceſſerit, uideritq; ex ſenſibilibus hęc inſenſata proba ri non poſſe, & hæc principijs naturalibus apertè aduerſari, ideò audacter hos dæmões negauit: nulla enim apud ipſũ fuit ratio ex ſenſatis probãs ipſos eſſe: uerum ipſos eſſe, ſaltem ueluti à uulgaribus ponitur, rationi repugnare. nã pro eſſe & operationibus corporum cœleſtium non ſunt ponendi, quandoquidem intelligentiæ, eorũ corporum formæ, ſufficiant: imò ſi ponerentur pro corporibus cœleſtibus, eſſent ipſis impedimẽta, ueluti ſi uni homini uel uni aſino duas animas daremꝰ. nec pro aliquo alio immateriali introducendi, ueluti leges ponũt, quę innũerã multitudinẽ miniſtrantiũ Deo eſſe dicunt, quoniã hoc per ſenſata neq; per naturalẽ rationem eſt ſenſibile: ponũt aũt propter

*Ariſt. cur nõ dæmones negauit uel omiſit.*

quoſdã

quoſdam effectus,quos uident in iſtô mũdo inferiori qui numerati ſunt, utpo te pro oraculis,diuinationibus,ominib. augurijs, & deniq; pro cęteris huiuſmo di generis,ueluti & ponentes confitentur. Verũ hic modus ſiue neceſsitas ponẽdi uidetur eſſe ſatis irrationabilis,uana,& nullius prorſus momenti:quoniã ita loquuntur de iſtis ſubſtantijs & immaterialibus,ac ſi eſſẽt homines: quod remotiſsimum eſt à philoſophia,ut manifeſtum eſt: nam homines ſunt mortales,mente & corpore mutabiles, exiſtẽtes quaſi ſecundum utranq; partẽ in cõtinua tranſmutatione: quorum nullum de ſubſtãtijs immaterialibus dicere poſſumus,ueluti ex 8.Phyſicorum & ſecundo de cœlo demonſtratum eſt.Quomodo enim immaterialia,& æterna de nouo poſſũt intelligere & deſiderare? quõ modo à rebus moueri poſſunt? quomodo gaudere,& triſtari? & ſic de reliquis,quę omnia paſsionem & corruptibilitatem argumentantur. Quomodo etiam poſſunt nos alloqui,noſtras audire uoces,noſtra uidere opera? & reliqua huiuſ-

*Homo quid ſit.*

huiuſmodi, quæ deliramenta eſſe uiden tur: ſicut etiam ferunt Caſsium Bruto dixiſſe, cum Brutus eidem Caſsio narra uit de malo genio ab eo uiſo. quapropter tum ex his quæ retulimus, tum etiã ex multis alijs quæ hinc inde ab Ariſtotele dici poſſunt, tales immũdi ſpiritus neq; etiam boni, preter eos qui mouent corpora cœleſtia, Peripateticis ſunt admiſſi. & hæc de primo propoſitorũ. hæc autem intelligantur, ſi dæmones nõ po nuntur eſſe animalia aërea, mente paſsi bilia & rationabilia, qualiter Apuleius in libro de Deo ſacratis poſuit: ſic enim poſito rationes hæ nihil cogunt. Verùm Ariſtoteles 3. de anima hãc opinionem impugnat, & eccleſia hoc damnat: quoniam Lucifer natura eſt prima creaturarum, uel ſaltem inter primas. quare, ſi in telligentię ſunt in corporeæ, & dæmones. Verũ cum Peripatetici hoc nõ admittant, quomodo igitur experimenta ſaluabuntur? quod erat ſecundum declarandum: mihi autem non uidetur tutum neq; ſine uerecundia dictum, quod à pleriſq; dici ſolet hæc experimenta ne *Lucifer.*

*Opinio diluta.*

gantibus,hęc ſcilicet eſſe ab hominibus cōficta,uelut Aeſopi apologi,ad plebis inſtructionem:uel quòd ſunt ſacerdotū aucupia ad ſubripiendas pecunias, & ut in honorē habeantur.quod ſi aliquid in his operibus apparet perfectè, ſunt præſtigiationes & illuſiones,ueluti cōtinuè uidemus in iſtis percurſoribus & præſtigiatoribus, qui uidentur miracula facere, cū re uera nihil faciant niſi pecuniarum ſubreptionē à credulis & ſimplicibus hominibus: ego inquam hanc ſententiam nō approbo,quādoquidem uiri grauiſsimi,doctrina eminentiſsimi, & noui & ueteres,tam Græci quàm Latini,ac Barbari moribus, hæc ueriſsima eſſe affirmant:quare ſic dicentes,omnino audiendi non ſunt: Verùm hi decipiuntur,cum aliquando hæc fabuloſa cōperta ſint,& aliquando uiſæ ſunt illuſiones, ex particulari uniuerſale intulerūt: quod ex Dialecticę imperitia prouenire manifeſtum eſt:neq; enim ſi aliqua iſtorum talia ſunt,falſa ſunt omnia: neq; ſi aliqua eorum quæ referuntur , uera comperiantur, exiſtimandum eſt omnia eſſe

*Ex particulari nō infertur uniuerſale.*

nia eſſe uera. Vtrumuis horũ ex eadem deceptione procedit. Suppoſito igitur hæc fore uera in aliquibus, & maximè ea quę à fide dignis authoribus referuntur, temptandum eſt addere abſolutionem iſtorũ: illud tãtum in primis præfatum eſſe uolumus, ſiue, ut uſitatiori uocabulo utar, illud proteſtamus, uidelicet minime nos hãc ſolutionem eſſe uerã tenere, uerum tãtum dicimus quod ſententia noſtra ex principijs Ariſtotelis ad talia dicere poſſumus: prius tamẽ quędã præſupponentes, per quæ ad dicta experimenta reſpondere poſsimus. *Authoris proteſtatio.*

Primò itaq; ſupponamus Deũ eſſe cauſam uniuerſalem omnium materialium & immaterialium, & ſic uim gerere cauſarum finalis, efficientis, & exemplaris, quæ ad cauſam formalem reduci ſolet. *Suppoſitio 1.* *Deus cauſa uniuerſalis omnium.* Suppoſitio patet ex Ariſtotele in 12. Metaphyſicę, et primo de cœlo ubi dicitur: à primo enim ente deriuatum eſt omne ens, his quidem clarius, illis uero obſcurius: & Deus proponitur mundi archetypus & ab Ariſtotele & à Platone: quæ Boetius 3. de cõſolatiõe metricè cecinit: *Deus mundi archetypus.*

Tu cuncta ſuperno ducis ab exemplo pulchrum pulcherrimus ipſe mundum mente gerens, ſimilicꝫ in imagine formans. Nunquid autem cum ſecundum Ariſtotelem mundus ſit ęternus, ueram habeat cauſam efficientem, an potius cõſeruantem, alienum eſt huic noſtro propoſito. Secūdò ſupponitur quòd omnium corporaliū & corruptibiliū homo eſt ſupremnm & omnium nobiliſſimū: hæc non minus patet ferè ex omnium philoſophorum conceſsione. Ariſtoteles nancꝫ phyſicorum ſecundo dicit, ſumus enim nos quodammodo finis omnium: & omnia materialia ſunt ordinata à primo opifice in ſeruitutē hominis: quare infertur naturaliter omnia materialia ab homine depnedêre: ordinatum enim ad finem, dependet à fine, ut manifeſtū eſt. Tertiò ſupponitur, quod ſicut quæ ſunt poſt hominem dependent ab homine, ita in tota natura humana aliqui homines dependent ab alijs: & una multitudo ordinatur in unum uel in minorem multitudinē: hęc ſuppoſitio patet experimento et ratione: Videmus enim in

*Suppoſitio 2. Hominis nobilitas.*

*Suppoſitio 3 Hominum in uicem dependentia.*

enim in uniuerſo Imperatores, reges, duces, principes, optimates, & reliqua huiuſmodi generis, q̃ principantur & imperant: alios uero qui ſeruiant & obediant: & hæc ferè uniuerſaliter per totũ orbem. iſtud quoq; non minus ratione apparet, quandoquidem homo eſt animal gregale & ciuile: uidemus autẽ naturam ut in pluribus dediſſe ducem, ut apibus, gruibus, coturnicibus, & reliq̃s huiuſmodi generis, quanto magis homini qui rationem habet. quare & locutionem dedit, quæ omnibus alijs animalibus denegata eſt. Et quoniam homo, ut dicitur ſecundo de cœlo, inter omnia mortalia plures habet operationes & plurimas potentias, ideò multis indiguit: Cunćq; ut Ariſtoteles & Plato in ſuis politicis dicunt, diuerſæ ſecundum ſpeciem operationes melius perficiantur à diuerſis artificibus, quàm ſi ab uno ſolo fiant, ſicut eſt de inſtrumẽtis: nã melius ars ſutoria perficitur ab illo qui tantum arti ſutoriæ intendit, quàm ab illo qui artem ſutoriam & calceorum exercet: hinc eſt quod pro natura humana con-

ſeruanda,oportet etiã diuerſos hoíes ad diuerſa officia deputatos eſſe ímò diuerſas etiam nationes:Itali enim dãt aliqua Germanis & Gallis exempli gratia, & Germani & Galli aliqua dãt Italis:& ſic de reliquis dicaẽ; hoc enim modo perficiẽ mũdus, & ſtat in ſua pulchritudine: quòd ſi aliter uarieẽ, pulchritudo & uniuerſi perfectio corrũperetur, ut ſatis notũ eſt, & ex infinitis authoribus poſſet probari,quos omitto.

*Suppoſitio 4.* Quarto ſupponitur,quòd quãuis homines ſic adinuicẽ ſe adiuuent, ut quod Rex eſt utilis ſubdito,& ſubditus ſit Regi utilis, et ſic de alijs omnibus; neq; enim Rex poſſet cõſtare ſine ſubditis, neque ſubditi ſine Rege:aliter tamẽ & aliter Rex eſt utilis ſubdito, et ſubditus Regi:q̃niã maior eſt dependẽtia ſubditi ad dominũ & Regẽ, quã Regis ad ſeruũ & ſubiectũ: ſuppoſitio poteſt declarari per dicta Platonis & Ariſtotelis in ſuis politicis,ut patet inſpicienti eorũ libros:tamẽ cõmodiſsimè poteſt nũc manifeſtari per apologiã quã habuit Menenius Agrippa ad plebem, ut refert Plutarchus

*Et Valerius Max.lib.4. capite 4.*

tarchus in uita Martij Coriolani: totam enim rempublicam aſsimilauit uni inte gro homini, ſenatum uero cordi, reſiduum autem alijs membris pro ſua uniuſcuiuſque dignitate: modo in hoc uno manifeſtum eſt cor non poſſe aut bene poſſe ſuum officium exercere, ſine alijs membris: neque etiam alia membra ſine corde. Verum & manifeſtũ eſt quanquam ita ſit, magis tamen, ſecundum Ariſtotelis ſententiam, alia membra depẽdent à corde, quã cor ab alijs membris: hinc eſt quod cor eſt primum quod uiuit, & ultimũ quod moritur, ut 3. de partibus animalium cap. 4. dicitur, quare ſi ſimilitudo eſt recta, magis ſubiecti dependent à dominante, quã dominus à ſubiectis: ex quo infertur, cũ Deus omnium horum ſit gubernator & conſeruator, maiorem curã habere de regibus quàm de ſubditis, de dominis quã de ſeruis, de bonis quàm de malis, de doctis quàm indoctis: quanquam omnium curam & prouidentiam habeat: intendens namque finem & ordinata ad finem, quanquam utrumque

*Reipub. ad corpus aſsimilatio.*

*Dei prouidẽtia ordinata.*

*Intendens finem, intendit etiam ordinata ad finem.* intendat, magis tamen finem intendit quàm ordinata in finem. quoniam ordinata in finem intendit propter finem: et propter quod unumquodque tale, & illud magis.

*Suppoſitio 5*
*Quid ſecūdū Ariſt. Deus poßit.*
*Author in Platonis Timæum Chalcidius eſt, tolli ab Ariſtot. diuinatiōem omnem, quā do nec præ noſcant ur fu tura, quippe quū ad lunæ tantum regionem, Dei prouidentiam perducat. infra uerò nulla eſſe prouidentiæ ſcita uel augelos. uel dæmones. Mediatorem uidetur adumbrare Ariſtot.*

Quintò ſupponitur, quod quanquā Deus ſic ſit omnium cauſa, penes tamē Ariſtotelem nihil operari ualet in hoc ſublunari mundo niſi mediantibus corporibus cœleſtibus tanquam inſtrumētis per ſe & neceſſario requiſitis ad factionem & conſeruationē horum ſublunarium: ſuppoſitio patet ex multis, tū quoniam Ariſtoteles exiſtimauit hunc ordinem eſſentialiter eſſe & per ſe, & quod ab agēte omnino immateriali nō poteſt in hæc inferiora aliquis effectus prouenire niſi mediāte corpore medio inter æterna & generabilia & corruptibilia, ut patet 8. phyſic. 2. de generatione, & infinitis alijs locis. non minus & ſuppoſitio apparet ex his quæ legimus ex hiſto

ex hiſtorijs, ſine quibus impoſsibile eſt eſſe aliquem perfectum in naturali philoſophia. & quanquam infinita huic deſeruiẽtia poſſem adducere, paucis tamẽ ero contentus, ut per hæc ad alia deueniamus: quod enim corpora cœleſtia omnium iſtarum operationum cauſæ ſint aut totales, aut partiales, aut cogentes aut diſponentes, reſpondeat mihi aſſerens oppoſitum: Vnde enim aruſpex Spuria admonuit Caiũ Cæſarem ut caueret periculum, quod non ultra idus Martias proferretur? Vnde Iulius Marathus antequam naſceretur Auguſtus Cæſar S. P. Q. R. prædixit naturam citò parituram regem populo Romano? Vnde P. Nigidius accepta eiuſdem Augusti genitura affirmauit dominum terrarum orbi natum? Vnde etiam Scribonius Mathematicus Tiberio Cæſari ſciuit prædicere quandoq; ipſum eſſe regnaturum. Vnde quæſo Mathematicus ille Tiberio Cæſari prædixit Galbam aliquando imperaturum, cum tamẽ Galba non eſſet ex familia Aeneadũ, neq; aliquid erat per quod illud de Galba coniectari

*Hiſtoriarum utilitas.*

*Corpora cœleſtia quomodo iſtorũ inferiorum ſint cauſæ.*

*Prædictiones uariæ.*

*Val. Max. lib. 8. capite 11.*

*Suet. lib. 2. in fine.*

iectari poſſet? Vnde Seleucus Mathematicus Othoni Cæſari, ſuperſtite Nerone, promiſit imperium? Vnde Mathematici cognita genitura Vitellij Cæſaris, ita parentes terruerunt, ut filio admodum, ne exitum infœlicißimum qualem habuit, metuerint? Vnde Ioſephus Hebræorum nobilis Veſpaſiono Cæſari prædixit eum Romæ imperaturum, & ipſum Ioſephum ex uinculis liberaturum? Vnde Aſcletarion Mathematicus Domitiano Cæſari tam certam ſui & Domitiani necem prædixit? infinitos prope alios ex Plutarcho, Liuio, Iuſtino, Valerio Maximo, & alijs grauißimis authoribus in medium adducere poſſem, quos ſilentio pertranſeo, ſed de his tantum, quoniam magni imperatores fuere, de quibus, ut diximus maioris curæ eſt apud ſuperos, mentionem feci: Et certè uidebis hæc tam certa non fuiſſe pronunciata niſi ex Aſtrorũ peritia, & ut cognoſcas ſuperos in hæc inferiora non operari niſi mediantibus corporibus cœleſtibus. Verùm & corpora cœleſtia nõ ſolũ ſic dirigunt homines,

*Suetonius lib. 12.*

*Deus operatur in hæc inferiora medi*

homines, uerùm etiã manifeſta indicia futurorum euentuum dãt hominibus, modo in ſomnijs, modo in uigilijs ſecũdum appari tionem diuerſarum figurarum, ut infinita exempla de ſomnijs adducere poſſem ex Plutarcho & infinitis alijs authoribus, quæ omnia prętermitto: & ſecundum etiã diuerſas operationes in uigilia, ut declarant tot & tãtæ hiſtorię. nõ minus etiã fiendorum corpora cæleſtia dãt ſigna in hominibus, uerũ & in beſtijs, ut loquãtur, ut nõ comedãt: ueluti eſt illud apud Suetoniũ de equis Cæſaris quos uagos & ſine cuſtode miſerat: dant in aere, ut uoces audiantur, aues appareãt: dãt in aqua, dãt in terra: & reliqua quæ infinitum eſſet proſequi: et qui delectatur in hiſtoria, hæc omnia nouit. Neq; tantum ex horum peritia ſciũtur futura, uerum pręſentia & pręterita: ex quibus concluditur, omnem effectum hic inferius aut per ſe aut per accidens reduci ad cœlum, & ex peritia corporum cœleſtium miranda & ſtupenda poſſe cognoſci & pronunciari: quare Plato aperte in Phædro poſuit artem augu-

*antibus corporibus cœleſtib.*

*Signa futurorum euentuum, unde.*

*Corollarium*

*Plato ſciẽtiã diuinandi approbat.*

augurandi eſſe ſcientiam, & in Timęo artem diuinationis eſſe ueram ſciētiam: quanquam ſint ſcientiæ admodum diſficiles: idemq́ dicit in multis alijs locis, uultq́ in Repub. bene ordinata eſſe huiuſmodi artes & ſcientias, & ſic ſecundū mentem philoſophorum patet hęc ſuppoſitio. Huic autem quintæ ſuppoſitioni annectitur ſexta, quæ eſt hæc: Quòd

*Suppoſitio 6.*

ueluti reperiuntur homines qui aſtrorū peritiam, auguriorum omniū, ſomniorum, & reliquorum huiuſmodi generis habent ex ſcientia librorum, experimēto, doctrina, uel aliquo huiuſmodi, ſic aliquando reperiuntur, qui munere deorum & corporum cœleſtium abſq́ exercitio & labore talem cognitionem habent, & mirabilia faciunt: quare uulgares, & qui rerum cauſas non cognoſcūt, credūt homines tales eſſe dęmoniacos, uel ſanctos ſic natos ex materno utero uel extra uterum maternum: ut uerum dicāt, tales homines hoc habere munere deorum, uerùm mediantibus corporibus cœleſtibus. Suppoſitio, quanquā uulgaribus incredibilis uidetur, apud tamen

*Naſci interdum uates & ſimiles.*

tamen philoſophos eſt nota. Plato nãq; in Menone dicit poëtas naſci: cuius ſignum eſt; quoniã multoties quę dicunt ignorant. in Phadro idem dicit de Vatibus, Sibyllis, Auguribus, & reliquis huiuſmodi generis, & quod à furore ducũtur & ſunt exſtatici. In Ione ubi Plato de furore poetico tractat, ſic Socratem Ionem alloquentem introducit: Video ô Io, & quod mihi id eſſe uidetur, tibi aperire incipiam. Vt bene de Homero loquaris, ars tibi non præſtat, ut modo dicebam, ſed diuina uis eſt quæ te mouet, ſicut in lapide quem Magnetem Euripides nominauit, nõnulli Heraclium uocant. Qui lapis non ſolum ferreos annulos trahit, ſed uim etiam annulis ipſis infundit, qua hoc idem efficere póſsint, ac perinde ut lapis alios annulos trahere. Vnde longa plerunq; concatenatio ferri, & annulorum inuicem pẽdet, & omnibus his ex illo lapide uis attrahitur. Ita ipſa muſa poetas diuino inſtinctu concitat, poetæ conciti alios furore corripiũt. Quare ex his omnibus ſeries ipſa contexitur. Omnes itaq; carminũ poetæ inſi-

*Magnetis uis & collatio.*

*Poetarum ortus.*

tæ inſignes, non arte ſed diuino afflatu mente capti, omnia iſta præclara poemata canunt: & ut Corybantes nõ ſana mẽte ſaltant, ita neq; cantilenarum motulatores egregij ſana mẽte hos cantus effingunt: ſed ubi in harmoniã, & rythmum inſurgunt, & rapti bacchantur, quemadmodum bacchantes fœminę, mente nõ ſana, mel & lac ex fluminibus hauriunt, ſana autem mente haurire nequeũt, idq; tum efficit illorum animus qui cãtus efſingũt, quod ipſi narrant. Aiunt enim nobis poetæ, quòd à fontibus quibus mel ſcaturit, haurientes, et à muſarum uiridarijs collibusq; decerpẽtes carmina ad nos adferant, quemadmodũ mel ex floribus apes, & inſtar apũ uolare ſe dicunt. Qua in re uera loquuntur. Res enim leuis, uolatilis, atq; ſacra poeta eſt, neq; canere prius poteſt quàm deo plenus, & extra ſe poſitus, & à mẽte alienatus ſit. Nã quamdiu mente quis ualet, neq; fingere carmina, neq; dare oracula quiſquam poteſt. Et multis interpoſitis idem Socrates dicit: ob hanc uero cauſam. Deus illis mentem ſurripiens, ipſis

*Poeta quid ſit.*

pſis tanquam miniſtris utitur, oraculorúmque nuncijs, & diuinis uatibus, ut nos qui audimus percipiamus non eos eſſe qui tam digna referunt, cum ſuę mẽtis compotes minime ſint, ſed hæc Deum loqui, & per hos nobis hæc inclamare. Huic autem rei euidentiſsimo argumento eſſe poteſt Tynnichus Chalcidenſis, qui antea poema nullum memoria dignum compoſuerat: hymnum autem in Apollinem quem omnes cantant, omnium fermè cantilenarum pulcherrimum, muſarum inſpiratione inueniſſe ſe dicit. In hoc maxime Deus oſtendiſſe uidetur, nobis dubitandum non eſſe, quin præclara hæc poemata, diuina deorumque potius quam humana hominumque ſint opera. Poetæ autem nihil aliud ſint, quàm deorum interpretes, dum ſunt furore correpti, à quocunque tandem numine quis corripiat. Quod quidem Deus oſtẽdere uolens, de induſtria per ineptiſsimũ poetã, pulcherrimã cecinit melodiã. & quę ſequũtur, candẽ ſentẽtiam manifeſtant. Huic ſententię in totũ conſo-

*Amentes fiunt Vates.*

*Tynnichus poeta.*

*Poetæ deorũ interpretes.*

conſonant quæ dicuntur ab Ariſtotele 30. particula problematum, problemate primo de Sibyllis, Bacchis,& uniuerſaliter de his qui diuino ſpiraculo inſtigari creduntur, exemplũq; ſimile Tynnicho Chalcidenſi ponit de Marco ciue Syracuſano, qui præſtãtior erat dum mente alienaretur. firmatur inſuper hæc ſuppoſitio ex prophetis, qui non tantum à lege noſtra admittuntur, uerùm ab omnibus nationibus, ut manifeſtũ eſt exercitatis in hiſtorijs. Idem non minus patet per eos qui à primæuo ortu ſuo locuti ſunt & prophetizauerũt, ueluti de puero nato in Saguntinorũ excidio per Annibalem facto. Quòd ſi dicatur hoc arte dæmonum fuiſſe factum, quid dicemus de Haly Abenragel, qui experientia ſyderum ſciuit prædicere puerum natum ſtatim prophetaturum. ut refert Conciliator in expoſitione 27. problematis undecimæ particulæ, & multornm aliorum? Nonne multotiens auditi ſunt boues prophetaſſe,& cætera animalia? ut in uita Marcelli refert Plutarchus,& multotiens hoc apparuit: & ueluti

*Marcus Syracuſanus.*

*Infans ſtatim locutus.*

*Haly Aſtrologus.*

*Bruta prophetaſſe.*

ueluti refert Albertus in ſuis minerali-
bus, lapides multoties figurãt diuerſis a
nimalium figuris, & quidam habẽt uir-
tutem diuinationis, quidam pandendi
ſecreta, & de innumeris alijs quæ ab Al-
berto ex grauiſsimorum uirorũ autho-
ritate ponuntur. Quanto igitur magis
hoc dici poteſt de homine, qui eſt medi
us inter æterna & corruptibilia, & ma-
gis ſuſceptiuus talium impreſsionum?
Amplius, quid dicemus de ſõnijs quæ
ſunt manifeſtiſsima numinum admoni
ta? ſunt enim tãta & tot, ut, ſi quis uelit
ea ſingillatim ſcribere, tota uniuerſi
charta non ſuffecerit: de quibus Plutar-
chus in uita Luculli, refert Lucullum cõ
ſuetum dicere ex Scyllæ ſentẽtia, nil cer-
tius, nil credi dignius eſſe quã quod per
ſomnium fuerit præſignatum: hac ratio
ne: in quiete enim animi noſtri innume
ris figuris effinguntur, per quas præ ſen
tium præteritorumq; admonemur, nul-
la noſtra in hæc interueniente aut cogi
tatione aut occaſione. Neq; minus no-
bis uigilantibus hæc multotiens nobis
apparent ut de ſomnio, quod de pluri-

*Lapidum mirandæ uires & figuræ.*

*Somnia uatũ*

*Luculli dictũ de ſomnijs.*

*Lib. 1. capi to 7.* bus Val. Max. ſcribit. Quoties etiã aër diuerſis uariatur figuris animalium, & nõ animaliũ, ut acies appareãt, & ſcuta, & omnium armamentorum genera, ut in uita Marij & ſecundo meteororũ legitur, & pleriſq; alijs locis? & nemo dubitat hæc à corporibus cœleſtibus fieri. Nõne fontes Manaſſe ſanguinem, & ſtatuas guttas ſanguineas aliquãdo emiſiſſe legimus? ac ueluti lanã aliquando etiam pluiſſe, & innumerabilia alia quæ in hiſtorijs legimus, quæ magnarũ rerum prodigia fuiſſe non dubitamus, quandoquidem magnæ res paruarum ſunt fines: & natura eſt magis ſollicita de fine, quã de ordinatis ad finem, Vnde uir noſtræ tempeſtatis nulli poſtponendus Iacobus Faber Stapulenſis in quodã ſcholio Epiſtolę beati Dionyſij ad Polycarpum Epiſcopum dicit, apud Aegyptum quaſi ſemper in natiuitate & in morte magnorum regũ & magnarum nouitatum, & mutationibus ſtatuum apparent magna prodigia: Quoniã dij & natura gubernant iſta inferiora, et ea ſecundum nutum diſponunt pro eſ-

*Aer figuratus.*

*Prodigia uaria.*

*Iacobus Faber Stapulenſis.*

*Aegypti peculiare prodigium.*

*Inferiora à ſuperis regi.*

ſe me

ſe meliori uniuerſi: Vt aliquando mittunt bonos principes, aliquando tyrannos, pro populorũ pœna, ueluti Plutarchus in uita Caſſi Cæſaris & Marci Bruti refert. Quare non inconuenit, homines tales à cœlis ꝓduci quales dicimus, pro uniuerſi perfectione & neceſsitate. *Tyrannorũ uſus.*

Vltimo ſupponitur, quòd in rebus difficilibus & occultis, reſponſiones magis ab inconuenientibus remotæ, ac magis ſenſatis & rationibus conſonæ, ſunt magis recipiendę quã oppoſitę rationes. Suppoſio patet ex 3. Topicorũ: minus nanq; malum præeligitur maiori malo, cũ quoquomodo minus malum ſit magis bonũ. Et Auerrois 2. de cœlo ex ſententia Alexandri ait, ſermo Ariſtotelis eſt magis ſuſtinendus ſermonibus aliorum philoſophorum, quoniam hic eſt magis remotus à cõtradictiõe. His modo ſic ſuppoſitis, tentandum eſt ſine dæmonibus & angelis ad obiecta reſpondere: Et quoniam ut dicitur 2. de cœlo, oppoſita iuxta ſe poſita, magis eluceſcunt: Ideo ad unumquodq; ponemus reſponſiones introducentiũ dæmones, *Suppoſitio 7. In difficilibus quæ ſit melior reſpõſio.*

& quid ſecundum Ariſtotelē exiſtimamus eſſe reſpodendum. Primum itaque quod tangebatur, erat de oraculis & reſponſis datis falſorum deorum: omittimus autē Mathematicos, quoniā quod Mathematicus ex genitura hominum & multis alijs, ex peritia Aſtrologiæ cognitis, ſciat multa prædicere, ut de pluuijs, ſiccitatibus, ubertate & ſterilitate, de bello & pace, de morte & uita, etiam de actibus humanis ſecūdum illud quo à corpore dependent, licet non neceſſario, uerùm ſecundum inclinationē, puto legem non negare, ut patet per Auguſtinū 6. cap. 5. de Ciuitate Dei, & 2. ſuper Geneſim ad literā, et in 2. de doctrina Chriſtiana. Verùm difficultas eſt de reſponſis datis non ex peritia Aſtrologiæ uel alicuius alterius ſcientię, ſed ut dicitur prouenire ex deo uel angelis, ut apud ſanctos uiros & prophetas: uel ex dæmonibus, ut apud Gētiles à lege noſtra creditur. Reſponſio igitur Chriſtianorum eſt, quod oraculo iſta facta ſunt uel immediate à deo, uel ab eius miniſtris angelis, & hoc cū adſuit pia & ſancta uo-

*Mathematicorum prædictiones quantum teneant.*

*Oracula unde habita ſint.*

cta uoluntas: à dæmonibus autem cum adeſt uoluntatis impuritas, utpote idololatria. Ariſtoteles autem (ut exiſtimo) immediatè, id eſt, ſine aliquo agente intermedio Deum in hæc inferiora agere, (quãquam aliqui, ut in creatione humanæ animæ, oppoſitum teneant) non admitterent: neq; ſecundum Ariſtotelẽ hoc eſt, ex imperfectione & debilitate uirtutis diuinæ, cum apud ipſum in ſecundo Metaphyſ. ſit actus ſimpliciter, cui nulla poteſt eſſe admiſta potentia: aliter enim nõ eſſet actus ſimplicißimus: quare neq; in eo eſt aliquis defectus, ſed eſt perfectißimus, completißima latitudo entis, extra quam nihil eſt neq; eſſe poteſt, ut dicit Commentator commento 21. quinto Metaphyſicæ, & cõmento 5. tertij de anima. Solus enim eſt cui potentia & defectus admiſceri nõ poteſt: Verùm hoc eſt defectu ipſius effectus inferioris, qui ex ſua imperfectione immixta perfici non poteſt: & iuxta illud Platonis in Timæo, non licet purum ab impuro tangi. Vnde ueluti oculus debilis nõ poteſt in nocte intueri ſolem, ſed

*Ariſt. opinio*

*Deus quid ſecundũ Ariſt.*

tantum ſolem inſpicit in lumine debili, ſic effectus inferior immediate non fit à deo ſuper nos, ſed tãtum mediantibus eius miniſtris. Omnia enim Deus ordinat, & diſponit ordinatè & ſuauiter, legemq́æternã rebus indidit, quã præteri re impoſsibile eſt. Quod autem deus in hęc inferiora immediatè nõ agat, patet ex 8. Phyſicor. ſecundo de cœlo, & ſecũdo metaph. Quoniam credidit Ariſtoteles Deũ immutari, ſi immediate ageret: quo dato, Deus non eſſet Deus: in eo enim etiã ſecundũ leges & ueros philoſophos, nulla prorſus poteſt mutatio uel uiciſsitudo cadere, ut et teſtať Iacobus Apoſtolus in ſua canonica epiſtola. Primũ itaq; modũ non admitteret Ariſtoteles propter cauſam aſsignatã. Videamus modò de alijs uidelicet de angelis & dęmonibus: Et dico quod quęrendũ eſt quomodo angeli ſiue dæmones dant talia reſpõſa, an docendo, ſiue inſtruendo tales uates, aut utendo corporibus ſuis ueluti inſtrumentis, ſicut ti bicem per tubam edit ſonum, ſic etiam faciant angeli uel dæmones? Si primum

mum datur, quæritur de modo docendi uel inſtruēdi: hoc enim fieri nequit niſi conceptus uerborū prolatorū generentur in anima uatis. Verū huiuſmodi actio eſt alteratio ſaltē perfectiua, quæ ſecundū Auguſtinū nō imediate poteſt fieri ab angelis neq; à dæmonibus, ut ipſe dicit in tertio de Trinitate. generabuntur ergo tales ſpecies per applicatione actiuorū ad paſsiua, & in eis generabūt phātaſmata. q̄ phātaſmata poſtea cauſent ſpecies in in tellectib. eorū. phātaſmata aūt ſunt cū quantitate & fortaſſis cū figura, utputa ſi ſunt rerū uiſarum, uerum quantitatem non effugient: hæc uerò ſunt in uirtute phantaſtica quæ eſt extenſa, talia igitur phātaſmata fient & à corporibus motis ab ipſis angelis uel dæmonibus, & ſic applicatis uirtuti phantaſticæ. hoc autem dato, cum hoc quod uideatur eſſe ſatis difficile, uidelicet quod tam uaria corpora phantaſiæ uatis applicentur, & tam ſubito, quid igitur prohibet & corpora cœleſtia moueri ab ipſis intelligentijs, & talia in phantaſia uatis generare? iſtud enim

uidetur naturale,neq; ponimus aliquid ſuperuacaneum: naturale quidem, quãdo uidemus beneficio corporum cœleſtium,ut ſunt inſtrumenta ſuarũ formarũ,omnia hæc inferiora corporalia prædita,& animas & accidentia, ubi aliqua cum ſemine & aliqua ſine ſemine, ut genita ex putredine,ut etiam lapides cum tot uarijsq; figuris,modò humanis, modò beſtialibus,modò unius,modò alterius rei:neq; erit ſuperuacaneum in natura,quandoquidem ſine illa innumeroſa multitudine poſsimus talia ſaluare:quare,per ultimam ſuppoſitionem,ſi detur modus iſte, magis retinenda eſt Ariſtotelis ſententia quã alia.Si autem detur alter modus, uidelicet quod uates ſe habeãt ut tuba ad tibicinem in ordine ad dæmonem uel angelum, tunc quæritur an in uate aliqua cognitio imprimatur uel non,ſi primum detur, ſtat prima difficultas,quoniam illa cognitio eſt alteratio.& redit primum argumentum. Si uerò detur quod in uate nulla ſit cognitio, uerũtamen eſt motus localis cauſans illum ſomnum, uelut eſt in tuba uel

*Vates quomodo cognoſcat.*

ba uel

ba uel in tibia, tunc ſtant difficultates non minores: prima, quoniam hoc non eſt uerum, nam tunc uates cognoſcit & habet imaginationes, ut etiam ipſi dicũt & in oraculis ſanctorum, ſancti cognoſcunt ſe cognoſcere & recordantur: neque ſunt adeò extra ſe ut eorum non recordentur. Secundò, quia ſi uates tantũ habent de motu locali, ergo cum motus localis poſsit fieri à corporibus cœleſtibus, & cauſari in iſtis inferioribus & in uirtute intelligentię, (eſt etenim corpus cœleſte tantum mouens motum & inſtrumentum) cur igitur oportet ponere tales ſpiritus, ſiue bonos ſiue malos, quandoquidem ſine eis hęc ſaluare poſſimus, ut docet philoſophus? quod ſi dicatur, intelligentia mouens cœlum nõ eſt in uate, ſed ſpiritus eſt in uate, quare, non procedit ſimilitudo. Verùm quęritur quomodo ſpiritus ſit in uate, aut ut eius forma propter quam uates eſt homo, aut ſicut motor in moto. Veriſimiliter enim aliquid aliud fingi non poteſt: non primum, quoniam eſt merũ impoſſibile: Sic enim dicere poſſumus homi-

*Quomodo ſpiritus ſit in uate.*

nē eſſe hominē per formā aſini,imò magis,cum homo magis conueniat cū aſino corporali, quā cū dęmone incorporali: & duæ ultimæ formæ ſpecificæ eſſent in eodē uate,& eſſet dæmon & angelus: quæ non tātum falſa ſunt, uerum etiam penitus ridicula. relinquitur igitur quod ſit in uate dęmon uelut motor in moto,quo motor eſt quando ipſum mouet. cum igitur cœlum hæc inferiora mouere poſſit,ergo cœlū dicetur eſſe in uate,magis eius intelligentia, uirtute cuius cœlum mouetur. uerū adhuc forte dicetur,quod ad hoc ut ſpiritus ſic utatur uate, ut uates loqui uideatur,non ſufficit ipſum uatem moueri ab angelo uel dæmone,ſed ipſum tangere: cumq; intelligentia nō tangat uatem, uerū ſpiritus ſic uatem tangit, hinc prouenit, ut uates ab intelligentia motus,non emittat locutionē, ſed motus ſic à ſpiritu,loquatur.profectò iſtud nō uidetur rationabiliter dictum: primo difficile eſt intelligere ſic eſſe cōtactum niſi uirtualē: modo & magnes alterans ferrum, quātumcunque remotum ſit,uirtualiter ipſum

pſum tangit. Secundò, intelligētia nec eſt corpus, nec uirtus in corpore, ut octauo phyſicorū dicitur, quare propriè nec eſt in loco, nec in ſubiecto. quid igitur prohibet & ipſam intelligentiam ſic eſſe in uate? præterea quid habet angelus uel dæmon plus quod poſsit eſſe in uate & ſic mouere, quod etiā dici nō poſsit de intelligentia? certe iſti loquuntur de iſtis intelligentijs & corporibus cœleſtibus, ac ſi eſſent homines uel fœminæ quæ loco determinantur & multa ſimul exercere non poſſunt, cum tamen unus ſol omnia opera luſtret ſuis flammis, & unus Deus totum uniuerſum gubernet. Quare dato adhuc quod ſic mouens uatem, ſecundum aliquem modū eſſendi debet eſſe in uate, qui nō adhuc ab iſtis eſt expreſſus, talis etiā modus attribui poteſt ipſi intelligētiæ quæ quandoq ſit illic. In uanum ergo ponūtur tales ſpiritus, quādoquidē & ipſæ intelligētię tales operatiōes exercere poſſent, quales & tales ſpiritus poſſunt. Videtur igitur rationabilius eſſe dicēdum ſecundū ſuppoſitiōes datas, tales uates

*Abuſus loquendi de intelligētijs & corporibus cœleſtib.*

*Vates unde habeāt quod prædicant.*

habere

habere hoc in genere cauſæ efficientis, ex diſpoſitione corporum cœleſtium, cuius apertum argumentum, quòd Mathematici uidentes horum genituram, prædicunt ex ſyderibus iſtos in prophetas & uates euaſuros, ut fecit Haly quē ſupra memorauimus. & multotiens antequā tales naſcantur, mathematici pronūciant prophetas & uates naſcituros, ueluti diximus de Auguſto Cęſare: Plutarchusq́ refert in uita Romuli, Taruntiū philoſophiæ ac mathematicæ in primis ſtudioſum, cum Marcus Varro ſibi dediſſet uitam & mores Romuli, ſciuit horám ſuæ natiuitatis dicere, & qua hora urbem Romulus condidit, & de horis multorum geſtorum Romuli: quod eſſe non poſſet, niſi tales diſpoſitiões cognouiſſet ex ſyderibus: tales etiam uates habēt cauſam materialem, quoniam diſpoſitionem, ſunt enim, ut dicitur triceſima ſectione Ariſtotelis problematum, melancholici, ſine curis, ueluti amētes, extatici, dumquè uaticinantur, baccantur & furiunt, ut Virgilius in ſexto Aeneidos refert de Sibylla Cumęa: Nō uultus,

*Taruntius uates.*

*Diſpoſitio corporis ad uatem ſiendum.*

uultus, non color unus, Non comptæ manſere comæ,ſed pectus anhelum, Et rabie, fera corda tumēt, maiorq; uideri, Nec mortale ſonans, afflata eſt numine quando Iam propiore dei. & poſtea: At phœbi nondū patiēs immanis in antro Bacchatur uates,magnū ſi pectore poſſit Excuſsiſſe Deum,tanto magis illa fatigat Os rabidum fera corda domans, fingitq; premēdo. Vnde, ut relatum eſt ex Platone & Ariſtotele de illis duobus poëtis ex ſanguineis factis melancholicis, ex rudibus poëtis & ſanguineis, in clariſsimos poetas emerſere. At iſti qui dæmonium habēt, purgata atra bile, nihil amplius talia mirabilia faciant, expérimēto ſe uidiſſe, expoſitione illius problematis, dicit conciliator: imò uerus ſum teſtis, quod Galgerandus medicus tempeſtate noſtra celeberrimus in urbe noſtra Mantuæ, uxorem cuiuſdam Frāciſci Magreti ſutoris tali morbo laborātem (loquebatur enim ſecundum diuerſa idiomata) curauit, & perfectè. Argumentum etiā ſumi poteſt, quoniā hi qui ſpiritus per orationes ſanctorum & aſperſio

*Enthuſiaſmus.* *Macr. libro 4. cap. 1. Sat.* *Atræ bilis uis.* *Historia.* *Exorciſtæ.*

ſperſio

ſperſione aquæ benedictæ fugare profi-tentur, primo euacuant ſic laborātes ab atra bile. Amplius, quoniam ut legitur, 3. cap. quarti Regum: Eliſæus regi quærenti Eliſæum ipſum, prophetare non potuit, niſi manu impoſita pſalterio: habent & dicti uates cauſam finalem pro cōſolatione & decore uniuerſi: ſine eis nanque non bene conſtaret uniuerſum. Vnde Plato in Phædro ſic ſcribit: Nam et quæ in Delphis futura prędicit uates, & quæ in Dodona ſacerdotes, furentes quidem multa ac magna cōmoda priuatim & publice Græcis hominibus attulerunt: ſanę uerò dū ſunt, exigua aut nulla. Quòd ſi referamus Sibyllam, & alios quicunque diuino uiſi ſunt uaticinio quàm multa prædicentes, in futurū profuerint, prolixum nimis extenderemus ſermonem, & rem manifeſtā omnibus proferremus, imò apud Platonem rāti erat diuinatio & auguratio, ut in Phædro, in Timæo, in libro de Repub. exiſtimauerint, mancā eſſe rempub. quæ has non haberet artes. & non timuit eas reponere in numerum ſcientiarum. quare

*Vatum cauſa finalis.*

*Diuinatio quanti apud Platonem.*

quare cum cœlum ſit inſtrumentum uniuerſale intelligentiarum, ad has artes inſtrumentaliter debet concurrere: adde quod immediatum inſtrumentũ immaterialis, debet eſſe immateriale, ut dicitur 8. phyſicorum. Quod ſi angeli & dæmones ſine corporibus cœleſtibus poſsũt mouere, nulla erit neceſsitas ponendi corpora cœleſtia, ut apertum eſt: quia iſtis generabilibus nõ erit neceſſarium ad corpora cœleſtia deuenire. Vnde quæ ibi adducũtur, ceſſant: uidelicet, de prædictione futurorum, reuelatione ſecretorum, rememoratione præteritorum, & eorum enunciatione quæ in locis remotiſsimis fiunt: ſecundum enim affirmantes tales ſpiritus, hæc ſunt eorũ opera: quæ omnia talia per eos ſpiritus fieri poſſunt. Nos quoq; pariter ab intelligentijs immaterialibus fieri hæc dicimus, uerùm non ab eis quas ipſi dicũt: quandoquidẽ ſufficiat numerus ab Ariſtotele poſitus, ueluti oſtenſũ eſt: & hæc ab ipſis intelligẽtijs mediantibus corporibus cœleſtibus tanquam earũ neceſſarijs inſtrumẽtis: cũ natura ordinate procedat, Naturæ ordo.

cedat, primaq́; infimis non coniungantur ſine medijs. Teſtatur aũt ſuper hoc, uidelicet, quod corpora cœleſtia ad tales effectus concurrant. quoniam multa eorum quæ dicta ſunt, uidelicet de diuinatione & reliquis huiuſmodi, quomodo in beſtijs & inanimatis reperiuntur. Coruus apud Ariſtotelem præcognoſcit clades & bella futura: multi piſces & aues prenunciant tempeſtates uenturas, dantq́; mirabilia ſigna & futurorum & præſentium & præteritorũ ueluti ex omnibus & augurijs cognoſcitur, ſuntq́; refertę horum omnium hiſtoriæ Græcorũ, Latinorum, & barbarorum: neq; etiam inanimata uidentur horum effectuum expertia: Amandinus enim lapis referente Alberto in Secundo ſuorum mineraliũ, aduerſarios uincere facit, & prophetiam ac interpretationem ſomniorum facit intelligi & etiam ænigmatum. Quiritia etiã lapis eſt ſecretorum proditor, & phantaſias commouens. Silenites lapis, eodem etiã Alberto referente, ad diuinationem conferre ſub prima luna probatum eſt. poſſet

*Diuinatio ex beſtijs et inanimis.*

*Corui præcognitio.*

*Amandinus lapis.*

*Quiritia.*

*Silenites.*

ſet non minus de quibuſdam herbis ad duci, quas nunc pertranſeo · ex quibus ſequitur nihil inconuenire ſi hæc à corporibus cœleſtibus in homines imprimantur. Quod autem adducebatur ulterius de multis beſtijs uocem humanã dediſſe, imò & ſimulachris hoc multoties eſſe factum perhibetur: & ulterius, aliquãdo lachrimaſſe, aliquãdo omiſiſſe guttas ſanguinis, aliquãdo uerſas ſtatuas de ſitu uno in alium: de quibus apud Liuium, Valerium Maximum, Plutarchum, & alios ſimiles authores pleniſsimè habetur: hæc omnia, ſecundum leges, fiunt aut ab angelis, aut à dæmonibus. Verũ quantũ ad locutiones beſtiarum & uoces inanimatorũ, ſiue fuerint ſimulachra ſiue non, quoniam & in aëre hæ uoces multotiens auditæ ſunt, & non apparuerunt quę has uoces reddiderint, quia relatum eſt ad tales ſpiritus, eiſdem fundamentis & argumentationibus procedendum eſt quibus & ſuperius, uidelicet, quomodo ſpiritus has uoces reddiderint? & nullus uidetur modus ueriſimilis quo ab ipſis ſpiritib. fa-

cti ſint tales effectus, quin rationabilio ri modo poſsit dici hęc fuiſſe facta ab intelligentijs, mediãtibus corporibus cœleſtibus, ueluti ſuperius deductum eſt. quare, eadem ſit reſponſio. Quantum uerò ad illud, quod ſtatuę ſudauerint, lachrimas emiſerint, guttas ſãguinis emanauerint, uerſæ fuerint ſecũdum ſitum, & ſic de reliquis: Secundum ipſos ſatis patet quid dicendum ſit: facta enim hęc omnia ſunt procuratiõe ſpirituũ. Verũ ſecundum Ariſtotelẽ puto ſic eſſe dicendum, quãquã hæc multotiẽs ſint hominum & ſacerdotũ deceptiões, ueluti Albertus in ſecundo ſuorum mineralium, ſępe cõmemorat & admonet, & nos uerè ſcimus tẽporibus noſtris hęc aliquando contigiſſe, fidẽ tamen pręſtantes grauiſsimis authoribus, dicimus iuxta reſponſiones priores, hæc fieri ab ipſis intelligentijs mediãtibus corporibus cœleſtibus. Vnde ſcire oportet, nunq̃ hęc eueniſſe, niſi aliqua magna mutatione, utpote uel euerſione regnorũ uel ex nouo ſtatu, ex morte uel natiuitate alicuius magni uiri, & excellentis, ſiue in bono ſiue

*Statu. rũ miracula, quomodo credẽda.*

tio ſiue in malo, ex noua lege, & ſic de ſingulis, ut apparet manifeſtè per hiſtorias talia miracula referentes, quia nõ irrationabile eſt hęc fieri uirtute corporũ cœleſtium. Plutarchus nãq; in uita Syllæ ſic ſcribit: Haſtę quib. uexilla geſtant per ſe ignẽ emiſerunt, q̃ ęgrè reſtinctus eſt. Tres corui pullos in uiã ꝑductos deuorarunt, eorumq; reliquias intra nidũ retulerunt. Mures ſuſpenſum in templo aurum corroſerant, è quibus ęditui quã dam caſſe fœminam ceperunt. Ea ibidẽ quinq; enixa maſculos tres abſumpſit. Quod autem maximum fuit, ex aëre ſereno & omni prorſus carenti nebula, tubarum ſonus increpuit, acutas & lugubres intendens uoces, adeò ut cũcti pręmagnitudine timoris uecordes comprimerentur. Thuſci uates alterius generis permutationẽ, & trãsferẽdũ ordinẽ portendi cõmonſtrabant. Octo enim cuncta eſſe genera moribus & uitæ inſtitutis inuicem differentia, unicuique temporis definitum eſſe numerum à Deo, anni magni ambitu perfectum, qui cum finem habuerit, inſtante iam al-

*Prodigia in Syllæ uita ex Plutarch.*

tero, admirandum è terra uel cœlo moueri ſignum, adeò ut curioſis earum rerum peritis eueſtigio declaretur, ut homines alijs moribus, & uitæ rationibus uſuri in lucem iã producti ſint, qui dijs aut maiori aut minori quàm ſuperiores curæ ſunt. cætera in ipſa generum permutatione magnas innouationes capeſcere, diuinationēq; magnis interdum honoribus excreſcere, & ipſis nuncupationibus aſſequi, cùm plura & manifeſta ſigna à deo ipſo præmittantur. In altero rurſus genere humilem ſtatum eſſe rudemq; ut plurimum, & qui per incerta & obſcura quædam inſtrumenta res futuras attingat. Hæc quidem à Tuſcis, qui ratione ac ſapientia reliquis anteibant, differebantur. Sedente ſenatu in templo Bellonæ, & ſuper hiſce rebus operam uatibus dante, paſſer inſpectantibus cunctis inuolauit, ore cicadam gerens, cuius eiectam partem reliquit, partem etiam tenens abceſsit. Hinc augures ſeditionem, agreſtium aduerſus urbanam & forenſem turbam dimicationem coniectabant. Hanc enim ſicut ci-

cadam

cadam uocalem canoramq́ eſſe ruſticã uero ex aruis. hæc ibi Plutarch. & conſimilia his dicit multis in locis alijsq́ uitis, quæ ob breuitatẽ omitto. Albertus quoq; cap. 9. ſui libri de animalibus ſic ſcribit: Ioſephus narrat quod in mutatione legis ſacrificiorũ in Hieroſolymorum templo uitula inter manus offerentium enixa eſt agnam, quæ indiciũ fuerit mutaturum ex uitula in agnam: ſaluator enim ipſe uerus eſt agnus qui abſtulit peccata mũdi, ut in præfatione paſchali cantatur, ut ueluti agnus innocẽs & immaculatus eſt. Amplius, nũquam memini me legiſſe in Hiſtorijs aliquã eueniſſe notabilem mutationem, neq; uitã alicuius uiri memoria digni ſiue fuerit celebrandus in uirtutibus ſiue in ſceleribus, quin in eius ortu aut occaſu magna ex cœlo prodigia apparuerint. quare cum hęc extiterint ſemper aut frequẽter, cauſam habent naturalẽ & per ſe argumento etiam ſit, iſta fieri ex corporũ cœleſtium poteſtate, quandoquidẽ, ut uiſum eſt ex hiſtorijs, mathematici ex ſyderum conſpectione hæc prędicebant,

*Obſeruatum in Hiſtorijs.*

*Prædictiones haberi ex corporibus cœleſtibus.*

& interpretabantur. quid plura moror? nonne & in uulgaribus & perſonis uilibus apparēt multotiens ſigna uel mortis uel alicuius alterius humanæ operationis? nonne etiam & in beſtijs iſta cōſpiciuntur? nā experti ex multis cognoſcunt de fœcunditate uel mortalitate futura ipſorum animalium tam terrenorū quā aquaticorum, tā ſylueſtriū quā domeſticorum: nā ut refert Ariſtoteles in cap.20. Tertij de hiſtorijs animaliū, quoniā caper emulgeretur, ideo quo fieret ex oraculo Apollinis Delphici ſic ꝓnūciāte, grex maximè increuerit. Quid de frugib. quæ maximè à colonis obſeruātur? q̄d de tēpeſtatib. permulta ac uaria à peritis nautis indicatis ac cognitis? q̄ omnia ex ui ſuperū fieri nō dubitamus. quare nō & in hominib. hęc cōſpicienda ſunt, & maximè in regibus, principibus, illuſtribus uiris cuiuſcunq; artis & conditionis? ij enim maximè ſunt deorum curæ, quod etiam oſtendit illud dictum per uirum doctiſsimū Iacobū Fabrum de his quæ apud Aegyptum conſpiciuntur in magnis mutationib. & Re
gum

gum natiuitatibus & occaſibus: Sunt enim Reges Deorũ miniſtri, ſiue ſint boni, qui perrariſsimi ſunt: ſiue mali, qui ut plurimũ etiã quaſi ſemper tales exiſtũt. boni enim Reges ſunt pro bono regimine populorũ, & pro bono ipſorũ: mali autẽ, qui ueriori nomine Tyranni nũcupãdi ſunt, carnifices ſunt uniuerſales Deorum, in ultionẽ ipſorum aduerſus populos peccãtes, & ueluti noſtrorum Regum carnifices, ut in pluribus, ſunt peiores his qui à carnificibus trucidanẽ, iuxta illud Diogenis Cynici fures magni ſuſpendunt paruos: ſic Reges tyrãnici punientes populos, ſunt peiores ipſis populis in maiorem ultionem peccatorum populorum, longeq́ infeliciores ipſis populis ſunt. & ueluti herbas medicas & ſalutiferas, Deus reges bonos perducit: tyrannos autem ueluti herbas uenenoſas & Regulos ſiue Baſilicos uenenoſiſsimos. & quoniam uenenum ueneno expellitur, ideò peccantes populi ueluti uenenum in orbe, per uenenum tyrannicum expelluntur, ut poſt uenenum ſequatur mel,

*Reges quales ſint, Celebre eſt Secu-ræ dictum: Principes bonos poſſe uniuerſos annulos inſcalpi, atq; inſcribi.*

*Punientem punito ſæpe peiorẽ eſſe. Diogenis dictum.*

*Tyranni quales.*

*Principes eſſe uenerādos & obſeruandos.*

*Auguſti cæſaris prim ũ mirandum.*

*Veſpaſiani Cæſ. miracula*

& poſt Tyrannos legitimus Rex: iuxta nanq; ſententiã Ariſtotelis ſecundo Rhetoricæ, Deus dat infortunium ut ueniat eufortuniũ. Vnde Reges, principes, & uiri illuſtres, ſunt maxime obſeruandi & reuerendi: aut enim numina ſunt, aut multum diuinitatis participãt. Vnde ueluti ferrum alteratũ à magnete ſecum trahit alterum ferrum, quemadmodum ex uerbis à Platone in Phædro apertum eſt, ſic Reges deitatem trahẽtes, & eis communicatam à ſuperis, aliis cõmunicare ualent: quo fit non incredibile eſſe quod legitur apud Suetonium de Auguſto Cæſare, uidelicet cum primũ fari cœpiſſet, in auito ſuburbano obſtrepẽtes forte ranas ſilere iuſſit: atq; ex eo negantur ibi ranæ coaxare: Et iterum illa miracula per eundem Suetonium relata de Veſpaſiano Cæſare, uidelicet de cæco per eum ſputo illuminato, & claudo ex preſsione pedis eius curato nónne Veſpaſianus remotiſsimus ab imperio, ſatis humilibus parẽtib. natus, deorum diuinitatem perſenſit, cum ad tantum & tã niopinatum imperium ſublimatus

matus fuerit? quapropter nihil incommodi uidetur ſi ſuam diuinitatē in hos duos ęgrotantes demonſtrauerit. quod etiam proferiur de liberto illo quem ſupra nominauimus, nihil eſt quod admirationem faciat, quandoquidē illud per Deos curatum fuerit, cum ipſum Veſpaſianum ad ſummū imperiū extollebant: Deus enim dat finem & ordinata in finem, & finem conſequentia, cum ſit maximè liberalis. quod etiam ibi annectebatur de eius imagine apud Tegeam Arcadiæ effoſſa inſtinctu uaticinātium, non eſt extra propoſitum: quoniam reges & magnæ mutationes, longè à prophetis uidentur uirtute cœleſtium: nam illud repertum fuit ex inſtinctu uaticinantium: Similia namq; legimus de Eneadibus. In uita enim Iulij Cæſaris, eodem Suetonio referente, ſcribitur, paucos ante menſes cū in Colonia Capua deducti lege Iulia coloni ad extruēdas uillas ſepulchra uetuſtiſsima diſijcerēt, idq; eo ſtudioſius facerent, quod aliquā tum uaſculorū operis antiqui ſcrutātes reperiebant, tabula ænea in monumen-

*Deus liberaliſsimus.*

*Iulij Cæſaris miranda ex Suetonio.*

to, in quo dicebatur Capys cōditor Capuæ ſepultus, inuenta eſt conſcripta literis, uerbiſq́; Græcis, hac ſentētia. Quando oſſa Capys detecta eſſent, fore ut Iulo prognatus, manu conſanguineorum necaretur, magniſq́; mox Italiæ cladib. uindicaretur. Quam rem ne quis fabuloſam, aut commentitiam putet, author eſt Cornelius Balbus familiariſsimus Cęſaris. hæc ibi. in principio uitę Sergij Galbæ Cæſaris idē oſtenditur, ſic enim ſcribit: Liuiæ olim poſt Auguſti ſtatim nuptias Veientanū ſuum reuiſenti, præteruolans aquila, gallinam albam ramulum lauri roſtro tenentem, ita ut rapuerat, demiſit in gremium: cumq́; nutriri alitem, pangiq́; ramulum placuiſſet, tanta pullorum ſoboles prouenit, ut hodie quoq; ea uilla ad Gallinas uocetur: Tale uero lauretū, ut triūphaturi Cæſares, inde laureas decerperēt: fuitq́; mos triumphantibus aliàs confeſtim eodē loco pangere, & obſeruatum eſt ſub cuiuſque obitū arborem ab ipſo inſtitutam elāguiſſe. Ergo nouiſsimo Neronis anno & ſylua omnis exaruit radicitus, &

quicquid

quicquid ibi gallinarum erat,interijt:ac ſubinde tacta de cœlo Cæſarum æde,capita omnibus ſtatuis ſimul deciderunt: Auguſtiq́ ſceptrum è manibus excuſſũ eſt. Infinita conſimilia apud illuſtres hiſtoriarum ſcriptores reperiuntur,quę in id adducta ſunt, ut apertiſsime uideas à dijs & corporibus cœleſtibus uiros illuſtres & res magnas fieri,à prophetis prędici,per beſtias & herbas perq́ elementa: ideoque tales exitus potẽter cedere, ut uix impediri poſſint. multotiens homines totis uiribus incumbũt,ut ea prædicta eis impediant,& quo magis impedire conantur,tantò magis ad id quod euitare cupiunt,properant:dũq́ fugiunt fatum,incidunt in fatũ: ut de Troiæ excidio ante per tot uates & uaticinia & præſagia prenũciato. ueluti & apud Iuſtinum de Romulo & fratre ac innumeris alijs habet̃. Quare Plutarchus multotiens dicit, fatum poſſe uideri & non euitari: ut in uita illa Quiriti Cæſaris breuis & multorum aliorum legitur. Vnum & illud Plutarchi in uita Romuli certiſsimum habetur, ſcilicet

*Fatum uix euitari poſſe*

*Plutarchi de fato dictum.*

Fortuna

Fortuna magnarum rerum artifex atque architecta eſt: nihilque magnũ euadit niſi ex diuina origine primordiũ accipiat. Sed quid plura de hoc, cũ fortunam & cœlos dominari apud multa uideamus, præcipuè tamen in Romana curia hæc tempeſtate noſtra conſpiciuntur: Viri enim quorum parentes & patria ignorãtur, neque ſcientiam neque conſcientiam aliquam habentes, nullius conſpectus omnium uirtutum expertes, & denique nullius præcij uiri, ad ſummum tamen ſtatum aliquando perueniunt, & poſtquam peruenerunt cæteris ſunt deteriores. hoc quidem in nullam cauſam referri poſſe uidetur, niſi quoniã ſic Dijs placitum eſt, & corporibus cœleſtibus. tot autem in tantum dicta ſunt, ut uideatur uis argumenti & reſponſionis. Quod autẽ ulterius dicebatur de illis quod uiſibiliter ab omnibus uidentur, & poſtea euaneſcunt, ut de Bruto, Caſsio, & de miraculo proximis diebus in urbe Aquila uiſo, ſecũdum leges ſoluitur, quoniam ex iuſſu Dei per bonos miniſtros hæc facta ſunt: aut ex Dei permiſsione per malos

*Fortunam et cœlos præcipuè in Romana curia dominari.*

*Spectrorum cauſæ.*

malos ſpiritus, ad bonum hominũ uel pœnam, uel quidquid ſit illud. Verum & ſecundum hanc uitam cõceditur hęc facta eſſe per Deum & miniſtros ſuos q̃ ſunt intelligentiæ cœlos mouentes, & mediantibus cœlis: neq; aliquis modus aſsignabilis eſt, quo ponatur fieri per tales modos ſupraſcriptos à legib. introductos, quin tali modo & rationib. poni poſſit fieri per intelligentias: quando quidem ſiue ſint ſpiritus ſiue ſint intelligentię, non ſunt formæ talium corporũ apparentium, ſed tantum motores, uelut in hoc capite neceſſariò oſtẽdimus. Vnde dicitur ex ſententia commẽtaris in libello de diuinatione, quod & à multis alijs confirmatum eſt, Deum & intelligentias hæc inferiora curare & præcipuè hominem, cum ſit finis omnium aliorum: quare debent de eius commodis & incommodis curã gerere. Multis autem inſtrumẽtis, uarijsq; ingenijs hęc & à Dijs & à corporib. cœleſtib. procurãtur: aliquibus enim per quietẽ in ſomno ſimulachra mittuntur, quæ ſomnia appellantur, & de multis agendis & a-

*Deũ hæc inferiora curare.*

*Quot modis ſimulachra immitantur*

ctis in-

*Tractatus authoris de immortalitate Animæ excuſus habetur in Italia, ut & aliqua alia ſua.*

ctis inſtruimur, ut in hiſtoria de duobus Arcadibus ſocijs legitur per me citata in tractatu noſtro de immortalitate Animæ. aliqui enim inſtruuntur de ſua ſanitate, ut apud Medicos uulgatiſsimũ eſt, & ſic de infinitis, quæ ſub numero comprehendi non poſſunt: alijs autem hæc ſimulachra à Dijs ipſis non ſolum immittuntur in quiete ſiue in ſomno, ſed etiam in uigilia, & firmiter credunt ea uel uidere uel audire. quanquam non tam hoc fieri contingit ex ſimulachris habitis ab extra, uerum etiam ab intra per ſpiritus tranſmiſſos à uirtutibus interioribus ad ſenſus exteriores, ut omnes Peripatetici concorditer poſuerunt. Quòd ſi in ſenſibus tales imagines ſiue in quiete ſiue in uigilia generari poſſunt (quãuis facilius & efficatius per quietem tũ ex diſpoſitione paſsi intrinſeca, tum ex continente, unde fit ut ſomnia matutina ueriora ſint alijs) nihil eſt quod uetet, quin et corpora cœleſtia talibus figuris poſsint aerem figurare, ubi paſſum fuerit diſpoſitũ: neq; hoc eſt extra experimeta. In aere enim, ut nõ ſolum

*Somnia matutina cur ueriora.*

lũ habemus ex hiſtorijs gentilium, uerũ etiã Hebręorũ, & Chriſtianorũ, apparu erũt acies militũ cũ lãceis, equis et reliqs huiuſmodi generis, ut Machabęorũ ſecundo legit. Quare ut ſic Bruto & Caſſio ac reliquis huiuſmodi generis cõtin gere potuit. Si enim cœleſtia corpora ꝑ quietẽ homines de agẽdis inſtruere poſſunt, animam talibus ſimulachris informando: utpote q̃d Aeſculapius uiro ægrotanti herbã cõferentẽ oſtẽderit, quare & cõſimilẽ talem herbã & figurã Aeſculapij in aere uirtute corporum cœleſtium conſpicere idem ęger non potuit? Certe nulla uidetur eſſe impoſsibilitas, ſed quoniam ſomnia ſępiſsimè talia contingunt, iſta creduntur: quoniã hæc rariſsimè cõtingunt, ideò nõ creduntur. hęc autẽ in tãtum rarò cõtingunt, quod difficilius ſit hoc facere quam illud: multò enim plura requiruntur ad figurandum aerem, quam ſic inducere ſpeciem rei: nam illud eſt magis ſecundũ eſſe reale, hoc autẽ ſecundum eſſe ſpirituale. Quare miraculũ factũ in urbe Aquilana naturalẽ cauſam habet, nihilq; eſt

*Simulachra in aere cur rarò contingunt.*

quod

quod angelis uel dæmonibus indigea-
mus pro eius uerificatione: timidi enim
& creduli Aquilani ſupplicationes fece
runt Deo & diuo Cœleſtino pro imbri
bus expellendis, ueſuti ęger ille rogauit
Aeſculapium: à Deo autem immiſſa eſt
per quietem imago Aeſculapij cum her
ba faciente pro ægritudine rogantis. a-
pud uerò Aquilanos uirtus cœleſtis fu-
it potentior: nõ tantũ enim imago diui
Cœleſtini in imaginatiua Aquilanorũ
figurata eſt, uerùm et aër: quo fit ut à tot
uiſus fuerit: Similecę dicatur de omnib.
conſimilibus. Vnde ſi nos concedimus
nobis talia per ſomnia apparere, & de ta
libus per ſomnia inſtrui, neceſſarium ui
detur & hæc poſſe ſic in aëre fieri. Cito
autem hæc diſſoluuntur, quoniam ae-
rea ſunt: ex quo uerïſimiliter infert non
eſſe ex toto fictũ aliquos homines poſt
eorum mortem alijs apparuiſſe, & eos
eſſe allocutos: non quod reuera fuerint
illi, quandoquidem mortui ſunt, ſed q̃d
eorum imagines & ſimulachra fuerint
in aere, & tales ſonos ædiderint uel uiſi
ſint eis dare: nam de ſomnis manifeſtũ
eſt.

*Simulachra hominũ mortuorũ poſſe alijs uiuentibus apparere.*

eſt. Legimus enim aliquos defunctos, uiuis per quietem apparuiſſe, & de mul tis occultis inſtruxiſſe eos. Nũc & mihi ſuccurrit de filio Dantis, cui Dãtes per quietem apparuiſſe fertur, docuitq́ filiũ ſuum de quodam carmine eius Dantis amiſſo: quod carmen, filius exequens uiſa per quietem, poſtea inuenit. modò ſi uirtus cœleſtis fuiſſet adeò efficax, ut aerem taliter figurare potuiſſet, certè fili us ſuus dixiſſet patrem ſuum uere uidiſ ſe & eum allocutum eſſe, cum tamẽ mi nime hoc uerum fuiſſet. Ex quo ſequi tur ulterius, ſi Necromantia eſt ex reuo catione animarum ab inferis, apud Ari ſtotelem Necromantia nulla eſt: quo niam apud Ariſtotelem, neq; apud infe ros ſunt hominum animæ, neq; ſi eſſent fortaſſe reuocari poſſẽt, cur dixerim for taſſe, infra dicetur. Verum ſi Necroman tia intelligatur per ſimilitudinem, ſcili licet aliquid ſimile mortuo, ut fuit in ca ſu priori de filio Dantis, ſic apud Ariſto telem eſt concedenda, & hoc fieri ui ſu perum: & fortaſsis quod ex artificio, ſi ue hominũ ingenio fieri poſſet per uir

*Dantis filio à morte pater apparuit.*

L tutes

tutes herbarum, lapidum, uel harum cō ſimilium: hoc tñ non affirmo. multa e-
*Non omnia poßibilia ideò aſſerēda.* nim ſunt poſsibilia, quę quoniam nobis nota non ſunt, ea negamus. talia enim non mihi impoſsibilia uidentur. Scien-
*Apparitiones in aere cur in nocte quàm in die magis appareant.* dum tamen quod huiuſmodi apparitiones in aere melius apparēt in nocte quã in die, tũ quia lux magis manifeſtat deceptiones, unde iuxta illud Saluatoris, qui malè agit, odit lucem, tum quia aer in nocte craſſior eſt: quare magis in eo manifeſtatur talis figura: et in die magis apparet circa ortum & occaſum quàm in meridie, cæteris paribus, & plures etiam ſunt uapores: quare, ut dicitur tertio Meteororum, in uerſionibus æſtiualibus in m̄eridie non apparet iris propter
*Vbi non iris appareat.* eandem cauſam. Et fortaſsis aliàs iſtæ magis apparent aere exiſtente humido quàm ſicco. iris enim fit in nube rorida. Vnde patet ſatis de diuo Cœleſtino nũ habeat cauſas naturales, cũ aer eſſet ualde humidus et retentiuus: nam ſatis pinguis erat propter imbrium multitudinem. Ex his ulterius infertur multis modis poſſe contingere, ut homines

uerè

uere existiment ſe realiter homines uel angelos uel defunctos, uel aliquid conſimile uidere: primò enim in raptu, & dum extaſim patiuntur: ſoluti namque à talibus paſsionibus poſtea incredibilia narrant ſe uidiſſe, & uerè loquutos Deo: imò dum eſſent arrepti, mirè geſtiebant. & non inconuenit tunc à ſuperioribus diuinationē aſſumere, ut Plato in Phædro & in multis alijs locis dicit. Poſsibile eſt etiam hoc accidens fieri in uigilia, ſi contingat uirtutes interiores reddere ſpecies & ſpiritum tranſmittere ad ſenſus exteriores, ueluti dicit Auerrois in lib. de memoria & reminiſcentia, & in ſecundo collectaneorum. Tertiò, idem poteſt cōtingere in uigilia (& hoc rarò) per ſimulachra genita in ſenſibus exterioribus à corporibus cœleſtibus. Veluti enim corpora cœleſtia in quiete ſiue ſomno infigere poſſunt in humana anima hęc ſimulachra, ſic et in uigilia: et maximè ſi tales hoīes ſint à curis humanis abſoluti et à perturbatiōib. mētis: & tūc ꝓphetare multa poſſunt uera: ſunt

*Quot modis uiſa hominibus cōtingāt*

*Animalium præſagia.* enim tales homines ualde ſimiles animalibus, quæ præſentiunt futura, ut gallus dicit mutationes temporũ, coruus clades futuras: Delphin tempeſtates, & multa talia quare horum dicta & præſagia non ſunt ſpernenda: dicuntur enim *Stellæ ſecundæ quæ dicantur.* talia ſtellæ ſecũdæ, per quas certius poſſumus iudicare quã per ſtellas cœli: ſunt enim hæc magis proxima effectibus futuris. Vnde nautæ & agricolæ periti certius per talia iudicant, quàm Aſtrologi ſcientifici. Quarto poteſt & hoc contingere ſecundum modum quẽ diximus, uidelicet, quoniam à corporibus cœleſtibus aer exterior ſic fuerit in conuenienti diſpoſitione, & agens fuerit etiam ſecundum conuenientem diſpoſitionẽ figurandi tales imagines, ueluti quãdo acies militũ in aere apparent, uel aliquæ aliæ figuræ, quæ ſint futurorum prænũciæ, ut ex hiſtorijs ſcimus: quandocunque enim talia apparuerunt, ſemper magna ſequuta ſunt. quare non ſunt ſpernẽda, quoniam ut in pluribus ueriſsima ſunt, licet nõ neceſſaria: ueluti enim ante inuaſionem febris præcedũt halices & oſcitatio-

ſcitationes: & ſpontaneæ laſsitudines morbos prænunciant: et ſtrimonia dant ſigna, grues pro frugibus ſerendis, & ciconiæ ueris, & onagri æquinoctiorum: ſic corpora cœleſtia dant ſigna futurorum euentuum. Quare nihil impium ſit ſi etiam figura diui Cœleſtini præceſſit ſerenitatem futuram tale autem exiſtimamus fuiſſe factum quod Valerius Maximus in primo libro refert de Publio Vatinio, ſic enim ſcribit: Item bello Macedonico P. Vatinius, Reatinæ præfecturæ uir, noctu urbē petens, exiſtimauit duos excellentis formæ, albis equis reſidentes, obuios ſibi factos nunciare, die qui præterierat, Perſen regem à Paulo captum: quod cū ſenatui indicaſſet, tanquam maieſtatis eius & amplitudinis uano ſermone contemptor, in carcerem coniectus. Poſtquam Pauli literis illo die Perſen captū apparuit & cuſtodia liberatus, & inſuper agro ac uacatione donatus eſt. & multa alia, quæ ibi à Valerio & multis ſcriptoribus ponuntur, ex conſimili cauſa facta fuiſſe patere poteſt. horū enim intelligentiæ cum

*Pub. Vatinij uiſum.*

corporibus cœleſtibus ſunt cauſſa omnium ſecundum dictos modos. Ex quibus ulterius inferatur, nō omnino fabuloſa eſſe, quæ per poetas referuntur, uidelicet aliquos homines Deos alloquutos eſſe, ut illud Virgilij in 4. Aeneidos, ipſe Deum manifeſto in numine uidi, Intrantem muros, uocemq; his auribus hauſi. Et manes uidiſſe, ut & illud, Me patris Anchiſæ quoties humētibus umbris Nox operit terras, quoties aſtra ignea ſurgunt, Admonet in ſomnis, & turbida terret imago. & ſic de innumeris alijs non quidem quod reuera ſint dij qui loquuntur, neq; defunctorum animæ, ſed ſimulachra à corporibus cœleſtibus facta ſecundum aliquem modorum aſſignatorum: imò quantum ad hoc, uidetur hoc eſſe concedendum ſecundum Euangelicam doctrinam: Lucæ namq; 24. cap. dicitur de Apoſtolis in Chriſti reſurrectione: conturbati uerò & cōterriti, exiſtimabant ſe ſpiritum uidere. ibi Theophylactus exponēs dicit, ſpiritum id eſt phātaſma: unde poſtea ſubiungit Euangeliſta & dixit eis. Quid turbati eſtis, &

*Deos homines alloquutos eſſe.*

eſtis, & cogitationes aſcendũt in corda ueſtra ? uidete manus meas & pedes, quia ego ſum: palpate, & uidete: quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me uidetis habere. Iuxta illud Virgilij primo Aeneidos de Aenea: Ter conatus ibi collo dare brachia circũ Ter fruſtra cõprenſa manus effugit imago, Par leuibus uentis, uolucriq; ſimillima ſomno. Videtur igitur quòd apud Euangeliſtã non incõuenit, in uigilia talia apparere phãtaſmata. Secundũ tamen Bedã, pro ſpiritu nõ intelligitur phãtaſma: ſic enim ſcribit, putant enim ſe uidere ſpiritũ quem emiſit in paſsione, cum inclinato capite emiſit ſpiritũ. Quare ſecũdum Bedam, ut exiſtimo, non eſſet ad propoſitũ hoc: & ſic de iſto ſit dictũ. Ad id uerò quod dicitur de augurijs & ominibus eandem dant reſponſionem cum prioribus: & nos idem adducimus argumentum quod & ſupra & ulterius dicimus, quod mirum eſt, ſi iſtæ ſunt illuſiones, quomodo Plato, Ariſtoteles, ſapientes Græci & Romani tam intẽtè & accuratè obſeruauerint ea. ut referũt Valerius *Auguria non omnino eſſe uana*

 Maxi

Maximus, Liuius, Plutarch. & reliqui illuſtres hiſtoriarum ſcriptores, obſeruãtibus his ſecundæ ſucceſſerũt res, negligentibus autem aduerſa euenerunt: Et quod plus eſt, Plato ſcientijs adnumerauit, uoluitq́ʒ respub. bene ordinatas procurare has artes eſſe in ſuis ciuitatibus. Sunt & hæc quę de augurijs & ominib. dicũtur à primæuo æui uſqʒ ad præſens celebrata. Quare, dicimus Deũ curam gerentem humani generis, nõ ſolumq́ʒ oraculis & prodigijs genus humanum admonere, uerum & augurijs & ominibus. nam ueluti ars medica non tantum uno medicamine utitur ad curãdam unam ſpeciem ægritudinis, uerum pluribus, ut ex medica arte notum eſt: ſic Deus non tantũ uno ingenio admonet homines de actibus humanis, uerũ etiam pluribus: & hoc maximè fuit conueniens: multa enim ſunt quæ ex induſtria hũmana ſciri non poſſunt. quare, Deus & Natura non deficiẽtes in neceſſarijs, quæ per cauſſã & ingenio humano perſcrutari nõ poſſunt, uel uix poſſunt, per ſigna diuerſa & inſtrumenta homines admo-

*Deus uarijs modis admonet humanum genus.*

*Deus & natura nõ deficiunt in neceſſarijs.*

admonent, & ea multiplicant ad maiorem certitudinem. Vnde in natiuitate Auguſti quaſi omnia fuerũt cõiuncta, utpote oracula, uaticinia, mathematicorũ prænunciationes, prodigia in beſtijs, in elementis, & reliquis huiuſmodi generis. Idem legimus de Magni Alexandri ortu, Euagoræ, & multorũ aliorum apud Plutarchũ. Imò in Saluatoris noſtri natiuitate, quot oracula, quot prodigia præceſſerunt? quare, conuenit naturæ dare omina & auguria. Cum autem dicitur, aut talia ſunt cauſſę aut effectus rerũ fiendarũ: huic dicim9 talia eſſe effectus cœlorũ & naturæ in genere cauſſę efficientis, fiendorũ aũt in genere cauſſę finalis. nam ueluti halices & oſcitationes fiunt à natura iam ægrotante, teſtantur autem ſupra inuaſionẽ febris: ſic coruus derelinquẽs ſolitam habitationem, ex impreſsione corporũ cœleſtiũ talem fugam petit: talis autẽ fuga coruorum admonet homines de clade futura: quare, talia habitudinem habent per ſe & à natura intẽta pro hominis bono uel malo: nam quemadmodum apud Romanos

*Belli & conflictus ſignũ apud Romanos.*

*Coruus cur malum ſignificet, aut Grus bonũ.*

nos ueſtis purpurea ſuper haſtam poſi-
ta, erat ſignum cõflictus fiendi, ueſtis ta
men nõ faciebat cõflictum, nec cõfli-
ctus ueſtem, ſed erat propter cõflictum,
ſic & in propoſito. Cur aũt coruus ma-
lum ſignificet, turtur aut grus bonum,
hoc per intellectum humanũ non eſt in
quiſibile: ſed hoc ſcimus ex multis expe
rimentis: ſicut ignoramus per quã natu
rã ſcãmonium purget bilem. Verũ dici-
mus quoniã talis & ex ſua proprietate.
Sic dicimus & de ipſis auibus: una nãq;
unum ſignificat, alia aũt alterũ, immo u-
na & eadem à dextris unum ſignificat,
& alterũ à ſiniſtris: ſic quod unũ erit ſi-
gnum felix, aliud uero infelix: & aliud ſi
gnificat pica tacens, & aliud garrula.
Credendum tamẽ eſt, quandoquidẽ ars
imitatẽ naturã, quod ueluti ueſtis rubea
haſtę infixa in caſtris ſignificat cõflictũ,
quon ã ſanguis natura rubens aſsimila
tur ueſti rubeæ: & ueſtis alba haſtæ infi-
xa in caſtris denotat pacẽ, quoniã albe-
do atteſtatur quieti & uitæ candori, quę
in pace relucẽt: ſic exiſtimandum eſt ta-
lis proprietatis ſigna ad ſignata habere
quãdam

*Pacis ſignum*

quandam proprietatem & proportionem eorum ad inuicem, quas nobis intelligere aut difficilímum aut impoſsibile eſt: Veluti Albertus capite ſexto Tract. primi ſexti libri ſui de Animalibus in hoc propoſito de coruorum præſcientia dicit. Sed ſtamus experimentis, ueluti in multis naturalibus, quia hoc non diſſonat operibus naturæ. ſcire tamen oportet, quod ſtat, per aliquid cognoſci aliud, ut pote per, a, cognoſci, b, & tñ neq; a eſt cauſſa b, necp idem a eſt effectus eiuſdem b. Verum quoniã tam a quàm b, ab eadem cauſſa procedunt, ideò ex utriuſcp cognitione utrumcp cognoſci poteſt. Vtpote quoniã iris & ſerenitas aëris ab eadem cauſſa procedũt, ideò per irim iudicamus ſerenitatem futuram, ſunt enim ibi quaſi duo proceſſus: primus eſt ab effectu ad cauſſam, cũ ab iride procedamus ſupra nubis uictoriam. & quoniam uictoria ſuper nubẽ eſt cauſſa ſerenitatis aëris, ideò ex tali nubis uictoria procedimus ad aëris ſerenitatem, tanquam ex cauſſa ſuper effectum: quòd autem ex iride inferatur

*Vnũ per aliud uariè cognoſci.*

*Cauſſa ſerenitatis & ſignũ*

ſeratur uictoria ſuper nubem, & ex uictoria ſuper nube inferatur ſerenitas, ſumitur nunc tanquã notum, quomodocunque illud fuerit notum. quare in propoſito dici poteſt, per garritũ corui cognoſcitur malum futurum, quoniam utrunque ab eadem cauſſa procedit: quo fit, ut per unum, alterũ cognoſci poſsit: ueluti ſupra dictum eſt de iride & ſerenitate. prima tamen reſponſio eſt melior, aut ambæ ex toto euacuarent. Quũ etiam ulterius dicebatur de Chiromantia & omniũ uaniſsma Geomantia, dicitur primò artem Chiromantiæ non eſſe uanam, & habere cauſſam ſatis manifeſtam: eſt enim de partibus Phyſiognomiæ: Ariſtotelesq́ capite 15. primi libri de natura Animalium ſic ſcribit: Pars interior manus, uola dicitur: carnoſa eſt, et in ſciſſuris uitæ indicibus diſtincta: longioris ſcilicet uitę ſingulis aut binis ductis per totam: breuioris, binis quæ non longitudinem deſignent totam. & decima Prolematum 49. problemate ſic ſcribit: Cur qui manus cæſuram per totam obtinet palmã, uiuere diutius poſſunt? an quo-

*Chiromantiam nõ eſſe uanam.*

an quoniam minus uiuere poſſunt, qui carent articulis incompactiq́ ſunt, quale genus omne aquatile eſt: quòd ſi quę articulata non ſunt, uitam breuiorem agere ſolent, conſtat cõtra ſe habere quæ articulata exiſtũt: cuius profecto generis illa etiã ſunt quę cum ſua natura omni articulo careant, tamẽ articulata nõnunquam quo ad maxime licet, conſiſtunt. manus autem pars interior penitus articulo uacat. Quòd ſi dicit, dictum Ariſtotelis ueritatem continere quo ad naturalia, ueluti eſt in propoſito, nõ autem quo ad euentum rerum de quibus chiromantici indicant per ſigna manuum: huic fortaſsis dici poteſt, quod quã quam hoc magis manifeſtetur in operationibus naturalibus, quoniam magis materiæ interſit, & magis proxima materiæ, nihil tamen prohibet & ad alia iudicia dare: ueluti de naſo, de oculis, de auribus, ſuper mores ſignificamus, ſcimusq́ animã diſponi ſecundũ materię diſpoſitionem, ipſam materiam ſuſcipere uirtutes cœleſtes: quę uirtutes cœleſtes animã dirigunt ad diuerſos fines: quare

*Animam diſponi ſecundũ materiæ diſpoſitionẽ*

quare non eſt irrationabile per iſta iudi care. Ad aliud autem de Geomãtia tam uana, & de punctorum obſeruatione et dierum, quę omnia ſecundum operatio nem ſunt dæmonum illuſiones: primo quantum ad dierum obſeruationes, prę tereo quę à Plutarcho referuntur in ui ta Camilli: ibi nãq; narrat diffuſo ſermo ne, aliquos dies, cõtinuata ſerie, quibuſ dam ducibus & natiõibus fuiſſe felices, q alijs cõtinuatè fuerũt infelices: quod autem fit ſemper aut in pluribus cauſſã habet naturalem: Vnde dicẽdum putò ex proprietate & repugnantia naturarũ hoc procedere, conuenientium. Ariſto teles nãq; undecimo de natura Animalium cap. primo, ponit multa animalia uni eſſe amica, quæ alteri ſunt inimica. Et Medici ponunt (ut habetur à Meſue in libro de conſolatione medicinarum) aliqua ſimplicia eſſe inuicem cõponibi lia, & aliqua non, quorum cauſſas igno ramus: ſed tantum in eis dicimus quoniam talia: quare etiam ſic exiſtimo de talibus diebus eſſe dicendum, aliqua enim dies conuenit uni, quæ alteri diſconue=

*Dierũ obſeruatio apud Plutarchũ.*

*Nõ omnium ſcitur cauſſa*

conuenit. Videmus etiam annos di/ctos Schalarios, de quibus, Gellius in ſuis Noctibus, multum eſſe obſeruatos: uidemusque in operibus naturæ, ut in dentium productione, naturam certum numerum obſeruare ut in pluribus: quem ſi tranſgreſſa fuerit, peccatum committitur, quare incommda natura patitur: idemque in infinitis rememorare poſſemus. Quapropter idem in actu punctorum exiſtimamus, non quidem ut mathematicè hæc conſiderantur, uerum ut conſequuntur naturam & figuras corporum cœleſtium, ſecundum quę uirtutes cœleſtium corporum imprimuntur, ſecundum quæ iudicium ſumitur. & hæc mihi uidetur eſſe ſententia Alberti in cap. tertio tractatus tertij ſecundi libri ſuorum Mineralium, & fortaſsis hoc etiam prouenit ex natura ipſarum figurarum & numerorum. Vnus etenim numerus & una figura eſt perfectior altero numero & altera figura etiam eis conſideratis ſecundum ſe. Ariſtoteles namq; ſecũdo de cœlo, probat cœlum eſſe figurã ſphæricam ex eo quod

*Certũ numerum à natura ſeruari.*

*Geomantiæ quid.*

*Figuram unã alia perfectiorem eſſe, ita de numero.*

quòd figura ſphærica eſt perfectiſsima figurarũ. & in primo eiuſdem libri probat corpus eſſe trium dimenſionũ perfectiſsimum, quoniam tres continet: nã numerus ternarius eſt perfectiſsimus, ut ibi dicitur. neq; ex eo quòd figura circularis ſit perfectiſsima, ſequitùr unicuique rei corporali eã cõuenire: ímò propriè nulli conuenit niſi cœlo, ut in eodẽ lib. 2. dicit Ariſtoteles. quare eſto q̃d unus numerus, qui ſecundum quod numerus eſt perfectus conuenit uni homini, non ſequitur ut cuilibet conueniat, quanquam ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſsimæ: ſicut Halec uni homini eſt medicina, quod tamen alij eſt uenenũ. ſunt enim hæ proprietates inſeqnentes materiam & indiuiduum, non autem formam & ſpeciem: habent autẽ huiuſmodi artes & cauſſam finalem in prioribus tactam, uidelicet ex ſolicitudine diuina quam Deus habet de humanis actibus. cũ enim homo ex intellectus ſui imperfectione de euentibus conſilium capere non poſsit, non enim ratio humana ad omnia per inquiſitionẽ ſe extendit,

*Proprietates indiuiduales.*

*Diuinãdi artium finalis cauſſa.*

*Rationẽ humanã non ſe ad omnia extendere.*

quando

quãdoquidem ſtat ad utramq; partem rationes eſſe æque ualentes: quare committendum eſt corporibus cœleſtibus, quorum motu iſta gubernantur. Verũ oportet iudicantem habere peritiam artis, & ſcire diſpoſitiones requiſitas, ex quorum ignorantia ars deluditur: ſicut etiam in Aſtrologia et in Medicina et in pleriſq; artibus cõtingit. & hic uolo narrare hiſtoriam, quam & multi ſocij mei uiderunt, & nouit Deus ſi mẽtior: Poſt obitum Iulij Pontificis Maximi, dum Electores ſucceſſoris eſſent in conclaui, & hic Bononiæ, ut fit, diuerſi eſſẽt rumores ſecundum uotorum diuerſitatem, erat uicinus nobis quidam Mechanicus ſenex, cum quo multotiens, relaxandi animi gratia, ſermonem habebam: dùmque de futuro Pontifice loqueremur, dixit mihi ſe ſciturum quis eſſet uenturus: confeſſusq; eſt ſe hanc artem callere: ego uero ex multis nullã fidem adhibui uerbis eius: tamen multoties interrogaui eum de Pontifice futuro ut ſolatium caperem, certe non mentior, per quatuor dies cõtinuatè & certitudinaliter prę- *Hiſtoria de ſene Geomãtico.*

M dixit

dixit Ioannem tunc Cardinalem de Me dicis,nũc uerò Leonem decimum, ſine dubio futurum. hoc autem arte an caſu fuerit,neſcio.uerũ ſic fuiſſe ſcio. quodq́ me magis in admirationem traxit, quo niam nulla erat cõiectura neq; ſermo a liquis habebatur de dicto põtifice:imò quaſi omnes de unoquoq; altero ſuſpi-cabantur. quare etiam hæc ars non om-nino mihi uidetur extra rationẽ, dũmo do à perito exerceatur. Quod autem ul terius dicebatur de dęmoniacis,& de lo quentibus ſecundum diuerſa idiomata quæ nunquã cognouerunt, de his ſatis abundè dictũ eſt, cũ de uatibus & Deo-rum reſponſis ſermo haberetur:idẽ nanque intelligatur quod de illis, quando-quidem eandem cauſſam habeant.uerũ quod dicebatũ ulterius, ex uerbis & cha racteribus aliquos cõpelli ad amorem, aliquos uerò ab eodẽ abſolui, apud me maximam dubitationem habet,ſiue dæ mones ponamus,ſiue hæc ab hominib. fieri cenſeamus. ſi namq; credimus ali-quem ſic compelli ad amãdum uel odi-endum, & ut communiter ponitur,ali-quem

*An quis compelli queat ad alicuius amorem uel ſecus.*

quem ligari in coitum ſic, quod cum aliqua determinata muliere coire non poſſit, & etiam carminibus ſolui poſſe: ut Virgilius in 4. Aeneidos cecinit, cũ dixit: Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes Quas uelit, aſt alijs duras immittere curas, &c. & in Bucolicis de paſtoribus Damone & Alpheſibæo, cum dixit, Parcite, ab urbe uenit, iam parcite carmine Daphnis, Idemq́ multi poetæ ſenſerunt: immò Philoſophi his uidentur conſentire. de Platone enim manifeſtiſsimum eſt ex quãpluribus locis: Et Marſilius Ficinus in 13. libro Platonicæ Theologiæ hæc multùm dilatauit. Verùm & ab his Ariſtoteles non abhorret: capite namq́ 14. ſecundi de natura Animalium, ſic ſcribit: Remoram errore nõ nulli pedes habere prodiderunt: expes enim omnino eſt: ſed q̃niam habeat pinnas pedibus ſimiles, hinc fit ut pedibus inſtare uideatur: piſciculus quidam hic eſt ſaxis aſſuetus, in cibos non admittendus: nomen à remorandis nauibus adeptus, utilis ad iudiciorum cauſſas & amatoria ueneficia, ut aliqui uo- *Remora piſcis.*

lunt 22. etiam capite ſexti libri de natura *Hippomenes* Animalium, de Hippomene loquẽs, ſic ſcribit: Quapropter id à ueneficis petitur, & percipitur mulierculis. quod & in octauo libro repetitur, & multis alijs in locis. Religio etiam Chriſtiana hæc uerifsima eſſe affirmat. diuus namq; Thomas 11 libri ſuorum Quolibetorum, ar-*Maleficium quid ſit.* ticulo decimo, ſic ſcribit de Maleficijs: ſciendum eſt autem, quod quidã dixerunt quod maleficium nihil eſt: & hoc proueniebat ex infidelitate, quia uolebant quod dæmones nihil ſunt niſi imaginationes hominum, in quantum ſcilicet homines imaginabantur eos: & ex iſta imaginatione territi, lætabantur. Fides uero catholica uult quod dæmones ſint aliquid, & poſsint ſuis operationibus etiã impedire carnalem copulam. Et in ſubſequenti articulo ponens modum talem talis impedimenti, & differẽtiam inter frigidum & maleficiatum, ſic inquit: frigidus enim eſt impotens ſimpliciter, maleficiatus uero eſt impotens non quo ad omnes, ſed quo ad unum tãtùm. Albertus quoque in ſuo uiceſimo

ſecun-

ſecundo libro de Animalibus in cap. de Lupo, dicit: ſi uirga Lupi in alicuius nomine uiri uel mulieris ligetur, nõ poterit coire donec nodus ille ſolutus fuerit. Videtur & hoc habere rationabilem cauſſam quam Marſilius Ficinus in loco citato innuit: uidelicet, ſi lapides et herbæ poſſunt inſaniã inducere, ut de quadã herba Plutarchus refert in uita Marci Antonij, & quædam ſapientiam inducunt: & mira quæ ab Alberto referũtur in ſecundo libro ſuorum Mineralium: non inconuenit & talia inueniri quæ in amorem compellãt, & ab amore expellant. Vnde idem Plutarchus in eodem loco hæc de Marco Antonio dicit: magicis enim carminibus & amatorijs poculis deuincta mens, amiſſa libertate propria, in Cleopatrę uultu hęrebat infixo, longè redeundi quàm uincendi cupidior. Si igitur, inquam, tales effectus concedimus, quos aliqui dicunt fieri arte dęmonum, ut leges: aliqui uerò ex natura, ut philoſophi: profectò apud me ſecundum utrumuis horum nõ eſt facilè modum inuenire. Dato enim hæc fieri à dæmon-

*Virgæ Lupi efficatia.*

monibus, emergit quæſtio, quoniam amare & odire ſunt actus uolūtatis, quæ cogi non poteſt, aliter perijt eius poteſtas & liberum arbitrium. quomodo igitur dæmones poſſunt uoluntatem compellere ad amandū uel odiēdum? quod ſi dicatur dæmones uoluntatem non compellere (hoc enim eſt cogere, quod nulla uirtus creata poteſt facere reſpectu uoluntatis) ſed impellere, quod eſt inducere & perſuadere, ueluti diuus Thomas dixit in loco citato, ſcilicet 11. articuli undecimi libri Quolibetorum, & in ſecūdo Sententiarum in diſtinctione 25. & primo Quolibetorum articulo ſecundo. Verùm inſurgit difficultas, primo quoniam ſic homines non eſſent ligati, imò adhuc eſſent in poteſtate ſua: quoniam perſuaſio non cogit. hoc autē non uidetur conuenire communiter dictis, neq; eius diui Thomæ dictis: nam ponens differentiam inter frigidum & maleficiatum, dicit: maleficiatum non poſſe in aliquam determinatam, quamuis in alias poſsit. Amplius quoniā non oporteret per aliquē alium ſolui: Vanū enim

*Voluntas an cogi poſsit.*

enim eſt quærere alium, quãdo eſt in noſtra poteſtate ſitũ. Præterea, nõ uidetur hoc fieri ꝑ perſuaſionẽ oſtẽdentẽ uolũtati maleficiati abominationẽ uel proſequutionẽ illi9 perſonę: quoniã relata ab Ariſtotele, ut Hippomanes, Remora, Virga Lupi, ſunt inanimata: mortua enĩ ſunt, quare nõ poſſunt hoc oſtẽdere uolũtati, neq; ei perſuadere, niſi fingat hęc alterare phãtaſiã generãdo ſpecies ꝓſequibilis uel abominabilis. Verũ & hoc nõ ſine maxima dubitatiõe eſt: q̃niã ſi excẽpli gratia, Remora eſt amoris inductiua nõ pl9 inducet Socrates in amorẽ Alcybiadis quam Elimę. quare, aut omnes ęqualiter amabit, aut nullum. Et ſimiliter dicatur de maleficiatis. Videtur enim quod maleficiat9 cum nulla coire poſſit, quoniam non uidetur quod ſit determinãs. Quod ſi dicat̃ determinationẽ fieri per intentionem maleficiantis intendentis unum determinatè: contra, nã iſta determinatio aut fit ab intẽtiõe maleficiãtis, aut ex intẽtiõe dęmõis intẽdẽtis decipere hoĩem: non primũ, tũ q̃a nõ uidet̃ q̃d poſsit operari intẽtio male

*Maleficium an fieri, & quomodo poſſit.*

ficiantis quandoquidem in neq; homi-
ne maleficiato, neq; in illo quo fit male-
ficiatio, utpote uirga Lupi, aliquid pro-
ducat: tum quoniam ſic fieret non uirtu
te dæmonis ſed uirtute maleficiantis et
inſtrumenti, utpote uirgæ Lupi. Si uerò
alterum detur, uidelicet quod determi-
natio fiat ex intẽtione dæmonis, adhuc
non uidetur poſſe ſtare, quoniam inten
tio dæmonis eſt uel actus uolũtatis, uel
intellectus, uel utriuſq;, qui ſunt actus
immanentes. nihil ergo operantur. quo
modo igitur fiet iſta determinatio per
talem intentionem? fortaſsis adhuc di-
cetur, quod quantumcunq; uelle & in-
telligere ſint actus immanentes, ab eis
tamen procedit motus: intelligentia e-
nim intelligens & uolens mouet orbes
& omnia iſta inferiora, quamuis intelle
ctio & uolitio ſint in ipſa intelligentia, i-
mò fortaſsis ipſamet intelligentia. Qua
re, uirga Lupi, uel quodcunq; ſit illud,
eſt directũ à dæmone & eius inſtrumen
tum, & in uirtute dæmonis & ſecũdum
eius directionem & intentionem pro-
ducit talem effectum, ueluti ſerra in uir-
tute

*Dæmonis intentio quæ et quomodo ſit*

tute ſecantis producit hoc determinatum ſcamnum: uerùm, iſtud eſt longè diſpar, & omnino remotum à priori: ſerra enim in opere ſcamni nullũ habet motũ ex ſe, niſi moueatur à tali artifice lignario: uirga autem Lupi habet illum effectum producere à quocunque fuerit applicata, ſiue ab homine ſiue à dæmone, ſiue eſſet ei congenita: tantum enim approximationẽ accipit, & non alterationem: neque in uirtute hominis uel dæmonis alterat, ſed ex ſe. Quare, ſicut à dęmone non habet alterationem ſed à natura, ſic nõ habet determinationem: ueruntamen à demone uel homine determinatur ad agendum in hoc. quod autem hoc in quod agit determinetur ad unum fugiendum uel perſequendum, non poteſt habere ab applicante: tantũ enim actiua paſsiuis applicat, neque dat formam agenti inſtrumentali: perinde enim hoc eſt, ac ſi quis, a, ignem applicaret, b, ligno, ut ex b generaretur ignis c, & diceret quod, c, ignis combureret d lignum, eſſet ex primo applicante: quod imaginari fatuum eſt. imò ſi rectè conſideras,

deras, hoc longè deterius eſt. prçterea, hoc plus dæmon poſſet facere iſtum effectum quam homo: quod tamen à ſic dicentibus negatur. manifeſtum eſt autem hoc ſequi, quoniam dæmon in hoc non plus ſe habet quàm applicans actiua paſsiuis: hoc autem totũ fieri poteſt per hominem: quandoquidem ſunt herbæ uel lapides uel aliqua talia, quæ hoc facere poſsint, quæ ſciri poſſunt ab homine, immo de facto ſciuntur: & determinatio æque benè fieri poſſet ab homine, ſicut à dęmone: ergo ſequitur propoſitum. ſi autem dicatur, ut uidetur dicere Thomas, quod neq; herbæ neq; lapides neq; huiuſmodi faciant hoc, ſed iſta apponuntur in deluſione uel deceptione hominum, ut ad idololatriam trahantur, uerũ fit iſto modo: quoniam dæmones ipſi intellectum informant ſub ſpecie abominationis uel proſecutionis: & tũc uoluntas proſequitur uel fugit. Verùm tunc ſtant argumẽta priora & alia: quoniam talis apparitio facta intellectui, eſt alteratio, quæ non fit immediate ab ipſo dęmõe, ſed fit per applicationem

nem actiuorum ad paſsiua: & ſtat argumentum ut ſupra, quoniam & hæc taliter ab homine fieri poterunt: & quæritur de determinante talia actiua ad hoc determinatum repręſentandum. Quare, ut mea fert opinio, eſt multum difficile uidere talem modum: & conſimiliter difficile eſt tenere talia fieri ab homine & per naturalia: nam apud me maxima difficultas de terminante. nullũ enim ſecundum hãc ſecundã opinionem uidetur poſſe aſsignari determinans, niſi intentio malefici ipſius, modo talis intentio nõ uidetur talem determinationem poſſe facere, ut patet per habita. & dico ut mihi uidetur, quod ſi conceditur hæc à dęmonibus poſſe fieri, credendum eſt et ab hominibus hęc poſſe fieri, nullo intercedente dæmone. Quare fortaſsis aliquis negaret hæc eſſe uera. Cui ſententiæ uidetur conſentire Ouidius in libro Heroidum, in Epiſtola Oenonis ad Paridem, ubi dicitur. Quæcunq; herba potens ad opem, radixq; medendi Vtilis in toto naſcitur orbe, mea eſt. Me miſeram, q̃d amor nõ eſt medicabilis herbis: Deſti-

*Ouidius negat ueneficia*

Deſtituor prudens artis ab arte mea. & iterum in primo Metamorphoſeos, & herbarum ſubiecta potentia nobis, Hei mihi quod nullus amor eſt medicabilis herbis. Veriſimile eſt, ſi hoc fieri poſsit, factum fuiſſe à Medea, quæ connumeratur inter primas huius artis. tamen ipſa fuit uincta ab Iaſone, & clamabat, ſi poſſem, ſanior eſſem: ſed trahit inuitam noua uis. Plus ualuit formoſitas Iaſonis quàm maleficia Medeæ. Amplius, Circe ueneficarum celeberrima ſuum Vlyſſem detinere non potuit: magisque ſine arte deluſa eſt & uincta ab Vlyſſe, quàm Vlyſſes cum omnibus ſuis artibus fuerit deuictus ab ea, ueluti de Vlyſſe cecinit Ouidius in primo de remedio amoris his carminibus:

*Medeæ nil profuiſſe ſuarum ueneficiorum artem.*

*Circe nil cõtra Vlyſſem potuit.*

*Nulla recantatas deponent pectora curas:*
*Nec fugiet uiuo ſulphure uictus amor.*
*Quid te Phaſiacæ iuuerunt gramina terræ,*
*Cum cuperes patria Colchi manere domo?*
*Quid tibi profuerint Circe Perſeides herbæ,*
*Cum tibi Neritias abſtulit aura rates?*
*Omnia feciſti ne calidus hoſpes abiret:*
*Ille dedit certæ lintea plena fugæ.*

*Omnia*

*Omnia feciſti, ne ferus ureret ignis:*
*Longus in inuito pectore ſedit amor.*
*Vertere quæ poteras homines in mille figuras,*
*Non poteras animi uertere iura tui.*
*Diceris his etiam cum iam diſcedere uellet,*
*Dulichium uerbis detinuiſſe ducem.*
*Non ego, quod primum (memini) ſperare ſolebam,*
*Iam precor, ut coniunx tu meus eſſe uelis.*
*Et tamen, ut coniunx eſſem tua, digna uidebar,*
*Quòd Dea, quid magni filia Solis eram.*
*Ne properes oro: ſpatium pro munere poſco:*
*Quid minus optari per mea uota poteſt?*
*Et freta mota uides, & debes illa timere:*
*Vtilior uelis poſtmodò uentus erit.*
*Quæ tibi cauſſa fugæ non hic noua Troia reſurgit:*
*Non aliquis ſocios rurſus ad arma uocat.*
*Hîc amor, & pax eſt, in qua malè uulneror una:*
*Totaq; ſub regno terra futura tuo eſt.*
*Illa loquebatur: nauem ſoluebat Vlyſſes:*
*Irrita cum uelis uerba tulere Noti.*
*Ardet, & aſſuetas Circe decurrit ad artes:*
*Nec tamen eſt illis attenuatus amor.*
*Ergo quiſquis opem noſtra tibi poſcis ab arte,*
*Deme ueneficijs, carminibusq; fidem.*

*Formoſitatē et dulcia uerba in amorē ducere.*

Concedendum tamē eſt ſecundum ueritatem, formoſitatē & dulcia hominis

uerba ligare,& in ſui amorem inducere, ut omnes ſciunt. Quare, Franciſcus Petrarcha dixit: Et ioch'harrei giurato, Diſ ſeſo hauermi da huom coperto d'armi con cenni e comparole fui ligato: & adeo uehementer, ut multotiens homines in inſaniam ducãtur, aliquãdo in ægritudines, ut Plutarchus refert in uita Demetrij de Antiocho Seleuci filio, & aliquando ad mortem, & de effectibus cæteris amoris: quæ omnia notiſsima ſunt. Et uice uerſa, deformitas, & inepti tudo uerborũ generant odiũ & abominationem: morum quoq; diſsimilitudo: multaq; & ferè infinita reperiuntur in hominibus, quæ aliquibus inducant amorem, aliquibus odiũ, aliquibus abominationem, ſic quòd nullo modo aliquis poſſet cum eis habere coitum. manifeſtum autem eſt, & unicuiq; cauſſa eſt nota, quomodo ſic aliqua ligant homines ad amores, et aliquãdo retrahũt: contingit enim ex aliquo quod in amato inſpiciebat ab amãte, ipſum amãtem maximo illius amore detineri: & poſtea aliquid aliud inſpici in eodem, quod effe ctum

*Petrarchæ amor.*

*Odium quænam inducãt*

ctum cõtrarium cauſabit, iſto enim modo uerba ligant, & uerba ſolũnt. in principio tamen non ſunt coactiua ſed multum perſuaſiua uoluntati, ut in hominibus ſapientibus, iuxta illud Helenæ Epiſtola ad Paridem, Dum nouus eſt cœpto potius pugnemus amori &c. Et in libro de remedio amoris præpotentia remedia ponuntur. Verũ ſi ſint habitus, aut difficilimum eſt aut impoſsibile eſt ſolui. neque Ariſtoteles ſimpliciter affirmat hęc carmina et ueneficia, uerùm dixit, ut ferunt: & in octauo libro de hiſtorijs Animalium cap. 24. uidetur dicere, hæc incantamẽta eſſe mulierculatum figmenta. Verũ quoniam Eccleſia tenet de maleficijs, & Plato, & multi grauiſsimi authores hoc idem confitentur, tentabo rationibus priorib. reſpõdere inſequendo uiam naturæ, & abſq; dæmonibus: & quod ſi hæc fieri poſſunt per dæmones, poſſunt & hæc fieri ſine eis. Tenendo igitur hoc, dico ad primã cum diceba tur, quod amare & odire ſunt actus uoluntatis. & uoluntas non poteſt cõpelli ſed impelli: huic dicit̃ utrũq; poſſe

*Ariſtotelis opinio de ueneficijs*

*Reſponſio ad obiecta.*

poſſe accidere. aliquando enim nõ ſunt adeò potentes ut poſsint compellere ipſam uoluntatem, quoniam nondum ligata eſt uis rationis, ſed ſolum inclinant ut perſuadeatur. aliquando autem poſſunt uoluntatem ipſam compellere, ut quando ligata eſt uis rationis: & tũc homines ſe habent ut beſtiæ, quæ ab obiectis ducuntur, & non ſunt domini ſuorum actuum: tunc enim uoluntas non eſt domina ſed efficitur beſtialis & ſerua. neq; hoc inconuenit, multi enim ex amore facti ſunt amẽtes et ueluti beſtię quoniam & ſi uoluntas & intellectus affixa non ſunt organis, dependent tñ in operibus ſuis, ſaltem dum unita eſt anima ab organis. quare, ſi mali humores poſſunt ex toto impedire diſcurſum rationis, nõ incõuenit & alia reperiri poſſe, quæ talia operari poſſunt, ut ratio & experientia docẽt & demõſtrant. Cũq; ulterius dicebatur de modo, mihi multum ratiõabilis uidetur eſſe modus poſitus ibi à diuo Thoma, uidelicet q̃niam repręſentatur ſub ſpecie abominabilis, uel perſequibilis, delectabilis uel contriſtabilis,

*Voluntas quando cõpellatur.*

triſtabilis, & huiuſmodi. Cumq́ʒ ulterius quæritur unde prouenit illa determinatio, utpote quod amet Alcibiadē Socrates & non Cliniam: dico hoc eſſe ex intentione maleficiantis, qui quidē per ſpiritum ſiue uaporem tranſmiſſum ad maleficiatū à ſpiritu illo fuerit affectus ſimilitudine maleficiādi, qui dum eſſet in imaginatione malefici, generat in maleficiando ſimilitudinem illam, nec nō & perſonæ ſimilitudinem quam maleficiandum intendit amare uel odire, proſequi uel fugere. Virga autem Lupi, uel quidquid ſit illud, habet uirtutem ut inter tales duas ſpecies ſit concordia & diſcordia: ueluti quædam ſunt inter quæ naturaliter eſt concordia uel diſcordia: ut ex capite primo 9. de hiſtorijs Animalium oſtenſum eſt, & eſt notum ex medicis, quod aliqua ſunt componibilia, & aliqua deſtruunt ſe. Sic itaq́ʒ contingere poteſt, quod in maleficiādo eſt ſpecies rei quæ ab ipſo maleficiante intenditur: Virga autem lupi alterans maleficiandū, eſt quæ inter illas duas ſpecies ponit amicitiam uel inimicitiam. capite

*Vnde proueniat determinatio ad talē amandum.*

N enim

enim decimo 8. de hiſtorijs Animalium ſcribitur, ouiū quas lupus occiderit, pelles, ac uellera, & facta ex his ueſtis, longe quàm cæteræ, aptiores ſunt ad pediculos procreandos. & cap. primo 9. de hiſtorijs animalium, ſanguinem ægithi & Flori ſeu ſpini miſceri non poſſe dicitur, innumeraq; conſimilia ab Ariſtotele & ab Alberto reliquisq; philoſophis referuntur, de quibus ſi uis eſſe copioſus, uideas eos in libris de Animalibus. Sic itaq; hoc fieri contingit: imò una & eadem res poteſt inducere amorē & odium, ſecundum diuerſas diſpoſitiones. utpote uirga Lupi cum nodo inducit abominationē, abſq; nodo ſolutionem. fiet igitur ſecundum hunc modum: exēpli gratia, uirga Lupi eſt apta inducere ſolutionem & ligationem coitus, eritq; in potentia æquali ad utrunq;: quare per nodum in re factum determinatur ad ligationem. ex eo quod eadem uirga ſic nodata inficitur ſpecie à maleficiāte Alcibiadis uel cuiuſuis alterius, ſic determinatur ad maleficiandū Socratē ꝑ odio Alcibiadis quod nō Cliniæ. eadē autē uirga

uirga ſine nodo, dummodo eſſet determinata ut ſuprà, induceret Socratem in amorem Alcibiadis, ubi prius induxiſſet ad odium dũ nodata foret. exiſtimo autem talem infectionẽ eſſe in uirga & non in anima, quoniam plures ſpecies hominum cõtingit eſſe in anima Socratis maleficiandi: quare ſecundum illos omnes maleficiaretur Socrates. Vnde determinatio debet eſſe in inſtrumẽto. Poſſet & aliter cõtingere, utpote quod uirga lupi nodata faceret apparere Socrati Alcibiadem ualde deformẽ, ratione cuius ab eo deſpiceretur: manifeſtũ enim eſt apud omnes quod multa poſſunt alterare medium, ut una res uideatur eſſe alia, uel ſecundum diuerſas figuras: & hic modus parum differt à priori, & eſt multum conſimilis & rationabilis & non extra naturæ opera, imò conueniens operibus naturæ: conceſsiſq; dæmonibus, exiſtimandum eſt & ipſos hæc operari ſecundum ſimilem modũ. Sciendum tamen eſt, quod ſic induci ad amorem uel odium, poteſt fieri ſine aliquo tali inſtrumento, & quaſi ſemper iſto mo-

*Quomodo una res uideatur alia.*

*Quæ facilè inducant in amorem uel odium.*

iſto modo fit: unde nullo alio maleficiã te poteſt homo ſic affici: & iſti modi ſũt ꝓportinõabiles, & habẽt fere eãdẽ cauſ ſam: Socrates nãq; Alcibiadem, uerbi gratia, amauit ex aliquo quod uidit in ipſo, de quo Socrates delectabatur: hocq; in anima Socratis genitũ eſt, nullo alio interueniẽte artificio neq; uirga lupi neq; alio medicamine. Plato autẽ eũdem Alcibiadem amare potuit, quoniam in eodem Alcibiade idem exiſtimauit: uerùm ad generandum hanc exiſtimationem in Platone interuenit maleficium: quare eadem fuit cauſſa proxima, licet remota non fuerit eadem, neq; hoc incõuenit, ſicut ſcimus ex rebus naturalibus: Vnde cum conſimiles ſint cauſſæ proximæ, nihil inconuenit & cõſimiles effectus produci. Et quoniã poteſt eſſe, quo una ſit ualentior altera, nõ eſt contra rationem, ſi Iaſon ſine artificio malefico plus potuit operari quàm Medea cum omnibus ſuis ueneficijs, & quoniam non omnes homines ſunt æqualiter diſpoſiti (nã una medicina multum ſoluit in uno corpore, quæ aut parùm

rùm aut nihil ſoluit in alio corpore) ideò non mirum eſt, ſi Vlyſſes ab artibus Circeis potuit euadere: ab illis tamen multi euadere non potuiſſent. Vlteriusque infertur, quod ex quo aliqui artificio uenefico detinētur amore, aliqui uerò ex artificio non detinentur, ſed ſine eo detinentur, cum tamen omnes conſimiles habeant cauſſas proximas, nihil inconuenire, ſed multotiens cauſſas unius alteri attribuimus, & è cōuerſo, & nominibus abutamur: quo fit, ut multotiens, extra rationem amantes, ſiue ſuperfluè amantes, dicamus fuiſſe incantatos, & ab amatis maleficiatos: & etiā uice uerſa, maleficiatos dicimus amore illorum detineri. Et ſicuti maleficiatorū aliquos uidemus nō tam eſſe maleficiatos ut compellātur, ſed ſolum ut impellantur: aliquos uerò cōpelli, adeò ut ſint amentes & extra ſe, aliquando incurrāt inſaniam, aliquando in grauiſsimas ægritudines, aliquando moriantur: ſic etiam amantium ſine maleficijs aliquos uidemus impelli, aliquos cōpelli, aliquos inſanire, aliquos infirmari, aliquos ad

*Maleficiatorū diuerſitas*

*Amantium uarietas.*

mortem induci: diſtinguere autẽ inter i-
pſos non eſſet facile, quãdoquidem ſint
maxime ſimiles in accidentibus. Cum
itaq; uiſum ſit quomodo ſigillatim ad
unũquodq; reſpondendum ſit, conclu
dimus, quod ſi quis mirabilia & occul-
ta naturę opera conſiderauerit, uirtutes
corporum cœleſtiũ, Deũ, & intelligenti
as, humana & omnia inferiora curãtes,
nihil opus eſſe dęmonibus, neq; alijs in
telligentijs uidebit, quandoquidem o-
mnia hæc rectiſsime fieri poſſe per præ-
nominata uidebit: q̃re nec genios, neq;
particulares hominum cuſtodes pone-
re oportet: Genij enim nihil aliud ſunt
niſi hominũ genituræ: quiq; bonas ha-
bent genituras, bonos habent genios: q
malas genituras, malos genios: quales
fuerunt Bruti & Caſsij. Et genius Augu
ſti potẽtior erat genio Marci Anto. quo
niam meliorem genituram habuit Au-
guſtus quàm Marcus Antonius, ueluti
uates prædixerunt. hoc autem uates ſi-
ue mathematici ex ſyderibus ſuorum or
tuum cognouerunt. Cuſtodes etiam
hominum ſunt ratio & ſenſus, qui con-
tinue

*Dæmones nõ eſſe neceſſarios.*

*Genius quid ſit.*

*Hominum cuſtodes.*

tinuè inter ſe pugnant. Quantum uerò ſit de reſurrectione, nunquid reſurrectio ſaluari poſsit per naturalem cauſſam, mihi uidetur quod ponentes animam immortalem & multiplicatam, naturalis eſt reſurrectio, & arte procurari poteſt. Vnde uidemus Platonem, Zoroaſt. & omnes magos reſurrectionem poſuiſſe, ut Marſilius Ficinus de eis capite 2. quarti, & capite 12. quintidecimi Theologiæ Platonis refert. Quare non inconuenit hos aliquem poſſe excitare hominem à mortuis. unde Apollonium Tianæum magum aut ſapientem appellatum, etiam à diuo Hieronymo aliquos reſuſcitaſſe, Philoſtratus in uita quam de eodem Appollonio conſcripſit, affirmat. Verùm, cum manifeſtum ſit Ariſtotelem reſurrectionem negaſſe, ideo certiſsimum eſt apud eum humanam animam eſſe mortalem: niſi figmentorum maximum opinionem Auerrois ſomniemus, uidelicet unicam in omnibus hominibus eſſe animam: quod intelligibile eſt. Ex quibus fit, Magicam & Necromantiam

*Reſurrectio an ſit naturalis.*

eſſe ſcientias, ueluti Alberto referente in 2. ſuorum mineralium, Zoroaſtes, Auicenna: & quàm plures alij ab Alberto citati illuſtres philoſophi poſuerunt. Quanquam apud Ariſtotelem animas poſt mortem non remanentes aſſerentem, ueram Necromantiam non habeamus ponere, ſed tantum ſecundum modum ſuperius rememoratum. Et fortaſſis quoniam harum ſcientiarum magis eſt abuſus quàm uſus, hinc fortè dictæ ſunt eſſe dæmoniacæ, & ab eis dæmonibus inuentæ, ut non deſideretur, & abominabiles fiant: uelut legitur de Mahumeto in Alcorano, qui dum uino & maxime rubeo uellet gentibus ſuis interdicere, finxit in quolibet uuæ rubeæ grano habitare unum diabolum. potuit & hoc fingi, ut habentes eas artes eſſent in maiori pretio, & haberentur ut dij. fortaſsis & iſti dæmones ſiue angeli introducti ſunt, quoniam cum talia quæ retulimus multotiens uiſa ſunt, ueluti de oraculis, de ominibus in aëre apparentibus, & de reliquis recitatis, & rude uulgus ueras cauſſas non poteſt capere, nã homi-

*Magiæ abuſus.*

*Vulgi ignorantia.*

homines iſti nō philoſophi, qui reuera ſunt ueluti beſtiæ, non poſſunt capere. Deum, Cœlos, & Naturam hæc poſſe operari: creduntq́; ita eſſe de intelligentijs, ueluti de hominibus (non enim niſi corporalia capere poſſūt) ideò propter uulgares introducti ſunt angeli & dæmones: quanquam introducentes, minime poſſe eſſe illos, ſciebāt. nam & in ueteri lege multa feruntur, quæ uere non poſſunt intelligi ut litera ſonat: ut cum dicitur Deum eſſe locutū, & faciē eius ferri ſuper aquas. Sed ſunt ſenſus myſtici, et dicti propter ignauū uulgus, quod incorporalia capere non poteſt. Sermo enim legum, ut inquit Auerrois in ſua poëſi, eſt ſimilis ſermoni poëtarum. nā quanquam poëtę fingunt fabulas, quę, ut uerba ſonant, non ſunt poſsibiles, intus tamen ueritatem continent, ut multotiens Plato & Ariſtoteles referūt: nā illa fingunt, ut in ueritatem ueniamus, & rude uulgus inſtruamus, quod inducere oportet ad bonum, & à malo retrahere, ut pueri inducuntur & retrahūtur, ſcilicet ſpe pręmij, & timore pœnæ: & *Modus inſtruendi uulgus.*

per hæc corporalia ducere in cognitionem incorporalium, ueluti de cibo teneriori in cibum ſolidiorem ducimus infãtes. Quare, à me alienum non eſt, nec à ueritate remotũ, Platonem reuera Angelos & dęmones introduxiſſe, non q̃a hoc eſſe crediderit, ſed quoniam ſuum fuerit propoſitũ homines rudes inſtruere. fuit enim ueluti Aeſculapius corporum humanorum medicus, ſic Plato animorum humanorum. & quoniam aliter rudes homines inſtrui non poſſunt, ideò hac uia proceſsit, quandoquidem nulla melior eſſe uideatur, fidemq́ aliquã de hoc facit, quod Boëtius uir doctiſsimus in æditione ſecũda in librum de Interpretatione pollicet̃ Platonẽ & Ariſtotelem in omnibus concordes facere: quòd & multi alij pollicentur. Videmusq́ Themiſtium in libro de Cœlo, ut refert Auerrois, cum defendit Platonem, uult ambos idem ſenſiſſe, ſed tãtum uerbo differre: hoc tñ in totũ non affirmo. & ſic dictum ſit de ſecundo propoſito, uidelicet quo modo Ariſtoteles ſaluauit talia experimenta. Supereſt modo dice

*Plato animorum medicus apud Gẽtiles*

*Concordia tẽtata Platonis & Ariſtotelis.*

do dicere de tertio, uidelicet, cur de his aut parum aut nihil ab Ariſtotele deter- minatũ ſermonem habeamus? Quam- uis de hoc nullam certã cauſſam habeo, quas tamen exiſtimo, adduco: fortaſsis quòd aliqua erit ueritati propinqua. Di co primò poſsibile eſſe, quòd morte prę uentus, nõ potuit ſcribere de plurimis, nam in uiridi ſenecta è uiuis deceſsit, ut refert Laertius 62. anno ſuæ uitæ obijt. Secũdò dico, poſsibile eſſe de his ex in- tẽtione nõ ſcripſiſſe, metuens uitæ ſuæ. ferunt namq;, teſte eodẽ Laertio, in Cal cydem ſe contuliſſe, & Athenas reliquiſ ſe, quoniam quòd male ſentiret de Dijs apud Athenienſium magiſtratum fue- rat accuſatus: quare, ferunt dixiſſe, No- lo Atheniẽſes bis in philoſophiam pec- care. nã & ante Socratem interemerant. Cum itaq; ueluti uidimus, hæc poſitio ex toto auferat Deos, per gentilium & cæteras leges non tutò hæc propalaſſet: nã auferrẽtur reſpublicæ, & ſacerdotes in nihilum uerterentur. Eorum autem ſemper fuit maxima potentia. quare cum ſemper philoſophi ſuſpecti fuerint de reli-

de religione, ut Plato in Apologia refert, ideò aut in deriſionem aut in odiũ ſemper habiti ſunt. Plutarchus enim in uita Niciæ ſic ſcribit: primus autem qui Lunaris umbræ atq; luminis cauſſã deprehendit, ac literis mandare auſus eſt, Anaxagoras fuit: qui neq; multo ante tempore claruerat, neq; in uulgus adhuc opinionis eius fama prodierat: ſed inter paucos admodum uerſabatur, qui non ſine metu talia proferre audebat. neq; enim facile de rerum natura ſermones populus admittebat, ſed eiuſmodi ſtudijs deditos homines inani labore tẽpus contereꝛe arbitrabatur: cum in his rebus perquierendis laboratur, quas nihil rationis in ſe habere ac nullatenus ab hominibus peruideri poſſe putabant: tum uerò talia quærentes impietatis crimine ſuſpecti habebantur, quaſi diuinũ numẽ quibuſdam neceſsitatibus ac terminis circumſcribere uolentes. Itaque & Pythagorã Athenis pulſum fuiſſe conſtat. & Anaxagoras in carcerem ductus, uix à Pericle, quamuis in maxima contentione laboraſſet, ſeruari potuit

*Philoſophi ab Athenis pulſi uel occiſi.*

Socra-

Socrates, licet horum ſententiam non profiteretur, tamē propter philoſophiā damnatus, interijt. Poſteris uerò tempo ribus egregia apud omnes opinio de Platone uulgata, cum propter admirabilem uitæ ſanctimoniam, tū quod diuino numini tanquam præſtantiori naturæ neceſsitatem obtēperare dicebat, omnes philoſophiæ calumnias et abſtu lit, & auditoribus ſuis omnia quaſi arca na naturæ patefecit. hęc ille. Ex quibus patere poteſt cauſſa, cur Ariſt. aperte locutus non fuerit. genus nanqꝫ philoſophandi per ænigmata, metaphoras & fi ctiones maximè à Platone uſitatum dānauit Ariſt. & ex toto à ſe reiecit. Quare nil mirum ſi Plato à uulgaribus & Sacerdotibus fuerit exaltatus, Ariſt. autem repulſus & depreſſus. tertio dici po teſt, Ariſtotelē hanc partem reliquiſſe, quoniā per eius dicta intelligi poterat, ueluti nos feciſſe fortaſſe ſuſpicamur, q ex his quę ſparſim dixerat in diuerſis lo cis, ſolutiones ut potuimus, qualeſcunque ſint, in unum collegimus. Cur autem Ariſtoteles peculiarē ſermonem

*Egregia de Platone opinio apud Athenienſes, unde*

& diffuſum de hoc habere noluerit, fuit, ne arcana philoſophiæ uulgaribus in deriſionem haberentur, & ut apud homines philoſophia maioris eſſet exiſtimationis, ueluti Ariſt. referente Plutarcho in uita Alexādri magni in quadam Epiſtola ſcribit ad Alexandrum, quę ſic incipit: libros Auſcultationis, &c. quæ tota ponitur à Themiſtio in procœmio Paraphraſeos librorum de phyſico Auditu. quàm autem honeſta & urgentiſsima fuerit hæc cauſſa, uideas quæ à Platone ſcribuntur in quadam Epiſtola ad Dionyſium Tyrannum Siciliæ, quæ ſic incipit: Audiui ex Archedemo &c. Circa finē Epiſtolæ ſic dicitur: Caue tamen ne excidant hęc unquam in aures hominum diſciplinæ eruditionisq́ expertiū. Nulla ſunt em̄, ut mea fert opinio, quæ dicta ad populum magis ridicula uideantur: neq́ quæ apud ingenuos prolata magis mirabilia & diuina. Sępe uerò dicta ſemperq́ audita & multis annis, uix tandem uelut aurum cum magno labore purificantur. Nam quod in hac re mirabile contingere conſueuit, id audi. ſunt

*Ariſtoteles cur aperte de ſecretioribus loqui noluerit.*

*Platonis Epiſtola.*

*Quæ uulgo non ſpargenda ſint.*

ſunt complures homines qui iſta iā audierunt: pollentes acumine, pollētes memoria, in examinando & iudicando ſolertes, prouecti iam ætate, neque minus triginta annis hæc audierunt. Hi tamen affirmant quæ auditu quondam incredibilia maxime uidebantur, ea ſibi nūc primum ualde credibilia uideri atq; perſpicua: & quæ tunc probabiliſsima, ea nunc ſibi contrà uideri: hæc igitur intuens, caue ne quando te pœniteat eorum quæ tibi indigne nunc exciderunt. Maxima uerò huius rei cuſtodia eſt, nihil ſcribere, ſed addiſcere. Nam quæ ſcribūtur, contineri nō poſſunt. hac de cauſſa nihil ego de his ſcripſi unquam, neque eſt Platonis opus præſcriptum aliquid, neq; erit. Quæ autem modo dicūtur, Socratis ſunt: qui uir etiā dū iuuenis eſſet, uirtute claruit: hæc ille. Quarto dici poteſt, hoc feciſſe: forteq; q̄d eſt liber ille de quo Albertus memorat in fine libri de licitis libris & illicitis. dicit em̄ Albertus Ariſt. ſcripſiſſe librū ad Alexādrū, q inſcribit̄ de morte aïæ: in q̄ multa ponūtur aduerſ9 Deos, Leges, et Sacerdotes

*Liber Alberti de libris licitis & illicitis*

& liber

& liber iſte fortaſsis per ſacerdotes gentilium, & fortaſsis per noſtros pō tifices penitus extirpatus eſt. Platina enim in libro de uitis Pontificum ſcribit, per Pō tifices multos libros fuiſſe extirpatos. quare, nihil impoſsibile, ſi iſte liber eſſet unus de illis, cum maxime Sacerdotibus aduerſaretur. quare &c.

*Caput XI. in quo ponuntur dubitationes aduerſus ea quæ dicta ſunt, ad pleniorem intelligentiam eorum quæ dicta ſunt.*

PRima itaq; dubitatio eſt, quoniam non uidetur quod iſtæ ſolutiones ſint ad mentem Ariſtotelis, quas tamen eſſe ad eius intentionem diximus. ſuppoſitum namq; fuit, Deum curam gerere horum inferiorum & præcipuê hominum, & inter homines maxime uiros illuſtres curare. Verùm hoc non uidetur eſſe uerum, quoniam ſi Deus hęc inferiora curaret, non curaret niſi intelligendo & uolendo: aut igitur intellectione uniuerſali, aut particulari; Si uniuerſali per

*Quomodo Deus hæc inferiora curet.*

per quid determinatur ad hoc & nõ ad illud? & ſi ſingluari, cur magis ad hoc ꝙ ad illud determinatur? & cur magis nũc quàm prius? profectò nõ uidetur quid dici poſsit: immò argumenta quæ facta ſunt aduerſus dæmones iſta operantes, pariter uidentur procedere contra hãc opinionem: quare, ut uno uerbo dicamus, quid apud ponẽtes dæmones eſt, quod in hoc propoſito difficultatem faciat, quod & huic noſtræ poſitioni non aduerſetur? Secunda dubitatio eſt, quoniam dictum eſt, Deum & intelligentias hæc mundana & ſublunaria non mouere & gubernare niſi mediantibus corporibus cœleſtibus: hoc enim neq; Ariſtoteli conſonat, neq; rationi. Ariſtoteli quidem, quoniam in libro de bona Fortuna ponit primũ motiuum Voluntatis eſſe Deum: ſic enim ſcribitur: Rationis autem principium, non ratio, ſed aliquid melius. Quid igitur erit? utiq; melius ſcientia & intellectus. uirtus enim intellectus organum. Auerrois quoq; in libello de diuinatione ſomniorũ ponit talia ſomnia fieri ab intelligentijs, nõ

*Secunda dubitatio.*

*Voluntatis primũ motiuum Deus*

commemorando corpora cœleſtia. Auicennam autem prætermitto, qui expreſſe ponit uoluntatem humanam immediatè à Deo & intelligentijs moueri. Rationi & hoc nō conſonat, quoniam uoluntas eſt immaterialis, non affixa organo: quare, non uidetur ſubijci corporibus cœleſtibus, cum agens præſtantius paſſo ſit: & incorporale præſtantius ſit corporali. quare potior uidet̃ uia Auicennæ ponentis uolũtates humanas à Dijs immediate moueri, non concurrentibus corporibus cœleſtibus, quod & ulterius firmatur: Nam ſecundum Ariſtotelē corpora cœleſtia de neceſsitate mouentur, liberum arbitrium ab ipſis, quod tamen apertè aduerſatur eidē Ariſtoteli nono metaphyſicæ. Tertia dubitatio eſt, quoniam dictũ eſt, uates, prophetas, & qui dæmoniaci uocantur, & reliqua huiuſmodi generis pro cauſſa effectiua habere corpora cœleſtia: & ꝓ materiali cauſſa diſpoſitiones ex parte ſuorum corporum. Verùm iſtud non uidet̃ rationabiliter dictũ: quoniã uel iſti uates & ſic prophetãtes ſemper ſunt in tali

*Tertia dubitatio.*

tali diſpoſitione, uel non ſemper ſunt ſi detur primũ, primo hoc falſum apparet ad experimẽtũ: nõ em̃ ſunt in tali diſpoſitione, niſi cũ Deo implẽtur: iuxta illud Virgilij in ſexto Aeneid. At Phœbi nõdum patiẽs im̃anis in antro Bacchatur uates, magnũ ſi pectore poſsit Excuſsiſſe Deũ. tãto magis ille fatigat Os rabidũ, fera corda domãs, fingitq; pmẽdo. Secũdo quoniã diuus Thomas in libello de occultis naturæ opibus dixit q̃d ineſt alicui ſemper & ex impreſsione facta in eo, naturalr̃ cuilibet eiuſdẽ ſpeciei ineſt, ſed aliquibus ſecũdum magis, aliquibus uerò ſecũdum minus: quod manifeſtè falſum apparet in propoſito. nõ em̃ niſi paucíſsimi prophetæ ſunt. ſi uerò detur ſecundum, non minus & hoc uidetur eſſe falſum, tum quoniam idem Thomas in eodem loco dicit, quod talia nõ operãtur per aliquid impreſſum in eis, ſed ſolum mota à ſuperiore mouente: Sicut aqua maris non fluit & refluit ex qualitate impreſſa à corporibus cœleſtibus, ſed quoniam tantùm mota eſt à cœlo, & Sanctorum reliquiæ ſi ſanant

*Vatũ & ſimilium cauſſa.*

nant aliquem, non ſanant per uirtutem exiſtētem in reliquis, quoniā ſic omnes reliquiæ facerent: quod eſt apertū mendatium. Et ſimiliter quod annulus impreſſus charactere Iouis uel cuiuſuis idoli expellat febrim ab aliquo, nō eſt ex uirtute impreſſa in annulum, ſed ex angelorū uel dæmonū uirtute hæc ſunt: quare neq; in propoſito ſecundum iſtā rationem ex uirtute impreſſa ſic operabitur. Ratio autem mouens diuū Thomam ad hoc eſt, quoniam quod operatᷓ ex naturali impreſsione, ideo ſic operatur, quoniam talis impreſsio ineſt omnibus eiuſdem ſpeciei: hoc autem falſum eſt, ut patet ex alia cauſſa. Amplius hoc improbatur, quoniam mirabile eſt, & omnino cōtra rationem uidetur, quod exiſtentibus eiſdem cauſſis, tamē diuerſi ſequantur effectus: nam, exempli gratia, Dianā Epheſiam aliqui conſulebāt de filijs, aliqui uerò de bello, aliqui de mercatura, & ſic de reliquis. modò manifeſtum eſt iſtos eſſe diuerſos effectus, eiſdem exiſtentibus cauſsis: nam ex parte agentis eadem ſunt corpora cœleſtia: ex par-

*Quid operetur ex naturali impreßione.*

*Ex iiſdē cauſſis iidem ſequuntur effectus.*

ex parte paſsi,idem:quoniam idem uates,ut ſupponitur,& conſimilis diſpoſitio. non enim uidetur unde naſceretur illa diuerſitas diſpoſitionis. Amplius ad mirabilitatem facit,ſi eſt in earum poteſtate ſic diſponi quomodo eſt, & quid illud eſt: quare etiam diuus Thomas in eodē loco citato credit annulos uel q̄dquid ſit figuratum ex arte, nihil operari ratione illius figuræ, neq; ex illa figura magis recipere à corporibus cœleſtib9 quàm non ſic figuratum:quoniam quę ex arte fiunt, neq; ſequuntur materiam neq; formam. conſimiliter & de uerbis prolatis dicit, quoniam uerba nihil habēt immutare niſi auditum. quod ſi intellectui illi quid ſignificatur,hoc eſt ex anima imponente eis ſignificationem. Manifeſtum autem eſt,talem operationem non poſſe facere, ut ligare Socratē ne coeat cum Helena:quare nec annuli ſic figurati, neq; uerba ſic ꝓlata aliquid faciunt ad tales effectus: ſed hoc fuit à uirtute ſeparata, utpote ab angelis bonis in ſanctis orationibus, à dæmonib9 uero cum committitur idololatria. Vn-

de/ſecundum eum oratio non indu-
cit ſanitatem: ſed bonus angelus ui-
dens cor orantis, ſanitatem inducit. &
ita characteres Iouis in annulo, & uer-
bum prolatum ab incantatore nihil o-
perantur: Sed dæmon uidens iſtū ſedu-
ctum, operatur. hæc autem aduerſari ui-
*Quarta du bitatio.* detur noſtris dictis, ergo &c. Quarta du
bitatio eſt, quoniam illud quod dictum
eſt de diuo Cœleſtino, nō uidetur ſuffi-
cere, & per conſequens neq; de illis con
ſimilibus, cum in eandem cauſſam refe-
rantur. Primo quidem, quoniā ſi ex ora-
tionibus & precibus Aquilanorum re-
moti ſiue fugati ſunt imbres, non uide-
tur in quo genere cauſſæ preces Aquila
norum hoc fecerint: nam non eſt dicere
*Orationes Aquilanorū an fugarint imbres.* orationes effectiuè hoc feciſſe, ueluti ſol
fugat nebulas, hoc enim uidetur purū
eſſe figmentum: nam non mouendo lo-
caliter neq; alterando utpote exſiccan-
do quoniam iſtud nullam ueriſimilitu-
dinem habet, ueluti manifeſtum eſt ne-
que etiam preces Aquilanorum corpo-
ra cœleſtia mouerunt, ea inducendo ad
fugādos imbres, quoniā remotius eſt &
ſtultius,

ſtultius,ut de ſe notum eſt.nullus igitur relinquitur modus niſi mouendo intelligentias & eas flectendo, ueluti ſubditi & orantes mouēt maiores: & hæc eſt religioſorum opinio, quæ nō poteſt ſtare cū opinione recitata: nā ponūt intelligētias inflexibiles,& eas de neceſsitate mouere corpora cœleſtia. Quare ratio non uidetur ſtare poſſe.eodem argumento cōuincitur orationes Aquilanorū nō fuiſſe cauſſam,cur diuus Cœleſtinus apparuerit niſi flectendo angelos, uel uerius ipſum diuū Cœleſtinū ad talem mirabilem uiſionem, quod religio Romana aperte uult.amplius, quod iſte modus nō ſit conueniēs, manifeſtatur: nā poſſet eſſe quod Bononiæ cōſimilis caſus cōtigiſſet, ubi Bononienſium preces directæ fuiſſent ad diuum Petronium urbis ſuæ patronum. modo diuus Cœleſtinus cum fuerit ſummus Pontifex,aliјs ornamentis debuit apparere quā diuus Petronius, cū tantū fuerit Epiſcopus,& fortaſsis unus fuit paruus & alter magnus:& ſic de reliqs differētijs. unde ergo ijſdem exiſtētibus corporib.

cœleſtibus, eodem uel ſaltem conſimili exiſtente aëre tanta cauſſata eſt diuerſitas? & cur Cœleſtinus nō apparuit Bononiæ, & Petronius Aquilæ? certe nulla uerisimilis poteſt aſsignari cauſſa, niſi quæ à religione aſsignatur, uidelicet, quod Angeli boni hoc fecerunt, uel ipſimet ſancti, non autem quod fictum eſt de corporibus cœleſtibus. Quinta dubitatio eſt, quoniam dictum eſt genios nihil aliud eſſe niſi genituras: quod ſi bonam habent geniturā homines, bonos habent genios: ſi uero malam, malos. uerùm iſtud nedum eſt falſum, uerùm & contra Ariſtotelem, ſic enim periret liberum arbitrium: quoniam quod Brutus infecilē habuerit exitum, fuit ex ſua genitura mala: quòd uerò Auguſtus felicem habuerit exitum, fuit ex ortu ſuo bono. quare neq; Brutus uituperādus, neq; Auguſtus laudandus eſt: & genus demonſtratiuum apud Rhetores periret: quod eſt manifeſta fatuitas. Amplius, nō eſt exiſtimādū ab ipſis optimis intelligētijs, et optimis corporib. cœleſtib. poſſe maleficia prouenire: quando quidem

*Quinta dubitatio.*

*Genius cuiusque quid ſit.*

dem à bono niſi bona procedant: & A- *A bono bo-*
uerrois 10. metaphyſices comment. 19. *nis procedere*
manifeſtè damnat Aſtrologos talia aſſe
rentes: eſſetque duos deos introducere,
quorum unus eſſet cauſſa boni, & alter
cauſſa mali, qui fuit error Fauſti, deſtru-
ctus per diuum Auguſtinũ in libro pe-
culiari, & etiam damnatus à Commen-
tatore 12. metaphyſices cõment. 51 Sex- *Sexta dubita*
ta dubitatio eſt, quando conceſſum eſt *tio.*
maleficia compellere uoluntatẽ, quod *Voluntatem*
nedum falſum eſt, uerùm & Ariſtoteli i- *non compelli*
pſi manifeſtè aduerſatur in primo Poli-
ticorum ſuorum, ubi dicit, quòd domi-
nus & inuictiſsimus eſt animus. & Boë
tius 2. de conſolatione, quis inuicto ani-
mo imperabit? etiã peccata & uirtutes
non eſſent in noſtra poteſtate, quando-
quidem maleficia poſſunt nos inducere
in illicitos amores, quos eſſe peccata nõ
eſt dubium. Septima dubitatio eſt, quo *Septima.*
niam nõ omnes modi incantationis ui-
dentur eſſe rememorati: Maro nanque *Incantationis*
narrat ſocios Diomedis à Troia reuertẽ *modi omiſsi.*
tes, in aues fuiſſe conuerſos: quæ longo
tempore pòſt, circa Diomedis templũ

uolabant. narrat etiã quod Circe famoſiſsima Maga ſocios Vlyſsis mutauit in beſtias: Et quod Arcades quodam ſtagno tranſito uertebantur in lupos. hæc autem in aliquam cauſſam naturalē nō uidētur poſſe referri: quare, præter intelligentias & corpora cœleſtia, neceſſarium eſt dare unum immediate agentem, & dare angelos & dæmones. Octaua dubitatio, quoniam dictum eſt oracula falſorum deorum tempore non fuiſſe facta per dæmones, ſed naturaliter à corporibus cœleſtibus: hoc enim non uidetur uerum, quoniam quæ naturaliter fiunt, aut ſemper aut in pluribus fiunt. uerùm poſt aduentum Saluatoris hęc oracula ceſſauerunt, & tandem in nihilum redacta ſunt. uerùm ſi hæc facta fuiſſent à cœlo, æque nunc eſſent ut tunc fuerunt: quandoquidem eadem corpora cœleſtia ſunt nunc, quæ tunc erant. unde eiuſmodi effectuum non uidetur eſſe aliqua ueriſimilis cauſſa, niſi quoniam illæ fiebant uirtute dæmonū, & poſt Saluatoris aduentum ceſſauerunt, nam diabolus expulſus eſt, iuxta illud Ioannis

*Octaua.*

*Oracula non dari à corporibus cœleſtibus.*

nis 12. nunc princeps huius mũdi eijcie-tur foras: & Auguſtin. 4. cap. 22. de Ciuitate Dei ex ſententia Ioannis in Apocalipſi demonſtrat dæmonem fuiſſe ligatum in aduentum Saluatoris. quare minimè eſt cauſſa ibi adducta.

Nono & ultimo, aliquis fortaſsis nos calumniabitur, quoniã nos philoſophiã profitentes hiſtoriam conteximus, cum Plutarchum Liuium, Suetoniũ, & plures alios toties citauerimus: imò quod magis uitioſum uidetẽ, poëtas, qui à uirtute ſunt remotiſsimi. quare maxime damnandi uidentur, ergo &c.

*Caput 12. in quo reſpondetur ad dubitationes propoſitas.*

SAt ſcio me in tam arduis argumentationibus & in tam arcanis naturæ rebus philoſophiæ imperitis minime ſatisfacturum, imo teſte Platone Epiſtola per nos citata ad Dionyſium, nihil eſt quod magis Philoſophiam ridiculam faciat, quàm tã diuina agreſtibus & prophãis uiris uelle perſuadere: neq; hoc ir *Philoſophiæ imperitis nõ ſatisfieri.* *Quid philoſophiam reddat ridiculã.*

ratio-

rationabiliter contingit. cum enim tum ex diſuetudine audiendi, tum ob ingenij hebetudinē hæc minime capere poſſint, in philoſophos & in philoſophiam culpam transferunt: quo fit, ut cōuitijs & irriſionibus eos proſequantur: imò quod deterius eſt, ex urbibus expellāt, trucident, & prorſus exterminent. qualis apud philoſophiæ alumnos habendus ſim ſatis uereor. hæ namq; difficultates, ut mea fert opinio, tales & tantæ ſunt, ut quemuis quantūcunq; conſummatum philoſophum defatigarēt. quare, ſi rei ipſi non ſatisfacero, ſaltem poſteros promouebo ad complementū. Rogoq; eos hæc mea ſcripta non temeritati, ſed amori in philoſophiæ ſtudium adſcribant. Tentabimus itaq; ad unāquanque dubitationem propoſitam reſpondere.

*Difficultates maximas in hoc libro tractari.*

*Ad primam*

Ad primam itaq; cum dicitur, Deum & intelligētias hæc talia operari nō poſſe niſi uolendo & intelligendo: huic dicimus hoc uerū eſſe: ſed Deum & intelligentias omnia intelligere per ſuas eſſentias, ſic uidelicet quod Deus ipſe ſemper ſe intelligit, quoniam ipſe eſt intelle-

*Deus quomodo omnia intelligat.*

tellectio: reliqua uerò intelligit, quoniam omnium aliorum eſt cauſſa. Cæteræ uerò intelligentiæ primo ſe per ſe intelligunt, & in ſeipſis intelligunt ſuperiora, quoniam ſunt effectus ſuperiorum. inferiora uero in ſeipſis, non extra, intelligunt: quoniam ſunt cauſſæ inferiorũ. hęc enim, ut rectè ſentit diuus Thomas, fuit opinio philoſophorum & maxime Peripateticorũ. Vlterius dicitur ipſos exactiſsimam & perfectiſsimam de unaquaque re ſublunari ſcientiam habere. Vnde nulla eſt ſpecies in mũdo, quęcunque ſit illa, de qua non cognoſcant quidquid de eis eſt cognoſcibile: ſunt enim horum omnium ſublunarium artifices. artifex autem nõ producit ſuum artificiatum niſi per cognitionem. quare ſapienter dixit Auerrois 12. metaphyſicæ, ſcientiam immaterialium â noſtra ſcientia differre, quoniam ipſorum ſciẽtia cauſſat res: noſtra autem à rebus cauſſatur: unicaq; ſpecie, ut ita loquar, hominem uniuerſaliter intelligit, & non alia Socratem, alia Platonem. Verùm quod faciat hunc & non illum, eſt ex determinatione

*Intelligentiæ quomodo intelligant.*

natione ſitus corporum cœleſtium, & temporis diuerſitate. nam ſublunaria omnia aut ſimpliciter aut quo quomodo ſunt in loco et in tempore: ex quibus patet ea quæ aduerſus opinionem aliorũ adducta ſunt, nihil ad hanc contrariari: nam & per ſuas eſſentias intelligũtur hæc inferiora, cũ ſint horũ cauſſæ: quod dici non poterat pro illa opinione, uniuerſalisq́ eorum conceptio determinatur per locum & tempus pro ſingulariũ opere. neq; opus eſt ſi Deus uel intelligentia Socratem producat, ut nũc intelligat particulariter Socratem & hoc inſtans, ueluti abunde diximus in noſtra Apologia. quare, breuiter hîc pertrãſeo, ne bis idem dicatur: oppoſitũ uero ponitur ut manifeſtũ eſt, ab altera opinione. nam uult proprijs conceptibus intelligere, neq; dæmones eorum eſſe cauſſas niſi ſecundum modum prius expoſitum. Ad ſecundam dicitur, quod quanquam multi ex recentioribus illud aſſerant, mihi tamen nullo modo uidetur hoc poſſe ſtare ad intẽtionẽ Ariſtotelis: ſi nanq; Deus & intelligentiæ in hæc inferio

*Authoris Apologia*

*Ad ſecundã*

feriora ſine medio agerent, tũc totus o-ctauus phyſicorum infirmatur, imo de-ſtruit. innititur enim illi medio, ſcilicet, quod ab agẽte immobili nõ poteſt prouenire nouum, niſi mediãte motu antiquo. hoc autẽ totũ deſtruitur: quãdoq; dem modus antiquus ſecũdum iſtos nihil proficit ad talem motionẽ. immediate enim Deus mouet uolũtatẽ ut ferũt: neq; eſt fingere quod in uolũtate oportet diſpoſitiõem pręeſſe ut moueatur à Deo: quãquam nõ interueniat agẽs medium: quoniã prima uolũtatis motio eſt à Deo ut ipſi ferũt: quare prius nõ debuit eſſe ab alio quàm à Deo mota. Amplius, ſi, quando Deus uolũtatem mouet, uolũtas debet eſſe diſpoſita, utpote mota prius ab intellectu, nõ mouet autem uolũtatem intellectus niſi cognoſcens, nõ cognoſcit niſi prius phãtaſia ipſum mouerit, phantaſia autem cum ſit organica, cœlo ſubijcitur, ergo Deus nõ mouet uoluntatem niſi mediantibus corporibus cœleſtibus. quare dicẽdum eſt, Ariſtotelem & Auerroem intellexiſſe Deum & intelligentias mouere intellectum

*Scopus octaui libri phyſicorum.*

*Voluntatem quomodo Deus moucat ſecũdũ Ariſtot.*

ctum & uoluntatem tanquã prima mo‍uentia, non tamen ſine corporibus cœleſtibus: neq; in prædictis locis oportebat de corporibus cœleſtibus mentionem facere, quoniam libri illi ſupponũt octauum de Phyſico auditu. quod autẽ adducebatur de ratione, primo quoniã intellectus & uoluntas non ſubijciũtur corporibus cœleſtibus, dicitur q̃d quãquam primo & per ſe eis non ſubijciantur quatenus intellectus & uoluntas, tamen quatenus humanus intellectus uel humana uoluntas ſubijciuntur, quoniã ſine corpore operari non poſſunt, ſaltẽ ut ſunt unita, quoniam de animæ ĩmortalitate hîc non diſputo. Quod etiã ſecundo dicebatur, quoniam uoluntas co‍geretur, & de neceſsitate eligeret̃ quidquid eligeretur, huic dicitur negando illatum. nam quanquam uoluntas ſine re corporali nõ poteſt in opus exire, eſt tamen ſupra res corporales in eligẽdo: partim enim eſt materialis, quia ſine re corporali operari non poteſt, partim eſt immaterialis: quare ſupra corpus operari poteſt: indiget enim corpore ut obiecto,

*Quomodo intellectus & uolũtas aſtris ſubijciantur.*

*Quomodo uolũtas ſit libera.*

ćto, & nō ſubiecto: ueluti in tractationibus noſtris de immortalitate animæ diximus. Hîc tamē eſſet ardua difficultas determinante ipſam uolūtatem: ſed de hoc alibi. Ad tertiam autem difficultatem, in qua queritur de illa diſpoſitione per quam uates, Sibyllæ, & dæmoniaci tam mirabiles faciunt operationes: dicitur primò tales homines ut in pluribus ex ſua genitura eſſe talir̄ diſpoſitos: quare eam contraxere ex principijs generatiōis, uerùm ſatis remotè & quaſi in potentia: quare cum actu uaticinātur. prę ter illam remotam, habēt aliam propinquam diſpoſitionem, ut manifeſtum eſt ex Sibylla à Virgilio memorata in ſexto Aeneidos: niſi enim Deo impleretur, & fureret, reſponſa non dabat. hoc autem erat ex illa diſpoſitione propinqua, per quam habilitantur ad ſuſpiciendum diuinos aflatus: cum actus actiuorum ſint in patiente diſpoſito: & inde prouenit ut non ſemper tales uates uaticinentur, cum nō ſemper ſint diſpoſiti, & aliquando magis, aliquando minus, ſecūdum meliorem paſsi diſpoſitionē, *Ad tertiam.* *Vatū & Sibyllarū diſpoſitio unde*

uel corporum cœleſtium. diuerſitas nã-
que ſituum, utpote coniunctionum uel
oppoſitionum in eiuſmodi effectibus,
multum diuerſificat effectus. Vulgares
autem hoc attribuũt Deo irato uel pro-
pitio. Exiſtimant enim cum nõ poſſunt
uaticinari, tunc dæmonem eſſe iratum:
cum adundè uaticinantur, tunc dæmo-
nem eſſe lętum: ueluti eſſent homines i-
pſi ſpiritus, modò læti, modò triſtes. Idẽ
quoq; apparet de Eliſæo, qui rogatus ã
rege uaticinari nõ potuit, niſi prius ma-
nu impoſita ſuper Pſalteriũ, ut deueni-
ret ad ultimam diſpoſitionẽ. quãuis e-
nim Eliſæus ex natura eſſet uates, nõ de-
ducebatur tamen ad actum illũ, niſi ex
illa immediata diſpoſitione. & perinde
eſt ueluti aliqui homines, qui & ſi ſint
ex natura proni ad act9 Veneros, tamẽ
priuſquam ad illos actus deueniãt, per
tractant mamillas, oſculãtur, ut ſpiritus
& ſanguis calefiant, & in ultima diſpoſi
tione fiant ad tales actus. ſi itaq; cũ quę-
ritur, per quam diſpoſitionem huiuſmo
di uaticinia operentur in genere cauſſæ
materialis, dicendum eſt illam remo-
tam

*Eliſæus quo modo ad uaticiniũ diſponeretur.*

tam & illam propinquam eſſe, de quĩbus diximus: quantum uerò ad formalem & effectiuam, eſt cognitio & ſimilitudo rerum habita à corporibus cœleſtibus. Vnde ueluti per quietem & in ſomno homines admonentur de prę teritis, præſentibus, & futuris ab ipſis intelligentijs, mediantibus corporibus cœleſtibus. ſic iſti uates, & omnia huiuſmodi generis admonentur ab eiſdem, neque magis conuenit de uno quàm de alio. manifeſtum eſt autem hoc multotiens contingere in ſomno. Certum eſt enim multa experimenta in medicina ſecundum modum hunc fuiſſe reperta, & multas artes, & multa alia humano generi proficua: quare nihil inconuenire & talia in his fieri uatibus, ueluti Plato in Ione dicit, ſintquè dormientes, ſiue uidentes. Et iſti uates ualde ſimiles in diſpoſitionibus ſunt: ferè enim omnes ſunt melancholici: quanquam diuerſificentur ſecundum plus & minus. nã inter eos aliqui ſunt qui tantum dicunt, & neſciũt quid dicãt, et ſũt ueluti beſtię, ut corui uel cor

*Vatum ſimilitudo & diuerſitas.*

niculæ, picæ & huiuſmodi: aliqui autē præter quod hæc dicant & uideant, ſciunt interpretari & ſomnia & oracula. aliqui uerò tantum ſciūt interpretari, ſed non habent ut uideant uel dicant, ſicut Ioſeph & Daniel fuiſſe exiſtimantur: Deorum namq; dona diſperſa ſunt, & nullus eſt qui omnia habeat. ſomniantes autem & uaticinantes iſti ſunt uelu ti propinqui, & habent ferè conſimiles cauſſas, tantum differentes ſecundum magis & minus. mirūq; eſt multos homines hæc concedere de ſomnis & negare de oraculis, cum cauſſæ ſint ita pro pinquæ & tam conſimiles. diximus autem in principio ut in pluribus homines tales duplici diſpoſitione eſſe affectos una ſcilicet à principio natiuitatis, altera uerò ex tempore acquiſita: quoni am multi efficiuntur uates poſt ortum, ubi prius erāt ad hoc ualde indiſpoſiti: ueluti fuerūt illi duo poëtę, de quorum uno memorat Plato in Ione: de altero uerò Ariſtot. in 1. prob. 30. ſect. ueluti ſuperius adduximus. nā primitus erāt am bo rudes ualdè, cū ſanguinei eſſent: po-

ſtea effecti melancholici, in clariſs. poetas euaſerunt. Contingit & à primæuo ortu tales uaticinari, ueluti aues & corniculas neſcientes aliquid, neq; intelligentes: ueluti exiſtimandum eſt de illis duobus pueris, quorum unus natus eſt ante exitum Saguntinorum, alter uerò ante deſtructionē regni paterni, de quo meminit Hali in libro natiuitatũ, & de ambobus ſuperius ſermonē habuimus. multis & ferè infinitis modis hoc cōtingere poteſt ſecundum diuerſitatem ſitum corporum cœleſtium, & diuerſitatē diſpoſitiōis paſsi. quod ſi ſigillatim narrare uellemus, neq; utile eſſet, neq; poſſemus: uerùm diligens inquiſitor ſecundum quod ſibi fuerit conueniens & expediens indagabit, & ſecundum proprium modum adaptabit. cumq; ulterius quærebatur, an ſit in ſic uaticinantium poteſtate ſic diſponi & uaticinari, huic dicitur quod non ſimpliciter: eſt enim Deorum munus & corporum cœleſtium. dico tamen iuxta Victorini rhetoris ſententiam, ſicut natura adiuuat artem, ſic & ars naturam: quare, multa cō-

*An uates ſeipſos diſponāt quādo uolūt*

ſuetudo,& horū ſollicitudo ,& reliqua huiuſmodi generis, multum adiuuant ſe:quare, ambo ſimul coniuncta perfici untur,ubi reperiātur cętera paria. quod autem dictum eſt, non omnino eſſe in poteſtate uaticinantis ſic uaticinari, manifeſtum eſt, cum multotiens uolunt & non poſſunt,ſiue ſit ex indiſpoſitione ipſorum, ſiue ex diuerſitate ſitus corporum cœleſtium. unde fit, ut illa oracula non ſemper reperiantur uera: quoniam ſtellæ non ſunt ſemper ſecundum eundem & unum motum:& uulgares attribuebant hoc numinibus iratis,cum ueram cauſſam ignorarent. Sed hęc eſt cō-

*Vulgi mos.* ſuetudo uulgi, aſcribere dæmonibus uel angelis quorum cauſſas nō cognoſcunt. Cumq; ulterius inferebatur, hoc non eſſe poſsibile, quoniam cum idem ſit agens uidelicet corpus cœleſte,idem paſſum,utpote uates,ſemper idem eſſet uaticinium uel ſomnium, quod tamen non eſt uerū. Profectò ex his quæ dicta ſunt,non eſt graue ſoluere .Deus eṁ nō tantum unius eſt cauſſa, uerū omnium. quare & omniū uaticiniorū cauſſa eſt, ſecun-

ſecundum tamen alteram & alteram diſpoſitionem cœlorũ & diſpoſitionem paſsi, dat unum uaticinium: et ſecũdum alteram alterũ, modò corpora cœleſtia, ut Nigidius figulus dicebat, nunquam in eodem ſtatu permanent. Quare diuerſi ſitus corporum cœleſtium continuè uariantur. paſsi quoq; diſpoſitio cũ fluxibilis ſit, etiam in continua uariatione: diuerſaq; eſt interrogatio facta de bello, ab ea quę eſt de ubertate. et ſic ſuo modo dicatur de reliquis. Modò quis eſt tam philoſophiæ expers, qui neſciat ſecũdum diſpoſitionum uarietatem, & effectus uariari? Et quoniam ulterius ex ſententia diui Thomæ dicebatur, quod uates & homines hæc talia non operantur, ſed ſunt ipſi dæmones, quamuis homines exiſtimẽtur eſſe: ueluti ſanctorũ reliquiæ multos ęgros ſanãt, cum minimè reliquiæ ſint illę quę ſanitatem inducãt. nihil eſt enim in reliquijs quod ſanitatem inducere poſsit, ſic em̃ omnes reliquię ſanarẽt, quod manifeſtè falſum eſt. Verũ ſunt miniſtri Dei, qui ex precibus ſuorũ deprecãtium, uirtute Dei, hæc mi

*Corpora cœleſtia nũquã in eodẽ ſunt ſtatu.*

racula faciunt. quare exiſtimantur reli-
quiæ ſanare, cum nihil operentur. ſic in
oraculis, homines non loquuntur neq;
aliquid faciũt, uerũ dæmones talia ope-
rantur ex idololatria commiſſa à cupiẽ-
tibus ſcire quod petunt. Huic dicitur,
quod quantum ſit de reliquijs, ille mo-
dus de ſanitate inductus non eſt uerus:
uerùm ſecundum alterum duorum mo
dorum contingit hoc fieri; uno quidem
modo ex imaginatione credẽtis: uiſum
eſt enim ſuperius, & Medici ac philoſo-
phi hoc ſciunt, quantum operẽtur fides
& imaginatio ſanandi & non ſanandi.
Vnde ſi eſſent oſſa canis, & tanta et talis
de eis haberetur imaginatio, nõ minus
ſubſequeretur ſanitas. immò multa cor-
pora uenerantur in terris, quorum ani-
mæ patiuntur in inferno, iuxta Auguſti
ni ſententiam. Alter modus eſt, quoniã
quanquam homines ſint eiuſdem ſpe-
ciei, non tamen eorũ diſpoſitiones ſunt
omnes tales: immò aliquando habent
diſpoſitiones contrarias. aliqua enim a-
nimalia, uel plantę, uel quomodocun-
que ſint, ſunt unius & eiuſdẽ ſpeciei ſpe
cialiſsi

*Sanitas quomodo à reliquijs inducatur*

*Fides ſanandi, quantum faciat.*

cialiſsimæ,& unus illorum in una regio
ne interficit,& alterum uiuificat: ueluti
unus homo olet, & alter fœtet. quare
non inconuenit & reliquias ſuas diuer
ſas habere diſpoſitiones. animal enim
uenenoſum & tabe infectũ,utpote uitu
lus, mortem uel ægritudinem inducit,
quod tamen ſaginatum,multum cõfert.
& ueluti in ſuperioribus eſt dictum,cõ-
tingit reperiri aliquos homines uni æ-
gritudini appropriatos, & alios alteri,
quare & eorum reliquiæ poterunt uni
ægritudini conferre, quæ alteri non con
ferrent, ut legitur de pedis maiore digi-
to Pyrrhi Regis, qui exiſtimabatur diui
nitatem habere,cum ab igne nullo com
buri potuerit. ratio autẽ ibi per diuum
Thomam adducta, pace eius dixerim,
nullius eſt ponderis: uidelicet quod ſi
reliquię aliquę per ꝓprietatẽ exiſtẽtẽ in
eis ſanarẽt,tũc oẽs reliqę ſanarẽt:hoc e-
nim minimẽ recte infert. Nã hæc ꝓprie
tas nõ inſeq̃tur totã ſpeciẽ, neq; formã,
ſed materiam tantum: ut notum eſt ex
medicis & philoſophis. Nam Iacobus
Foroiulienſis abhorrebat allium,nõ ta-

*Pyrrhi regis pollex in cõbuſtibilis*

*Thomæ ſententia de reliquijs exploſa*

men omnes alliū abhorrent. Vnde mul
toties miratus ſum de diuo Thoma,&
ſuſpicatus ſum illud opus non prodijſ-
ſe ex eius officina. nam in eodem opu-
ſculo dicit, Aquā maris moueri à Luna
ſecūdum fluxum & refluxum, & non
per qualitates impreſſas, ſed ueluti ſerra
mouetur à ſerrante: quod apud me in-
telligibile non eſt, cùm in omni motu
mouens contingat motum: oporteret
enim, quod intermedia etiam moueren
tur ſecundum motum localem, quod
non apparet. quare exiſtimo illud non
eſſe ſuum opus. Vlterius etiam addeba
tur ex eodem fundamento ferè, quod fi
guræ artificiales nihil faciūt ad opera na
turæ, neq; pro receptione impreſsionū
corporum cœleſtium, quamuis ſub de-
terminatis cōſtellationibus ſculptæ fue
rint. Vnde figuræ Iouis uel cuiuſuis alte
rius nihil confert, ut annulus uirtutē re-
cipiat à corporibus cœleſtibus pro ali-
quo opere: Nam artificialia ſunt à no-
ſtra uoluntate, quæ nihil cōferre poteſt.
certè in hoc cōtradicit magiſtro famoſo
& cōmuni cōſuetudini. Ptolemæus eñ

*Thomæ error de motu maris.*

& ſapi

& ſapientes, qui fuerunt ante ipſum, & qui fuerunt poſt ipſum, dicunt oppoſitum: quod non credo per eos dictum ſic fuiſſe uniuerſaliter, niſi experimento hoc cognouiſſent. Et ratio eſt ualde leuis per quam mouetur ad contradicendũ tanto famoſo. Videmus enim quod arborum inciſio dependet à uoluntate noſtra, multũ tamen refert incidere ſub una conſtellatione uel ſub alia: & conſimiliter ſerere, triturare, & ſic de infinitis rebus quas infinitũ eſſet referre. et hoc etiam non eſt abſq; ratione: quoniam ſcim9 herbas, lapides, metalla, in aliquibus diſsimilari plantis. ut unum metallum, exempli gratia, aſsimilatur Saturno: alterum Ioui. Vnde fit, ut in proprietatibus conueniant. longè autem maior aſsimilatio eſt per quantum & quale, quàm per quantum ſolum, uel per quale ſolum. Quare ſi ſecundum figurã res aſsimilant magis aſsimilantur: unde poteſt fieri melior impreſsio, et lõge maior operatio: & ſi ſit ab arte, ubi nãq; deficit natura, multotiẽs ſupplet ars. Videmus etiã, quod aucupes auium ſimulachra non ſo-

*Cõſtellationũ uſus quid poßit.*

non ſolum ſecundum qualitatem ueris auibus aſſimilare contendunt, uerum et in figura & in quantitate, ut melius eas decipiant. Quod ſi Ficino noſtro fides præſtanda eſt, hoc etiam illuſtres Platonici uoluerunt. Addebatur etiã de uerbis, quoniam nihil faciant, ex eodẽ fundamento: uerùm quoniam de his in ſuperioribus ſat diximus, ideo nũc me abſtinebo: infra tamen iterum de his dicetur, uidelicet, an characteres & uerba ꝑ ſint.

*Ad quartam* Ad quartam autem dubitationem omnium ſententia mea grauiſsimam, tentandum eſt ſecũdum noſtrũ poſſe reſpondere. Cum igitur dicebatur Aquilanorum orationes & preces ad diuũ Cœleſtinũ uel operatæ ſunt aliquid uel nihil ad imbrium expulſionem. ſi detur ſecundum, tunc illud fuit caſu, & erit perinde ac ſi Socrate ambulante coruſcauit: hoc autem non uidetur eſſe uerum: ſic enim preces Deo factæ eſſent uanæ, quod non ſolum eſt contra omnes homines, uerùm etiam impijſsimum eſt. & non minus contra rationem, cum optimæ ſint: non enim debent omnino ali-

*Orationes quid poßint*

quo

quo fine fruſtrari, imò & optimum finē debent habere. ſi uero detur quod aliqđ operatæ ſint, non uidetur quid & quomodo, ueluti ſatis in argumentatione deductum eſt. Huic, ut exiſtimo, dicendum eſt, quod utraq; pars ſuſtineri poteſt ſine aliquo incommodo manifeſto. Suſtinendo itaq; preces operatas fuiſſe, dicitur quod ſi uia Auicennę teneretur, manifeſta eſt reſponſio. cum namq; hominis animæ uoluntas & maxime imaginatiua fuerint uehementes, elementa, uenti, & reliqua materialia ſunt nata obedire eis. Quo fit, cum Aquilanorum animę fuerint ualde intentæ, nihil eſt mirum ſi imbres fugati ſunt. Verùm, etiam aliter & Peripateticē dicendum eſt ſecūdū ea quæ in ſuperioribus adducta ſūt: dictum eſt herbas, arbores, lapides, & multa alia reperiri, quorū aliqua imbres inducūt, aliqua uerò fugant, aliqua grādines, aliqua tonitrua & fulgura, ut manifeſtum eſt. una herba enim fugat epilepſiam, & altera promouet, Laurus aduerſatur fulminibus, & nux arbor dicitur eis conuenire. quare, nihil prohibet

uapores

uapores tãtos & tales ſic affectos ( ſunt enim taliter affecti qualiter ſpiritus infirmi)in tanta multitudine fuiſſe potentes,ut imbres expellerent,nam repugnãtiam habent ad imbres: ſi enim poſſunt inducere ſanitatem & languorem, nihil uidetur obſtare,quin & imbres poſsint expellere: ſunt enim ueluti quædam ægritudo:& tempore ſiccitatis uelut ſanitas. Verùm nihil uetat ab eodem homine ſanitatem produci & ægritudinẽ ſecundum inſtrumẽti diuerſitatem. aliter enim ſpiritus ſunt affecti cũ ſanitas deſideratur,& aliter cum ægritudo inducit: quare aliter,cum appetitur ſiccitas,& aliter cum appetitur humiditas. Iuxta enim ea quæ ſuperius adducta ſunt, ſpecies ſiccitatis realiter cauſſat ſiccitatem, & humiditas humiditatem, huiuſmodi autem effectus non ſemper ſuccedunt, quoniam uel agens nõ eſt æque potẽs, uel natura eſt magis rebellis, & multo ualidiora ſunt promouentia ad unam partem quàm ad contrarium. Vnde ſi preces Aquilanorum non fuiſſent æquè potentes ut tunc fuerunt, & ſi non

proueniſſẽt ab imo corde, fortaſsis tam cito imbres non fuiſſent expulſi. Quare dici conſueuit, Vt preces ualeãt, ab imo corde debent prouenire, & eſſe feruentes: quoniam ſic ſpiritus melius afficiũtur, & ſupra materiam fiunt ualidiores, non ut flectant intelligentias (quoniam omnino ſunt im̃utabiles) ſed ut magis afficiãtur: ueluti ſputum hominis irati, & ſibilus ſerpentis eſt potẽtius quã hominis & ſerpentis non irati. Ex hoc ulterius patet q̃modo potuit apparere Aq̃læ & in abbatia uel in proximo abbatiæ diuo Cœleſtino dicatæ imago eius: nã illi uapores erãt figurati ſpecie diui Cœleſtini, qui taliter affecti poterãt eadẽ ſimilitudine aẽrem figurare & realiter & ſpiritualiter, ueluti contingit in muliere coẽũte, ubi aliqua imaginat᷑ in actu Venereo, conſimiliter & realiter afficit fœtum. Et in prę̨gnatiõe deſiderãs malum granatum ſtigmatizat fœtum malo granato, uel aliquo huiuſmodi: potuitq́; illa ſimilitudo per tempus durare, quoniam aẽr ſatis ſpiſſꝰ erat & retẽtiuus ex imbribꝰ. potuit & localiter moueri, q̃niam

*Preces quales eſſe debẽt*

*Quomodo uapores & ſpiritus rem optatam effingant.*

per

per uentum potuit transferri. Patet etiã ulterius, quare Aquilæ non apparuerit diuus Petronius, & Bononiæ diu9 Cœleſtinus, quoniam uapores & ſpiritus Aquilanorũ erãt affecti ſimilitudine Cœleſtini, & Bononienſium ſimilitudine Petronij. Patet etiam cum ignauum uulgus iſta ignoraret, cum ſuccedunt uota, dicunt Deos uel Sanctos fuiſſe ſibi propitios, & orationes ſibi fuiſſe gratas; cũ uerò non ſuccedunt, Deos & Sanctos eſſe iratos: quandoquidem hæc talia habeant cauſſam quam diximus. patet etiã ulterius, non eſſe incredibile & irrationabile, pulſum aliquarum campanarũ fugare tempeſtates & grandines: nam præter hoc, quod aërem promouent & diuidunt & expellunt, ex quibus fugari poteſt tempeſtas, ſicuti ſenſibiliter uidemus in aqua, quòd ſi aliquod lignũ mouetur ad aliquam partem, ſi è contrario pellatur aqua, lignum uertitur in aliam partem: ita è diuiſione cãpanarum. Verùm & ex alteratione non eſt incredibile hoc fieri poſſe: nam ſicuti aliquã reperiuntur ex proprietate fugantia grãdines

*Campanarũ aliquarũ pulſus fugare tẽpeſtates.*

dines & tẽpeſtates; quæ omnia ſcimus prouenire ex uirtute ſtellarum: ſic in cõpoſitione talium campanarum contingit ipſas fieri ſub tali conſtellatione, quę eis appropriatur, ut multum recipiant de tali influxu conſimili illi influxui qui eſt in herba uel lapide tempeſtates fugãte: quare, campana pulſa alterat aerem ad talem qualitatem quę tempeſtati aduerſatur. quod ſi qualitatem inductam à campana cõtingat eſſe ualidiorem tẽpeſtate, fugabitur tẽpeſtas: ſi uerò qualitas ſit imbecillior, ſuperabit tempeſtas, & ſuccumbet qualitas. poſſet et illud de campana contingere nõ tantum ex impreſsione à ſideribus facta in ſui factione, uerũ ex natura compoſitionis eius: utpote quod aliquid tale facturam eius ingrederetur. iuxta quoq; hanc imaginationem non eſt incredibile aliquẽ hominem ſub tali conſtellatione natũ, ut imperet mari, uentibus, & tẽpeſtatibus. Si enim aliqua herba uel lapis poſſunt hoc facere per uirtutes à cœlis impreſſas, ut concedunt philoſophi, & piſcis tã paruus retinere nauim. CC. pedum

*Hominẽ mari imperantẽ naſci non eſt impoßibile.*

undiq; remis & uentis agitatam, quare non & homo? non ſicut Auicēnæ aſcribitur, ſed alterando. Conſiderentur uirtutes occultę rerum, & apparebit hęc eſſe poſsibilia. Item contingit aliquem eſſe hominem ex dono cœli, qui ſanet dęmoniacos: nam & multæ herbæ & lapides dicūtur tales ex cœlorum munere. Contingit & duos homines taliter eſſe diſpoſitos, ut quod unꝰ fugat, alter promoueat. Nam magnes attrahit ferrum, & adamas reſiſtit: imo perunctio allij uidetur idem facere. Quare contingit duos eſſe homines uentis imperantes ſecūdum partes oppoſitas, & iſti ſe impediunt: uel contingit unum expellere aliū, et uictor exiſtimabitur eſſe bonus angelus, & uictus, malus: ſi eñ, quod de duobus pueris refert Albertus, prius citatis, uerum eſt, & reperiantur hærbæ ac lapides tantarum uirtutum, nihil eſt quod de dictis miremur. fidem quoq; facit in hoc, quod Aſtrologi ex ſtellarum peritia prædicūt homines naſcituros qui talia miracula poſsint facere, quare, talia uidētur fieri in uirtute cœlorum. uerum

*Rerū occultæ uirtutes quā ſint mirandæ*

hæc

hæc nõ ſunt cõmunicanda uulgaribus: quoniam horũ arcanorũ non ſunt capaces & non credunt niſi quod uidẽt, uel quæ ſunt uidere aſſueti. Cauendum eſt etiam cũ imperitis Sacerdotibus de his habere ſermonem. Cauſſa autem patens eſt, quia multotiens philoſophi fuerunt ex urbibus expulſi, aut incarcerati, aut lapidibus & ultimo ſupplicio affecti: & ſic propter beneficium tulerunt ſupplicíũ. iſte eſt igitur primus modus reſpondendi. Secundò dici poteſt, quod Aquilanorum preces neq; propulſauerũt imbres, neq; flexerunt ſuperos: nõ tamen preces fuerũt uanę, neq; ſe taliter habuerũt, ueluti quod Socrate ambulante, coruſcauerit: ſed fuerũt per ſe interæ & ad optimũ finẽ ordinatę. quomodo aũt ſit hoc, oportet declarare, quãdo & religiones habent etiam ſic dicere. ꝓpter quod ſciendum eſt, quod quãuis religioſi ponãt orationes Angelos & dæmones flectere, & inducere ad aliquod operandũ quod prius non intentebant: non tamẽ ſecundum ipſos & philoſophos hoc dici poſſet de Deo, cum ſit immutabilis,

*Arcana non ſunt uulgaribus cõmunicanda.*

*Cauendum à ſacrificis.*

*Alia reſponſio de ui precum.*

*Deũ eſſe immutabilem.*

neq; aliqua nouitas in ipſo cadere poſſit. Sit igitur quod Aqlani fuderint preces ad Deum, propter quas conſecuti ſint Aquilani ſerenitatem, & Deus ſolus operatus ſit, & non dæmones uel angeli operati ſint, quod ſecũdum poſitionem fieri poteſt, quandoquidem omnia operari poteſt Deus abſq; cauſsis ſecundis: hoc itaq; ſtante, preces nihil noui induxerũt in Deum, ut manifeſtũ eſt: neq; preces induxerũt ſerenitatem, quando ex ſuppoſito ſolus Deus operatus eſt, cui cuncta ad nutum parent. nec tamen dicemus preces fuiſſe uanas neq; non ordinatas ad finem. hoc igitur in hoc caſu dicendum eſt, quod ſi quis rectè conſiderauerit, uidebit tamen preces operatas fuiſſe, id ſcilicet, quoniam ſunt media à Deo ordinata ut ſerenitatem conſequantur, nihil inducendo in Deo neque aliquid in aere, ſiue mouendo localiter, ſiue alterando, neque realiter neq; ſpiritualiter. Aquilani itaq; tantum executi ſunt uoluntatem & ordinẽ Dei, qui uult talem effectum producere ipſis Aquilanis ſic precãtibus: & tũc

dicitur

dicitur Aquilanos fuiſſe exauditos, quoniam quod petebant habuerunt, cum tamē nihil in Deo cauſſarint neq; effectiuè concurrerint ad talē effectum. preces itaq; non ſunt quæ aliquid in Deo producant neq; in effectum, neq; Deo ſunt proficuæ neq; effectui, ſed tantum ipſis Aquilanis ut effectum conſequantur, prout ſunt pij uerſus Deum. poſſet etiam ſine ipſis Deus illos effectus producere: uerùm cum cuncta ordinet & diſponat ſecundum modum conuenientiſsimū, ideo pro hominum bono ordinauit tale medium. quare, cum etiam ſecūdum philoſophos & intelligētiæ iſta inferiora procurent & debito modo & conuenientiſsimo gubernent, omnibus ipſis exiſtentibus immutabilibus, preces Aquilanorum fuerunt proficuæ, & ad bonum finem factæ, & nullo modo à caſu: quare, quod tunc inferebatur, nō rectè inferebatur, ſi non mouent Deos, ſi nihil faciūt effectiuè ad effectum, ergo caſu: uerùm oportebat addere, & non ſint media ordinata ad talem finem. quod manifeſtè falſum eſt: quare, nihil eſt quod

*Deū per media operari.*

*Obiectio.* ibi infertur. Sed fortaſsis non irrationa biliter aliquis inſtabit, nõ cõuenienter exẽplum fuiſſe adductũ, eſſeq́; maximã diuerſitatẽ inter ipſa. nam ſecũdum philoſophos, cum ſerenitas fiat à cœlo, & cœlum aũt de neceſsitate agat, ſerenitas fuit neceſſaria, preces autẽ nõ fuerũt neceſſariæ: aliter enim nõ fuiſſent meritoriæ, & non fuiſſet in poteſtate Aquilanorũ orare: quod manifeſtè falſum eſt. apud uerò leges, ueluti preces fuerũt contingentes, ſic & ſerenitas fuit contingens: quare diſparitas eſt in utriſq; & non eſt in utriſq; eadem cõuenientia: imò quod ponitur ſecundum leges eſt conueniẽs. nã cauſſa exiſtẽte contingẽte, etiam media, effectus, & finis, eſt contingens. Verùm ſecundum reſpõſionem datã ſecũdum philoſophos, mediũ eſt cõtingẽs, & cauſſa finalis ſiue effectus eſt neceſſarius: quod & omni rationi poſterioriſticę aduerſat. Nã quãq; cõcluſio neceſſaria ex præmiſsis contingentibus colligi poſsit per illationem ſyllogiſticã, ut dicitur ſecũdo Priorũ: non tamen per uiam cauſſæ, ut dicit in primo Poſteriorum. Quòd

*Concluſio neceſſaria unde colligatur.*

Quòd ſi huic dicatur, quod fuit aſſumptum, falſum eſt, uidelicet ſecundũ philoſophos de neceſsitate in caſu Aquilanos ſerenitatem fuiſſe conſecutos: imò uerò contingens fuit illa ſerenitas: & quamuis ſerenitas fiat à corporibus cœleſtibus, quæ de neceſsitate agunt: aliq tamen eorum corporũ effectus multis modis impediri poſſunt, & maxime interueniente uolũtate noſtra. Vtpote caliditas domus prouenit ex ſole, poſſumus tñ multis ingenijs obuiare ne dom9 à ſole calefiat. quare eſto q̃d imbres ꝓpulſentur à corporib. cœleſtibus: quoniam tñ propulſantur interuenientibus noſtris precibus, non mirum eſt ſi effectus iſte poſsit impediri. Verùm hoc dictum eſt ualde leue: quoniam quod dicitur ueritatem habet ubi uoluntas noſtra effectiuè concurrat ad affectum remouendum, ut in prohibendo æſtum à domo quoniam obſtaculum ſoli ponitur, concurrit motus localis, uel quidquid ſit illud: uerùm preces nihil uidentur operari, hic autem ſolæ preces concurrũt, quæ nihil, ſecũdum cõceſſa,

 faciunt

faciunt ad propulſionem imbriū: quare, adhuc argumentū ſtare uidetur. Ideo aliter dicendum eſt, quod in alio aſſumptum eſt falſum: propoſitio nāq; illa, effectus neceſſarius debet habere cauſsā neceſſariam & etiam medium, intelligēda eſt ſi illa cauſſa & medium ſint per ſe, eſſentialesq; ſint: quod nō eſt in propoſito uerum, neq; ſecūdum religionem, neq; ſecundum philoſophos: nā apud utramq; poſitionum, imbres poſſunt fugari abſq; precibus noſtris: et noſtrę preces poſſunt eſſe non ſequentibus propulſionibus imbrium, ut manifeſtū eſt: neq; ſequitur preces ordinari ad talia, eſſeq; caſuales: hoc enim patet in plurib. non ſequi: literæ enim amatoriæ ordināturad conſequendum amoris fructū & actus Venereos, & tamen non ſemper ex literis amatorijs conſequitur talis finis, nec talis honos ſemper habetur literis amatorijs. imò ſcire debes ſaltem apud philoſophos nunquam preces eſſe uanas. unde oratiōes & quaſi omnes uirtutes duos habent fines, unum ſcilicet per ſe, & inſeparabilem: alterum uerò ferè

*Precum duo ſunt fines.*

rò ferè per accidens & ſeparabilem. Exempli gratia, preces dijs factæ duos habent fines, unum ad obtinendum uotum, utpote ſanitatem, & hic finis eſt ſecundarius, & multotiens fruſtratur: alter uerò eſt pietas & in Deum religio: & hic finis eſt inſeparabilis, ut nũquam fruſtrari poſsit, ſi ardenti mente fit. Quare ſiue uotum ſuccedat, ſiue non ſuccedat, nunquam debemus uacare ab orationibus. immò fortaſsis melius eſt ut uota non ſuccedant quàm ut ſuccedãt. primò quidem quoniam ſic perfectior uidetur eſſe uirtus: ut amãs ſine ſpe præmij ſtudioſior eſt amante ſpe præmij & perſiſtens in amore non conſequente aliquo præmio, uerius amat perſiſtente in amore ex conſecutione præmij. Quare, cum apud phyſicos felicitas cõſiſtat in actu uirtutis, quanto maior eſt uirtus, tanto maior eſt felicitas. Cũ itaq; amor & reuerentia ſine præmio extrinſeco ſint maiores q̃ cum tali præmio, ergo ſic perſtans efficitur felicior. Secũdò quoniã quæ optamus, multotiens nobis non expediunt quę namquę profu-

*Non uacãdũ ab orationib. & ſi uota nõ ſuccedant.*

*Quis uerius amet.*

*Felicitas in quo, ſecundũ philoſophos, ſit.*

*Nos ſæpe quid optem9 neſcire.*

tura credim9,multoties obſunt,& ē cō-
uerſo:ueluti ſępiſs. expti ſum9:cognoui
musq; ubi res nō ſucceſsit,q̄d nobis ma
gis cōduxit, q̄ ſi ſucceſsiſſet: & ſi ſucceſ
ſiſset, fuiſſet in pnicie. quare pces apud
philoſophū nunq̄ ſūt uanę, ſed rectè fa

*Plato nos docet orare.*

ctę.unde Plato in 2.Alcibiad.docet nos
quomodo debemus orare. nō em̄ dice
re debem9, Deus da nobis hoc: quoniā
fortaſsis illud non conuenit nobis. Ve-
rùm ſecundū poëtam ab eo citatum,ta
lis eſſe debet:Iupiter,ſiue Deus, optima
quidē & uouentib. & non uouentibus
tribue, mala autem, poſcentibus quo-
que abeſſe iube. quod & concordat di-
cto Saluatoris noſtri: ſcilicet, neſcitis
quid petatis. Ex his ſequit̄,falsò philo-

*Philoſophos, falſo ut impios criminari.*

ſophos criminari de impietate, & quod
ſecūdum philoſophos nō debēt Dij o-
rari,quādoquidē nō ſint flexibiles: neq;
noſtras audiāt preces: patet aūt ſecūdū
philoſophos,Deos eſſe orādos, neque
unq̄ preces eſſe uanas,quandoquidē fi
nis p ſe eſt inſeparabilis,qui lōgè præſtā
tior eſt fine per accidens.Verùm,ſecun-
dum uulgares, preces uidentur eſſe ua-

næ,

næ, ſi quod petitur, non impetratur. exiſtimant enim felicitatem conſiſtere in bonis corporalibus: creduntq; uirtutes & ſpiritualia ordinari in corporalia, quoniam tantum illa percipiunt. non uera religio tenet hoc, ſed uulgꝰ prophanū: & reuera qui de philoſophia non participat, beſtia eſt. Poſſet et, ut exiſtimo, tertio dici & fortaſsis melius, quod preces Aquilanorum profuerūt ad talem effectum conſequendum, non quidē quia mouerint Deos, uel corpora cœleſtia, hoc enim impoſsibile eſt, neq; quoniā ipſi induxerint effectiuè ſerenitatē, ſed quia ipſi receperint ſerenitatē à corporibus cœleſtibus ratione rectæ & ordinatæ diſpoſitionis: quoniam actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito, nam corpora cœleſtia fauentia tali legi in hoc tempore, & durante tali influxu pro tali lege, ordinant hoc mediū ad cōſequēdum talē effectū: intendens nanq; finem, intēdit ea quę ſunt ad finē. Cū uerò ulterius dicebat, quare Bononiæ apparet Petroniꝰ, & Aquilæ Cœleſtinus, cū orationes nihil in aërem inducāt neque

*Vulgus preces paruipendit.*

*Quis ſit beſtia.*

*Tertius modus reſpondēdi.*

que diuerſimodè diſponant? ſecũdum namq; priorem modum ſatis patebat ratio diuerſitatis: huic dicit, cur eſt quod acies uiſæ in aere tempore Machabeorum? hæ autem ſecundum ritũ Hebræorum? Viſę uerò tempore Caij Marij fuerunt ſecundum ritum Romanum? Et cur uaticinantibus per quietem, unum idolum apparet alicui ſecundum ritum propriæ patriæ? eiuſdem etiam rei idolũ apparet alteri ſecundum ritũ patrię ſuę? certè alia cauſſa aſsignari non poteſt, ut etiam dicit Auerrois in libello de diuinatione per ſomnum: niſi quoniam Deus unumquodq; diſponit ut ſibi conuenit, aliter non eſſet bonus artifex & conueniens. & etiam hoc prouenit ex paſsi diſpoſitione: nam aliter affectus eſt Italus, & aliter Gallus. Quare unuſquiſq; ſecundum modum ſibi conuenientem, & ſecundum diſpoſitionẽ accipit ſimulachrum. Videmus etiam ſecundum diuerſitatem climatum animalia in figuris diuerſificari. Nam quamuis omnes homines ſatis in genere conſimilem habeant figuram, tamen aliqui habent faciem

*Deum omnia, ut conuenit, diſponere.*

em magis latam, ut Tartari: aliqui oblō gam, & ſic de reliquis figuris, quę quidē eſſe nō poſſunt niſi ex diuerſa plaga cœleſti, quæ facit pro uno & non pro alio. Nam & in legibus ponuntur Angeli cuſtodientes diuerſas prouincias. & philoſophi etiam ponunt intelligentias diuerſas mundi plagas gubernantes ſecū dum diuerſum aſpectum ſiderū, & procurantes ut omnibus conuenit. poſsibile tamen eſt, ut effigies uiſa Aquilæ uerè nō fuerit ſimilis Cœleſtino: ſed Aquilani uidentes tale ſimulachrum dixerūt illud fuiſſe Cœleſtini. & ſi Bononienſes tale intereà uidiſſent, dixiſſent illud fuiſſe diui Petronij. Vterq; tamen modus ſtare poteſt: & iſte ſecundus modus dictus, eſt multum conformis his quæ uiſa ſunt in aere, utpote de aciebus, ſcutis, & reliquis, quæ facta fuerunt non intercedentibus precibus, imò mētes terruerunt: & uidetur magis ſenſatus quā primus. Quod enim ſpiritus ſiue uapores affecti ſimulachro diui Cœleſtini talia operati fuerint, uidetur ſatis remotum, & maximè quòd ſic in unum conuenerint,

rint,ut in tali aeris parte & nõ in alia apparuerint. Verùm, diligens inquiſitor, ni fallor, ad omnia talia reſpondere poterit: & hoc de quarta dubitatione. Ad quintam uerò dubitationem, in qua dicebatur, quod genios non ponimus alios eſſe quàm genituras, tunc periJt liberum arbitrium, & reliqua quæ ibi adducta ſunt: dicendum eſt, quod malum, ut patet etiam per Dionyſium in libro de de diuinis Nominibus, nihil aliud eſt ꝙ defectus. Defectus autem uel prouenit ex noſtra uoluntate, & hoc malum culpæ ſolet appellari: uel prouenit non ex noſtra uolũtate ſed ex natura, quod fortaſsis malum pœnæ, uel malum naturæ dici poteſt. loquendo de ſecũdo modo & hoc dupliciter cõtingit, quoniam uel eſt defectus in latitudine entis, & non in propria determinata natura: uel eſt in propria & determinata natura. Exemplum primi, quodlibet, citra primũ ens quod eſt Deus, eſt defectuoſum in latitudine entis: quando nihil eſt quod ſit tota & cõpleta entis latitudo, niſi Deus ipſe. & ſic unũquodꝗ ens citra Deũ dici

*Quinta.*

*Malũ quid*

dici poteſt quoquo modo malum in natura, quoniã defectuoſum in natura entis. Exemplum ſecũdi, ſicut homo claudus, uel cæcus, nõ ſolũ dicitur defectuoſus, quia non habet completam entis latitudinem, uerũ etiam quia nõ habet requiſita ad perfectionẽ humanę ſpeciei. Et tunc dico, quod negare Deum, intelligentias, & corpora cœleſtia, eſſe cauſſam malorum iuxta hunc modum ſecũdum accipiendi malũ, eſt deſtruere pulchritudinem & ordinem totius uniuerſi. Vniuerſi enim pulchritudo cõſiſtit in diuerſitate: neq; eſſet uniuerſum, niſi ex tot diuerſis eſſet cõpoſitũ, ueluti homo nõ eſſet perfectus homo, niſi omnia mẽbra, quæ ſunt tam diuerſa, haberet. ſi enim in homine tantum eſſet cor uel oculus, non eſſet homo, ueluti notũ eſt. unde oportet cõcedere Deũ eſſe cauſſã omnium entium ſic à Deo deficientiũ, ſiue ſint talia entia uiſibilia ſiue inuiſibilia: & horum uiſibilium ſublunarium pro rãta diuerſitate, concurrere corpora cœleſtia. Vnde corpora cœleſtia ſecũdum diuerſas partes ſuas & diuerſos

*Quomodo Deus ſit cauſſa mali.*

*Vniuerſi pulchritudo.*

aſpectus

*Vnde diuerſitas in hoc mũdo,*

aſpectus cauſſant diuerſitatem in mun-
do inferiori. Vnde aliquibus annis uide
mus animalia magis proficere, in aliqui
bus è contrà. Videmus etiam diuerſas
plagas cœli facere prò diuerſis animali-
bus, plantis, mineris, & ſic de reliquis.
quod & apertè conceditur à diuo Au-
guſtino in quinto lib. de Ciuitate Dei,
& in multis alijs locis. hoc etiam canit
Eccleſia, cum omnia iſta ſint opera Do
mini. Sic itaq; loquendo de malo & de-
fectu, nihil incõuenit Deum eſſe autho
rem defectus & mali, modo ſupra-
dicto. Vnde Deus eſt cauſſa ſerpentis,
qui ſerpens quãtum eſt in ſe eſt bonus,
licet eius uenenũ & morſus ſint noxia
hominibus & alijs animalibus: imo nõ
eſſet bonus ſerpens niſi alijs eſſet noxi-
us. Vnde Regulum ſiue Baſiliſcum ſibi
lo non interficientem animalia, non di-
ceremus eſſe de bonis Regulis, quia eſ-
ſet defectuoſus in ſua ſpecie: cũ autem
nihil citra Deum ſit, quod non aliquali
ter participet de natura perfecti & etiã
à tali natura deficiat: cumq; det plus &
minus, in his cõſueuimus dicere minus
defici-

deficientia eſſe bona: plus autem deficientia, eſſe mala. Veruntamen dicimus Deum omnium eſſe cauſſam: quare, in hymno canitur, quod omnia benedicũt Dominum & omnia laudant Dominũ, incipiendo à prima creatura uſq; ad ultimam creaturam. Nihilominus quanq; omnes conueniant Dominum eſſe cauſſam iſtorum malorum & defectuum in latitudine entis, uidelicet hominis, Leonis, Lupi, & ſic de reliquis: tamen non omnes uidentur eſſe concordes de defectis in ſpecie: utpote quod homo naſcatur cæcus uel claudus. Philoſophi uidẽtur dicere hæc non eſſe intenta à natura, ſed eſſe peccata naturæ, & quod non habeāt cauſſam per ſe. Auguſtinus autem cui & multi conſentiunt, uidetur dicere oppoſitum cap. 9. 16. libri. & etiā 8. cap. 21. libri de ciuitate Dei. Verùm pro nũc non ſit diſputatio. Et fortaſsis inter has opiniones poſſet poni concordia. Et dũ legerem ſecundum de phyſico auditu multa ſuper hoc dixi. nunc autem ſat ſit Deum & corpora cœleſtia eſſe cauſſās iſtorum defectuum & malorum: neceſ-

ſariumq; eſt hoc confiteri, nullumq; ſequitur incommodum: imò dicere oppoſitum, eſt manifeſtus error, ſaltem de malo ſeu defectu in natura entis. Videtur tamẽ quod etiam corpora cœleſtia ſint cauſa defectus in ſpecie, ut pote cęcitatis & claudicationis, argumento, quòd Mathematici, multotiens ex inſpectione ſiderum prędicãt annos monſtruoſos, & etiam iſta monſtra prænunciant uẽtura. quare à monſtrando monſtra appellata ſunt: ueluti 8. cap. 2 lib. de ciuitate Dei dicit Auguſtin. quare iſta pars tutior uidetur. cauſa etiam finalis talium monſtrorum ponitur ab eodem Auguſtino 8. cap. 16. eiuſdem libri, quare ex iſtorum ſentẽtia & mea, Deum & corpora cœleſtia eſſe cauſas affirmandũ eſt. Loquendo autẽ de malo culpę, quod proueniat à uoluntatibus noſtris adhuc dupliciter hoc intelligi poteſt, uel diſponendo & inclinando tantùm, uel cogendo ipſam uolũtatem: & hoc ſecundo modo eſt dupliciter: quoniam uel remanente intellectu & diſcurſu non ligatis, ſed ſolutis uel ligatis. ſi ſecun-

*Cauſſa defectus in ſpẽcie.*

*Monſtra unde dicta.*

*Malum culpæ.*

ſi ſecũdo modo, dico corpora cœleſtia horum eſſe per ſe cauſã, uerũ tũc nõ propriè & uere dicitur eſſe malũ culpę: nõ enim eſſe poteſt culpa, ubi ratio non poteſt habere imperiũ & miniſtrare: & ſic operãtes, opranť ueluti beſtiæ, neq; ſunt dñi ſuorũ actuum. ſi uerò ratio eſt ſoluta, ſic dico neq; Deũ neq; corpora cœleſtia per ſe eſſe cauſam taliũ defectuum, quando uoluntas, ſtante libera ratione, eſt libera, & à nullo poteſt cogi. Quod ſi Deus uolũtates moueret, ad bonum moueret & nõ ad malum: nulla autem creatura cogẽdo poteſt mouere uolũtatẽ ſi ratio eſt ſoluta. quare, ut ſic neq; Deus neq; corpora cœleſtia ſunt neq; eſſe poſsũt cauſa mali. Si autẽ loquamur q̃ ad diſpoſitionem, ſic ſine dubio corpora cœleſtia ſunt cauſſæ malorũ: uerum tale malũ non eſt malũ culpæ, ſed malũ naturę, quod eſt Dei & intelligentiarũ ac corporũ cœleſtiũ. Quod ſi dicať, Deus igiť & corpora cœleſtia diſponũt ad malũ culpæ. Quare, uideť allicere hoĩes ac peccãdũ: nã ſi iſte eſt diſpoſitꝰ ad Venerea ex corporib. cœleſt. uel ad furta,

*Diſpoſitio ad malum, unde.*

*Obiectio.*

licet corpora cœleſtia non cogāt, tamē uidetur eſſe peccatum ipſorum in ſic al liciēdo:ueluti eſt in hominibus, ſi unus homo alteri perſuadeat ad furtum uel a liquod aliud peccatum. Amplius, quoniam uidemus iſtos ita diſpoſitos, ſemper agere ſecūdum iſtam diſpoſitionē: imò ſi à Mathematicis habuerint aliqd de ſuis euentibus, uidemus dum cupiunt illa fugere,in illa incidunt,ut legentibus multas hiſtorias patet. Quare,nō tantum uidetur diſponi, uerū etiam cogi.præterea dictum eſt in habētibus rationem ligatam uoluntates cogi, & homines eſſe ueluti beſtiæ. Modò quæ eſt cauſſa finalis,quod corpora cœleſtia ſic ligant mentes hominum,ut patet in fatuis: hoc enim uidetur multum irrationabile,cum omnes ſint æqualiter homines. Verùm hæc non obſtant: diciturq́ ad primū,quod Dijs & corporibus cœleſtibus diſponentibus aliquem hominem ad actū Venereum, ratione tamen exiſtēte ſoluta, ſiue peccet, iſte ſic diſpoſitus,ſiue nō peccet,eſt bonum: & nihil eſt quod Dijs et corporibus cœleſtibus

ſuccen-

ſuccenſeamus. ſi nanque homo talis peccat, certè eſt malum ſibi, ſed poteſt eſſe bonum alteri: ut interfectores Socratis peccauerunt, & fuit malum culpæ ipſis interfectoribus: fuit autem bonum uirtutis ipſi Socrati, quoniam maior fuit eius conſtantia, magisque claruit Socratis uirtus. unde legitur de Ariſtippo, cũ interrogaretur qualiter mortuus eſſet Socrates, reſpondiſſe, utinam mihi taliter mori contingeret. Quare, culpa interfectorum Socratis reſultauit in maiorem Socratis uirtutem, & ſic uniuerſum perfectius factum eſt. Vnde natura deſpiciens partem, reſpicit totũ: & relinquens minus bonum, de maiori bono procurat. Si uerò ſic diſpoſitus ad Venerea non peccat, eſt in poteſtate ſua abſtinere: ſic longè clarior eſt uirtus ipſius ſic diſpoſiti in abſtinendo, quàm ſi non fuiſſet diſpoſitus: ſicut etiam dicit Ariſtoteles in 2. Oeconomiæ de Penelope & Alceſte, quæ quoniã multa paſſæ ſunt, ideo magis claruerunt: & niſi talia paſſæ fuiſſent, fuiſſent ingloriæ. non ſentienti enim ſtimulum Venereum, quænã laus

*Quod uni malum eſt alteri bonum.*

*Socrati bonũ fuiſſe mori.*

*Naturæ ordo*

*Virtus in abſtinentia clareſcit.*

eſt ab ipſis Venereis abſtinere? uirtꝯ enim (ut inquit Apoſt. in infirmitate perficitur. Et hæc diffusè à Seneca tractantur in libro de Prouidentia & Gubernatione mundi à Deo, & multis Epiſtolis ad Lucilium: quæ omnia referre, nimis prolixum eſſet. Et quod adducebatur, quoniam ſicut homo inducens hominem ad peccandum peccat: ſic & corpora cœleſtia diſponēdo homines ad peccandum, peccarent. negatur illatum, primo quidem, quoniā corpora cœleſtia prouident de uniuerſo, homo uerò de parte: quare, corpora cœleſtia pro maiori bono faciunt minus bonum aliquando, eo modo quo ſuprà declarauimus. ſecundo & melius, quoniam nō par eſt in utriſq; intentio: corpora enim cœleſtia ſic diſponunt, non ut homo ſequatur diſpoſitionem, ſed ut ſuperet eam, & efficiat̃ clarior: aſt homo illud facit mala intentione, ut ad peccādum inducat. quod ſi tentando faceret, & ut uirtus efficeretur clarior, nō eſſet peccatum, imò uirtus. unde diuus Auguſtinus 22. cap. 16. de ciuitate Dei ſic dicit: Neq; omnis eſt cul-

*Reſpōſio ad obiectum.*

*Tētatio quæ bona.*

eſt culpanda tentatio: quare & gratulanda eſt quæ fit probatio. Et plerumq; humanus animus ſibi ipſi ĩnoteſcere non poteſt, niſi uires ſuas ibi non uerbo ſed experimento, tentatione quodam modo interrogante, reſpondeat. ubi ſi Dei munus agnouerit, tunc pius eſt, tunc ſolitatur firmitate gratię, nõ inflat̃ in nouitate iactãtiæ. hæc ille. Quod aũt ſecũdo adducebat̃, q̃niã ſic diſpoſit9 uideat̃ de neceſsitate operari, huic dicitur, ſtãte ratiõe ſoluta, iſtud eſſe impoſsibile: ut in plurib. tamẽ ita cõtingit: l. quoniã ſicut una uirtus ad alias uirtutes diſponit, cũ ſint cõnexę, ita unũ peccatũ diſponit ad aliud, & fit habit9 q eſt de difficilè remouibilib9. Quare, iſti nõ euitãtes ſuas diſpoſitiones habitas à corporib9 cœleſtib9 ex multis peccatis, quę fecerũt, incurrũt in fatũ ſibi p̃nũciatũ ex ſiderũ cognitiõe. Vnde et Saluſti9 in Catilinario dicit, Catilinã incidiſſe in deſideriũ euertẽdi patriã, q̃niã filiũ ſuũ interemerat ueneno, captus amore Oreſtilæ q̃ filiũ timebat. Quod aũt cœli diſpoſitiones nõ neceſsitẽt, patet ex relatis ab Alberto in 1. de Ani-

*Diſpoſit9 nõ de neceßitate malũ operatur, ſed ut in pluribus.*

*Habitus ad malũ unde.*

*Cœli diſpoſitiones nõ neceßitant.*

de Animalib. in tractatu de Phiſiognomia, & ibi lege. Plutarchus quoq; in uita Niciæ & Craſsi, in capite ubi eos inuicem cōparat, ſic inquit: cum nullum diuinationis ſignum Nicias aliquando neglexerit, hic autē omnia penitus deorum portēta cōtempſerit, utriuſq; idem ferme exitus fuit. Difficilis ſane res ad iudicandum: &c. Ex quo patet, aſtra inclinare & non cogere. Auguſtus quoq; multa pericula euaſit prӕuidens fatum: idemq; refert Val. Max. in 1. lib. Id uoluit Ptolomæus cum dixit, ſapiens dominabitur aſtris. imò uana eſſent uaticinia & iudicia, niſi obſtare poſſemus. Quod etiam tertiò adducebatur, quoniam cœli peccare uidentur in generando hominem fatuum &c. certè ſecundum ponētes intellectum humanum mortalem, paucam ſuſtinet difficultatem: quoniā hoc eſt ex perfectione uniuerſi: ſicut camera picta ex diuerſis animalib. eſt pulchrior, & delectabilior ea, in qua tātum eſſet una figura, ut in libro de Mundo dicitur, poſſunt & fatui habere alias utilitates: ſunt enim pro ſapiētibus, ut eos oble-

*Fatui cur generentur.*

oblectãdo uel ſeruiendo, uel quoniam ex hoc ſpeculantur de uarietate naturę, uel aliquo huiuſmodi. Secundum uerò tenentes intellectum eſſe immortalem & multiplicatum, difficilius eſt reſpondere. tamen diuus Auguſtinus in 16. de ciuitate Dei abunde ad hæc ſatisfacit, ubi ponit cauſſas diuerſitatis figurarum humanarum & monſtrorum: quare, ibi legas. His habitis, patet reſponſio ad omnia quæ ibi inducta ſunt. nam ſtantibus illis diſpoſitionibus factis à cœlis, & ſtante ſoluta ratione, non perit liberum arbitriũ, imò magis perfici poteſt. Vnde Brutus potuit euadere tam infelicem exitum: & Auguſtus potuit eſſe infelix. Cauſſa autem quod in pluribus hoc contingat, præter aſsignata ſuperius, ſcilicet propter peccata pręcedentia, eſt, quoniam homo parum habet de intellectu, & multum de ſenſu: quare gubernatur à ſenſu, & relinquit intellectũ: modò ſenſus per ſe ſubijcitur corporib. cœleſtibus: & hanc cauſſam aſsignat diuus Thomas in libello de Sortib. pauci enim ſequuntur intellectum, ſed pluri- *Cur plures peccent.*

mi ſenſum. Quare, ut in pluribus ſequū
tur diſpoſitiões cœleſtes, ueluti beſtię fa
ciunt. Neq; ſequitur apud Rhetores ge
nus demonſtratiuum perire: nam lauda
mur & uituperamur ſecundum actus ꝓ
uenientes à libero arbitrio, qui per poſi
tionem non auferũtur. Quomodo etiã
mala ab intelligentijs & corporibus cœ
leſtibus ueniant, iam dictum eſt: quoni-
am non inconuenire mala naturæ, imo
eſſe neceſſarium: mala autem culpæ eſt
impoſsibile ab eis procedere. Cumq; ul
terius adducebatur Auerrois arguens
Aſtrologos, dicitur ſi Auerrois damnat
Aſtrologos ſecundum intellectum da-
tum, ipſe damnandus eſt, neq; ea apud
me eſt uiri authoritas, ut renui non poſ-
ſit. imo ipſi Aſtrologi recta dicũt & cõ-
ſona ſenſui ac rationi: & ipſe Auerrois
peſsimè dicit, contradicitq; ſenſui & ra-
tioni. Si uero credidit Aſtrolog. ſentire
corpora cœleſtia cogere hoĩes ad pecca
tum culpæ, eos non intellexit. Quare &
quidam recentes multis uerbis ornatis
inſectantes Aſtrologos eodem pecca-
to laborant, quo & Auerrois. aut enim
Aſtrolo

*Auerrois cõtra Aſtrologos taxatur.*

*Contra Picũ Mirand.*

Aſtrologos nõ intellignut, aut ſi intelli-
gũt, grauiter errãt. & certè in illis ſuis li-
bris nõ uideo niſi arrogãtiã et petulãtiã,
& præter ornatum nihil boni contineri.
quanquam aliqui referant ſententiam
non eſſe ſuam, ſed tãtum ornatum ap-
poſuiſſe. Vlteriusq; dicitur non opor-
tere duos eſſe Deos, unum boni & alte-
rum mali, ut inferebatur. nam omne bo
num & malum naturæ, eſt à Deo: malũ
autẽ culpæ eſt ex noſtris uoluntatibus.
Quod malũ, ut Auguſtinus & Dionyſi
us demonſtrãt, non habet efficientem,
ſed deficientem cauſſam. Vnde per hæc
ad ſextam patet ſolutio: nihil enim incõ
uenit uoluntatem humanam cogi, ubi
ligata eſt ratio. Rationem autem ligari
manifeſtum eſt. nam multæ infirmita-
tes ligant rationem. Videlicet in phre
neticis, in pueritia, in ebrietate, in de-
crepita ætate etiam ligatur ratio: her-
bæ multæ inſaniam inducunt, & multa
alia. Vnde animus inuictus eſt, dum ra-
tio ſit ſtabilis: aliter autem nõ. Cuius ſi-
gnũ eſt, quod multi hoĩes cũ mutari nõ
poſsint, uolentes eos mutare, inebriant:

*Nõ oportere duos eſſe Deos.*

*Ad ſextam.*

*Ratio quo modo ligetur*

ut in nephandis concubitibus patet, eti am in captione mulierum. neq; propter hoc ſequitur nos cogi ad peccatum. Si nanq; ratio eſt ſoluta, cogi non poteſt. Si uerò eſt ligata, non eſt ſui compos: quare, non eſt peccatum. Veluti beſtia non dicitur peccare, quoniam uſum rationis non habet. peccatum autem de quo loquimur non eſt, niſi in eo qui uti ratione poteſt. De ſeptima uerò dubitatione, ſcilicet de ſocijs Diomedis in aues uerſis, & ſocijs Vlyſsis in beſtias uerſis, & de Arcadibus quodam ſtagno tranſito uerſis in lupos: diuerſi diuerſa ſenſerunt. Credunt enim aliqui uelut Plin. ſecundus 44. cap. 10. lib. naturalis Hiſtoriæ illa eſſe fabuloſa, & poetarũ commenta: illudq; de Diom. ſocijs in aues conuerſis ideo confictum à Poëtis fuiſſe, quoniam aues Diomedeæ ſiue cataractæ dictæ, in ſolo totius orbis loco uidentur, in inſula, ubi tumulus & delubrum Diomedis extant, contra Apuliæ oram, fulicarum ſimiles. Et quoniã aduenas barbaros clangore infeſtant, Græcis tantum adulantur, miro diſcrimine, uelut

*Nos ad peccatum nõ cogi.*

*Ad ſeptimam*

*De hominũ in beſtias mutatione, quid tenendum.*

uelut generi Diomedis hoc tribuentes: ædēq; eam quotidie pleno gutture madentibus pennis perluūt atq; purificāt: unde origo fabulę Diomedis ſocios in earum effigies mutatos. idemq; exiſtimo Plinium dixiſſe de ſocijs Vliſsis & Arcadibus uerſis in beſtias, ex aliquo conſimili, quod difficile eſſet uaticinari, cum de hoc haberi ſcientia non poſsit. nam in iſtis figmētis & apologis, homines multis modis loquūtur. Quare, Ariſtoteles tertio metaphyſicæ dixit, metaphoras notas eſſe ſolum illis qui metaphoras faciunt. quare, hoc genus philoſophandi penitus à ſe reiecit tanquam omnino à philoſopho alienū, & ſi poëtis maximè conueniat, & aliquando oratoribus, ut ipſe Ariſtoteles in poëſi & Rhetorica dicit: Diuus autem Auguſtinus 17. cap. 18. lib. de ciuitate Dei exiſtimat hæc arte Dæmonū facta fuiſſe: non quidem quod dimittentes animā rationalem, ſumſerint animam beſtialē, uel ſimul utramq; habuerint: hæc enim omnino impoſsibilia ſunt: ſed tantum ſecundum apparentiam, phātaſtico hominis ſecun-

*Philoſophandi genus per metaphoras Ariſtoteles reiecit.*

*Idē Auguſtinus libro X.*

ſecundũ aliquã corporalem ſpeciẽ imutato. Cui cõſentit diuꝰ Thomas in quęſtione de miraculis. Aliqui aũt dixerũt hæc intelligenda ſecũdum mores: ut pote Arcadas uerſos eſſe in Lupos, non quod reuera eſſent lupi, neq; haberent uere figuram luporum, ſed uiuebãt more luporum, & quod in effigie aſsimilarentur lupis: ut homines uoraces & immanes crudis ueſcentes carnibus, & fortaſsis humanis nõ tãtum dicũtur Lupi ratione morũ, imò eis multum in facie horrẽda aſsimilantur. Et de ſocijs Vlyſſis aliqui facti ſunt porci, uel eq uel quomodocunq; fuerunt ſecũdum mores & effigiem. Nam ueluti effigies inclinat ad mores, ſic non minus & mores uariant effigies. nos enim uidemus aliquos prius fuiſſe manſuetos, & cũ facie agnina, & ipſos mutatos in crudeles, facies habere leoninas uel lupinas ſecundum diuerſitatem morum. imò unus & idem homo in pauca temporis mora ſic in effigie diuerſificari uidetur. Vnde quãdo ſunt læti, honeſtam & pulchrã uidentur habere effigiem: & aliquando ex ira, uel aliqua

*Mores hominum ferini.*

*Talis fit animus qualẽ induit habitũ. atq; ita intra nos beſtiæ ſunt & illa migratio ex homine in beſtiam.*

*Faciẽ mores indicare.*

aliqua alia perturbatione adeò uerti uidentur & mutari, ut uix illi primi crederentur. Tanta enim eſt morum uis & animi paſsionum, ut ſapienter Albertus & reliqui ſapientes in libro de Phyſiognomia declarāt. Hoc autem in totum poteſt eſſe manifeſtum ex his quę legūtur de Nabuchodonoſore Babylonis Rege, Danielis 4. cap. nam ex hominibus abiectꝰ eſt, & fœnum ut bos comedit, & rore cœli corpus eius infectum eſt, donec capilli eius in ſimilitudinem Aquilæ creſcerent, & ungues eius quaſi ungues auium. Secundum itaq; hunc modum intelligi poſſet hæc miracula fuiſſe facta aut arte dæmonum, ut dicit Auguſtinus, præſtigiando uiſus hominum: aut penes ſecundum modum immutando ipſorum mentes, exiſtimarent ſe eſſe beſtias, & more beſtiarū uiuerent: & nō quoniam ſic uiderētur hominib. & iſte modꝰ mihi magis uidetur cōueniens, ſalua tamē Auguſt. authoritate. Verū inſequēdo ꝗd inchoauimus ſcilicet nō admittēdo dęmones, pariter dicendum puto, hæc facta fuiſſe ex hominum

*Nabuchodonoſor.*

*Auguſtini opinio an homines in beſtias mutentur.*

*Vide L. Cœliū lib. 9. ca. 21.*

minũ procuratione, utpote Circes uel cuiuſuis alterius:qui nouerit ſic præſtigiantia ad modum Auguſtini:uel nouerit ſic immutantia mẽtes ad modum noſtrum, qui fuit ſecũdus. neq; iſtud uidetur incredibile:quandoquidem ſi dęmones talia faciunt non alterando, ſed ſolum applicando actiua naturalia paſsiuis:quid'ni & homines poſſent ſine dæmonum præſidio talia facere? Et quod de auibus Diomedis dicebatur, quę tãtum Græcis adulãtur, Barbaros autem clangore inſectãtur, nihil apud me eſt, quo dæmonibus in hoc indigeam9. Videmus enim catulos domeſticis adulari, aduenas autem clamoribus & morſibus inſequi. imò audiui in Rhodo inſula canes eſſe conſimiles:nam blandiuntur Rhodianis, exteros uerò crudeliter perſequuntur. Habui ego etiam catellã quæ ruſticos & male indutos uidere nõ poterat:& bene indutis nunquam blandiri ceſſabat. Inſula autem Diomedea erat pars Gręcię: Verũ uulgus ignauum, quæ ignorat, dæmonibus & ſanctis attribuit. Adde tamen & tertiam reſponſionem,

*Canum mira adulatio.*

ſionem, quam non puto impoſsibilem, ſi uera ſunt quæ ab hiſtoriarum ſcriptoribus referuntur, & præcipuè ab Alberto: capite enim 7. Tractatus primi libri ſuorum Mineralium, ſic ſcribit: Adhuc autem frequentiſsime in aquis generantur lapides ex eis: Expertum eſt enim in locis Pyreneis eſſe loca quædam, in quibus aquæ pluuiales conuertuntur in lapides, & retinent figuram lignorum. Et aliquando natæ plantæ in aquis & maribus illis, ita ſunt uiciniæ lapidum naturis, quod ad modicum exiccatæ in aëre, lapidum formam aſſumunt, & huiuſmodi ſignum eſt lapis qui dicitur corallus, qui abſq; dubio ex lignis generatur & plantis. Aliquando enim tempore noſtro in mari Danico iuxta ciuitatē Lubecenſem inuentus eſt magnus arboris ramus, in quo erat nidus, & aues perierant in nido, conuerſæ in lapides erāt parum ad rubedinem declinātes: quod aliter eſſe non potuit, niſi quia procellis uel undis euulſa arbor, tempore quo in ea fuit nidus & aues, in aquam ceciderunt: & poſtea per uirtutem loci in quo iacebant;

*Arbores in lapides mu[...], ubi cōting[...]*

iacebant, in lapidem uniuerſa fuere conuerſa. Eſt autem fons in Gothia, de quo uerisſimile traditur, quod omnia, quæ merguntur in ipſum, in lapidem cõuertit: in tantum quod ad eum miſit imperator Federicus chyrotecam ſigillatam, ut ueritatem probaret. quæ cum per aliquot dies medietas corij & medietas ſigilli merſa eſſet in fonte, medietates ſigilli & corij conuerſæ ſunt in lapidem, altera medietate corij manente. Refert & ueraciter â fide dignis, q̃d guttæ quæ ex impetu caſus eiuſdẽ fõtis ſpargũtur ſuper ripam fontis conuertuntur in lapides guttarum quantitatem habẽtes, cũ tamen aqua quæ ſic fluit non conuertatur in lapidem, ſed continuè fluat. Et in capite ultimo eiuſdem libri ſic ſcribit: Admirabile omnibus uidetur, quod aliquando lapides inueniũtur intus & extra habentes effigies animalium. Extra enim habent lineamenta, & quando frãguntur, inueniuntur in eis figuræ inteſtinorum. Et huius cauſſam dicit Auicenna eſſe, quod animalia ſecũdum ſe tota aliquando mutantur in lapides ſalſos. et

*Gothiæ fons omnia in lapidem cõuertens.*

multis

multis interpoſitis ſic ſcribit: Hoc autẽ teſtatur fabula Gorgonis, quę ad ſe reſpicientes dicitur couertiſſe in lapides. Gorgon enim uirtutem fortem mineralium uocauerunt, reſpectum autem ad eam uocãt diſpoſitionem humorũ corporum ad uirtutem lapidificatiuam. Neque his multum diſsimilia uidẽtur, quæ à diuo Auguſtino ſcribuntur cap. 5. lib. 21. de ciuitate Dei, quę ibi legas. Hæc autem pro tanto adducta ſunt, ut uideas contra cõmunẽ curſum aliquid in aliud trãſmutari. Nã quanq; animal ſecũdum cõmunem curſum in cadauer trãſmutetur: ſi uera ſunt quę adducta ſunt, tã in aliud quã in cadauer trãſmutari cõtingit: nam & in lapides imediate tranſmutata ſunt: & ſic de plãtis & reliquis huiuſmodi. hæc autẽ ita facta ſunt ex uirtute forti tranſmutãtis, ſiue illud ſit locus continens, ſiue aliud alterans. Quibus ſtantibus, nihil ut opinor, uidetur repugnare, homines ex ui continẽtis uel ex aliquo alio, utpote ex ui herbarum uel mineralium uel quidquid fuerit illud, conuerſos in Lupos uel porcos, uel aues, quidquid Gorgon quid

tandem illud fuerit. non quidem quod ex homine aliquid factum ſit Lupus, ſic quod anima hominis tranſiuerit in animam Lupi: (hoc em̃ in intelligibile eſt) ſed quod materia quæ ſub hominis forma fuerat, immediate in Lupi formam tranſmutata eſt. Vnde ſicut homo ex uno climate in aliud clima tranſmutatus, ſecundum mores uariatur, ut puta ex humano in lupinum morem: ut fertur de Perſico, quod erat uenenum in Perſia: & tranſmutatum ad nos eſt cibus delectabilis: ſic materia ſubſtantialiter trãſmutatur ex ui agentis. nam auis de qua Auic. & Albertus loquuntur, ex aue in lapidem tranſmutata eſt ex ui continentis: hoc autẽ multum perſuaſibile uidetur: quoniam auis & lapis magis ſecundum tranſmutationem diſtare uidentur quàm duo animalia ſpecie diſtincta inter ſe: ſed eſt dare primum per conceſſa, ergo & ſecundum. Quod & firmatur ſecundum Auguſtinum ſuper Geneſi ad literam, Magi Pharaonis ex uirgis uirtute ſermonum fecerunt ſerpentes eiuſdem ſpeciei, cum his quos ex uirgis diuina

diuina uirtute fecit Moyſes. Verùm dæmones, per eundem Auguſtinum non operati ſunt niſi applicando actiua naturalia paſsiuis, ergo agentia ſunt naturalia quę ex uirgis poſſunt generare ſerpentes. Sed uidetur difficilius ex uirgis ſerpẽtes generare quàm ex uno animali aliud, animal, cum materiæ magis diſtent: ergo non inconuenit ex homine naturaliter generari Lupum. Quòd ſi dicatur, Lupus generatur ex ſemine Lupi, non igitur ex homine: dicetur quòd & mus generatur ex ſemine muris, & ex terra putrefacta. quare neq; hoc incõuenit, & apud Auicennam maximè manifeſtum eſt argumentum non tenere, cum ponat diluuia uniuerſalia. Quare ſecundum iſtum tertiũ modum poſſumus ſuſtinere has fuiſſe ueras tranſmutationes. imò experimento & ex Hiſtorijs animalium ſcimus unũ animal tranſmutari in aliud immediatè, ut erucam in papilionẽ, ex uerme in uolatile animal, & ſic de reliquis: quare iſtud nõ uidetur impoſsibile. ex quibus ſequitur, quod ea quæ in aliquibus fabulis dicuntur,

*Virgæ in ſerpẽtes trãſmutatæ ſecundũ Auguſtinum*

*Vnũ animal in aliud tranſmutari.*

*Corollaria.* tur, non ſint omnino impoſsibilia, uide licet ut aliqui homines ſint in lupos trāſ mutati, uel in aues, uel aliquid alterius modi ſecundum rationem prædictam. Item ſequitur quod ea quæ referūtur ab Aulo Gellio in cap. 4. libri de noctibus Atticis, non ſint de neceſsitate fabuloſa, ſcilicet quæ inuenit in libris quos emit dum è Græcia Brunduſium nauigaret, quæ breuitatis cauſſa non refero. Hoc autem quod nūc dictum eſt, ad ingenia exercenda dictum ſit. *Ad octauam* Ad octauam dubitationem, quę, ut à fide digno accépi, mouetur à Plutarcho in quodā ſuo quęſito, multumq́ curaui eiuſdem *Plutarchi opus de oraculis nōdū Latinè æditum quod ſciam.* Plutarchi ſolutionem habere: nūquam tamen eſt mihi datum eam habere. Verū ne ieiunus in hac quæſtione pertrāſeam, dicam quæ mihi ſecundum principia naturalia uidentur dicenda. Quod ſi dabitur Plutarchum in hoc quæſito uidere, ſi mihi his dictis noſtris uidebitur aliquid eſſe addendum, addā: ſin minus, ſubſiſtam. Eſt tamen admodum conſiderabilis quęſtio et digna perſcrutatione. In primis quędam ſuppono ex quibus

bus poſtea ad ſolutionē deueniemus. ſupponitur itaq; primo, quod q̄dlibet indiuiduum generabile & corruptibile in unaquaq; ſpecie, utpote Socrates in ſpecie humana, ſi in ſua ſpecie debēt eſſe perfectū ſecūdum naturam, debet habere oēs partes conuenientes ſpeciei humanæ, utpote cor, cerebrum, epar, & reliquas partes tā homogeneas, quā heterogeneas, quas enumerat Ariſt. & in libris de natura Animaliū, & de partibus & de generatione Animaliū, & nō ſolū eas debet habere quātum ad ſubſtantiā & numerum, uerū & ſecūdum debitam quantitatem & qualitatem & omnium requiſitorū ad eius naturalē perfectionem. quo fit, ſi natura debet ſic eum perfectum producere, in nullo numeratorū debet deficere. Suppoſitio eſt maniſeſtiſsima unicuiq;, etiā parū in philoſophia exercitato. Supponit 2. q̄d omne tale ſecundū naturę curſum procedēs, habet ortum ſiue principiū, augmentum, ſtatum, & declinationē, patet ex fine ſecūdi libri de generatione, de morte et uita, de iuuētute & ſenectute, ex libro de

generatione animalium, & ex innumeris fere locis. Supponitur & tertiò, ſi aliquid naturaliter generatur, ex eo quod corrumpitur, generatur. quare, diſpoſitiones generandi, contrariantur diſpoſitionibus eius quod corrumpitur & eas ſuperant, cum ipſum corrumpitur. Suppoſitio per totum patet. quoniam primo de generatione, unius corruptio alterius eſt generatio. & niſi diſpoſitiões generandi ſuperarent diſpoſitiones corrumpendi, non fieret generatio, cum nihil generetur, niſi ſint conuenientes diſpoſitiones in materia: & nihil corrumpitur ſubſtantialiter, niſi diſpoſitiones ipſum conſeruantes corrumpantur. Supponitur quartò, quod quamuis urbs, populus, conuentioq; multorum non ſit ita unum ueluti Socrates, ipſum tamen ſic unum eſt, quod ſi incipit, deſinit: ſicut & Socrates. & breuiter, unumquodq; quod incipit, ſiue ſit animatũ, ſiue ſit inanimatum ſiue ſubſtantia, ſiue accidens, ſiue unum per ſe ſiue unũ per alligationem, ſiue ſit natura, ſiue ad placitũ, habet & illa tempora ſuperius annumera

*Tertiò*

*Quarta.*

*Omnia incepta, etiã deſinere.*

numerata, uidelicet, augmentũ, ſtatum, & declinationem, licet in multis ipſorũ non ſit bene perceptibile, ut ſunt ea quę per longum tempus durãt, quales ſunt res inanimatæ, ut flumina, maria, urbes, leges & ſic de reliquis huiuſmodi. Suppoſitio patet ex fine ſecundi de generatione, & ex fine primi Meteororum, & in cap. ultimo quarti de generatione Animalium, & ex multis alijs locis. Plato quoq; in octauo de Repub. ſic ſcribit: uerùm cum omne quod genitum eſt, corruptioni ſit obnoxium, talis etiam conſtitutio ſemper manere non poterit, ſed ſoluetur. Solutio uerò hæc eſt non ſolũ circa plantas, ſed terrena etiã animalia: fertilitas, & ſterilitas animæ corporũq; contingit, quando reuolutiones ſingulis circulorum coniunxerint ambitus: his quidem quæ breuius ſunt æui, ambitus breuiores, contrarijs uerò contrarios. Illi uerò quos ad ciuitatis gubernationem educauiſtis, quamuis ſapientes fuerint, nihilo magis ueſtri generis uel fœcundam uel ſterilem generationem, ratione una cum ſenſu aſſequantur, ſed

latebit eos oportunitas generādi,& ple rumq; cum oportunum fuerit, gignendis filijs operam dabunt. Eſt autem ei quod diuinitus generandum eſt circuitus, quem numerus continet perfectus &c. Vnde Auguſtin. 21. cap. decimi de ciuitate Dei dicit Platonicos ſenſiſſe, nihil in æternum eſſe poſſe quod in ęter num non fuerit. quod & Ariſtoteles primo de cœlo & mundo uſurpans dixit: omne æternum à parte poſt, eſt æternū à parte ante:& omne æternū à parte ante eſt æternū à parte poſt. Ex his ſuppoſitis reſpōdetur ad dubitationem,quod cum oracula incœperint,& oracula debebant finem capere: ueluti & omne indiuiduum generabile & corruptibile. Si quod autem corrūpitur, alterū ex eo generatur, quod corrupto cōtrariatur: & habēt contrarias & incōpoſibiles diſpoſitiones. Cū itaq; Dij illi nuncupati habeant deficere,quoniam & incœperunt, ideò diſpoſitiones & uſus illorum deorum debebant corrumpi per generationē & uſum aliorū deorū ſequētiū: ueluti ex introductione diſpoſitionum

*Oracula cur ceſſarint.*

hominis

hominis corrumpitur ſanguis menſtru us. Quare cum ritus illorum priorũ deorum erant oracula talia qualia cõuenie-bant dijs illis, ideò per aduentum nouæ legis, nouę diſpoſitiones, & nouæ conſuetudines debebãt induci, priores corrũpi. & ſic rationabiliter illa oracula defecerunt. Cum autẽ legum mutatio ſit maxima mutatio, & difficile ſit à conſuetis ad maxime inconſueta tranſire, ideò oportet pro ſecunda lege ſuccedẽda inconſueta mirabilia & ſtupenda fieri.

*Legum mutatio.*

Quare, à corporibus cœleſtibus in aduentu nouę legis debẽt prodi homines miracula facientes. Vnde tales poſſunt pluuias, grandines, terræmotus, & talia conſimilia inducere & remouere, uẽtis & maribus imperare, languores multifarios ſanarę, ſecreta pãdere, futura prædicere, & præterita rememorare, & eſſe extra cõmunẽ hominum ſenſum: aliter enĩ nõ poſsẽt nouas leges & nouos mores ita diſsimiles inducere: unde quod ſparſũ eſt in herbis, lapidib. & animalib. rationalib. & irrationalib. unitum uidetur eſſe in eis ex Dei & intelligẽtiarum

munere

*Dei filij.* munere, adeò quod Dei filij creduntur rationabiliter. Verùm non ſolùm unus talis primus eſt, ſed ſunt etiam multi alij, qui uel eandem deitatem ab eodem primo recipiunt, uel eam recipiunt à conſimili influxu intendente dictam legem perficere. Quoniam lex habet augmentum & ſtatum, ueluti & cætera generabilia & corruptibilia. Nam quod intendit finem, intendit & omnia in finem neceſſaria, ſiue ſint præcedētia, ſiue conſequētia, ſiue cōcomitantia. Vnde uidemus tales legum conditores per multa uaticinia & multos prophetas certitudinaliter prædici per multa ſecula ante: uidemus in eorum ortu magna prodigia, in eorum uita ſtupendiora: & ſi lex illa debet multum propagari, ille legifer multos habet ſequaces, qui uel deitatem ab illo recipiunt, ſicut aliquod ferrum ex uirtute quam recipit à magnete, ferrum aliud poteſt trahere, uel ab eadem influentia, quæ eſt pro illo legifero. Virtutē etiam habent languores ſanandi, pluuias inducendi, & de reliquis talibus. Neque mirum ſit, ſi incredibilia poſſunt o-

perari aduerſus eos qui eis reſiſtũt: cœli namq; aduerſus tales prœliantur, qui talẽ legem nouam deſtruere uolunt: nam modò per ſomnia terrent, modò per uigilias, modò apparẽt ſecundum diuerſas figuras: quę omnia ordinãtur in hoc ut talis lex perueniat ad ſuam perfectionem, cumq; talis ambitus & cœlorum influxus ceſſabit & declinabit, ſic & lex labefactari incipiet, donec in nihil conuertatur: ueluti contingit & de cæteris generabilibus & corruptibilibus: uerũ propter breuitatem temporis in aliquibus non latet, ſed ob temporis longinquitatem latet in alijs. quare exiſtimatur ſic ſemper fuiſſe, & in æternum duratura. Et non ſolum hoc contingit circa ipſos legiferos, uerùm & circa ſigna & uerba quibus tales utũtur. Nam quemadmodum leges ſub uno Principe, aliqua uerba, aliqui mores, aliqua uexilla ſunt grata & in magno habentur honore, ſuccedente uerò alio principe priori contrario, ex toto uariantur, uilipenduntur & abolentur illa: ſic cõtingit & in iſtis mutationibus legum. Nam tempore idolo

Crux.

*Plura de cruce reperies apud L. Cœlium 10. 8.*

rum nihil magis uilipendio ipſa cruce erat: tempore autem ſuccedentis legis nihil magis in honore ipſa cruce: tempore idolorum nihil honorabilius nomine Iouis: tempore ſuccedentis legis, nil deteſtabilius. Quo fit, nihil inconuenire, ſi nunc nomine Ieſu & ſigno crucis lãguores expellant, tũc uerò minimè: quoniam nondum uenerat eius hora. Signum autem huius eſt, ſcilicet quod ita ſit in talibus legibus ueluti in generabilibus & corruptibilibus. uidemus enim iſta & ſua miracula in principio eſſe debiliora, poſtea augeri, deinde eſſe in culmine, deinde labefactari, donec in nihil reuertantur. Quare, & nunc in fide noſtra omnia frigeſcunt, miracula deſinunt, niſi conficta & ſimulata: nam propinquus uidetur eſſe finis. ſimile autem huic eſt quod ſcribitur ab Alberto tractatu tertio & capite 3. ſecundi ſuorum Mineralium: ſic enim ſcribit: ſed non lateat nos, quod ſicut uirtutes naturales perdurant in quodam tempore & nõ ultra, ita eſt & de uirtutib. imaginum, non enim influit aliqua uirtus

*Omnia frigu iſſe in fide Christiana.*

de cœlo

de cœlo niſi in quodam tempore, & nõ ultra: ita eſt etiam de uirtutibus imaginum. non enim influit aliqua uirtus de cœlo niſi in quodam tempore periodi, ſicut diximus in fine perigeneos: & poſtea caſſa & inutilis remanet imago frigida & mortua. Et hæc eſt cauſſa quare quædã imagines non operantur hoc tẽpore, quod fecerunt tempore antiquo. Hinc eſt quod diſtinguũtur in Aſtronomia diuerſi anni imaginum cœli & planetarum, & quarundam ſtellarum dicũtur eſſe anni maiores, & medij, & minores, in quibus explicant ſua cauſſata fortiora, uel minus fortia, uel media. Neque tamen ſignũ uel ſcriptura, uel uox hoc ex ſe facere poſſunt, ſed uirtute corporum cœleſtium hoc fit fauentium tali legislatori & eius ſtigmatibus. nam quemadmodum uidemus ſi quis portet ſignum ſummi Pontificis, uel Imperatoris, ei adhibetur reuerentia, et multa fiunt ex tali ſigno uel ex eorum uerbis: ſic ueriſimiliter ſigna et uerba talium legiferorum ad multa ſunt ualde proficua ex uirtute corporum

*Vires è cœlo quandiu durent.*

*Simile.*

cœleſtium. Nam ueluti nunc orationes factæ ualent ad multa, ſic tẽpore illorũ deorum hymni dicti in eorum laudem proficiebãt tũc: proficiebãt aũt q̃niã tũc ſidera illis fauebãt dijs, nunc uero nõ fauent, quoniã propitia ſunt iſtis qui nũc ſunt. fiet tamen regreſſus ſi tempus deficit, & ſi non ſecũdum numerum, ſaltem ſecundum ſpeciem. Vnde, & ſecũdum hunc modum poſſumus aliter dicere q̃ dixerimus in illa apparitione diui Cœleſtini in urbe Aquilana: uidelicet quod orationes Aquilanorum diſpoſuerunt aërem pro ſerenitate, quoniam tũc ſunt ſidera propitia iſti legi & iſtis cerimonijs, quæ minimè conueniunt dijs illis; imò contraria. Vnde Galli, exempli gratia, adulantur uerbis, moribus, & indumentis Gallorum: quibus cõtriſtantur Itali, & eos, ſi poſſunt, infeſtant. Quare, hymni & laudes in uno tempore conueniunt, quæ in alio maximè diſconueniunt. Quod igitur ex aliquibus uerbis uel ſignis factiſq; in alicuius Dei exiſtimati reuerentia aliquando proſint, aliquando uero non proſint, non ex toto

Aquilani.

eſt ex-

eſt extra rationem. ſecundum enim cõmuniter nũc opinãtes hoc prouenit ex arte dæmonum uel angelorum: uerùm ueriſimilius uidẽtur hæc fieri ex corporum cœleſtium diſpoſitione, in uirtute tamen principali Dei & intelligentiarũ mouentiũ talia corpora cœleſtia. nullã enim, introducentes nouos Deos & dę mones, poſſunt de his effectibus ueriſimilem adducere rationẽ, quæ ueriſimilius adduci non poſsit de corporibus cœleſtibus. Vnde quod tanquam pro demonſtratiõe adducitur. uidelicet quod uerba & characteres non poſſunt diſponere materiam ut tales influxus recipiat à corporibus cœleſtibus, certè iſtud non uidetur ualere. Quæſo dicatur, unde eſt exẽpli gratia hic Bononiæ, quod tempore Bentiuolorum ſerræ ſignũ honorabatur, reuerebatur, horrorem inducebat dum uideretur: nunc uero uilipẽditur & conculcatur, cum tamen pictura illa ſit res nullius momenti & actionis? dices ratione Bentiuolorum quorũ eſt ſignum accidit tanta diuerſitas: quoniam in ipſis eſt facta tam flebilis mutatio. *Bentiuolorũ ſignum.*

tio. pariter dicitur in propoſito: quod crux ipſa ex ſe nihil poteſt niſi quatenꝰ eſt ſignum Legiferi, quem tantũ curant nunc ſidera: & non ſolũ ipſum, ſed oĩa etiam conſequentia tantum extollunt: Vt contingit in principibus mundanis eorum ſeruis, equis, beſtijs, ſignis, & ſic de reliquis. parit̃ dicendum eſt de hymnis & laudibus & uniuerſaliter cuiuſcũque talis generis. quod autem hæc & ſi non uere, tamen conſequenter ad dicta philoſophorum dicta ſint, ratione & ex hiſtorijs probatur. ratione quidem, quoniam ſecundum philoſophos, maximè ſecundum Platonem & Ariſtotelē mũdus eſt æternus, neq; infinita ſecundum ſpeciem eſſe poſſunt, neq; unquam fuerunt, neq; erunt unquam: quandoquidem de iſtis corruptibilibus, nihil ſecũdum indiuiduum poteſt perpetuari. Vnde ritus qui nũc ſunt, infinities fuerũt ſecundum ſpeciem, et infinities erũt, nihilq; eſt quod ſimile non fuerit, & cõſimile non erit: nihil erit quod non fuit, nihil fuit quod non erit. Quare, cum cõtinua & æterna ſit talis uiciſſitudo, habet

*Infinita ſecũdum ſpeciem non ſunt.*

bet cauſſam æternam per ſe. in nullam autem aliam cauſſam reduci poteſt, niſi in corpora cœleſtia, Deum, & intelligẽtias ergo iſta naturaliter ſunt à corporibum cæleſtibus. huic autem conſonat quod dicitur à Plutarcho in principio uitæ Sertorij, ſic enim ſcribit: Non eſt fortaſſe mirandũ per infinitum tempus, alibi aliter fortuna influente, res humanas in eundem ſæpius caſum deferri. Siue enim quod ſubiacentium rerum multitudo terminata non eſt, abundantem & facilem habet fortuna ad ſimilitudines edendas materiam: ſiue quod ex quibuſdam terminatis numeris ſeries rerum connexa exiſtit, neceſſariũ eſt ex illarũ diſcurſu ſæpe eadem euenire, & reliqua quæ ſequuntur. Ad huius manifeſtationem præterea diſcurrenti per omnes hiſtorias & antiquas & recentes, apparebit quantum corpora cœleſtia ſolicita ſint de regibus, regnis, urbibus, & uniuerſaliter de magnis mutationibus: de quibus non ſolum quando fiunt & pximа ſunt, dãt ipſa corpora cœleſtia in cœlo, in quatuor elementis, in

*Corpora cœleſtia de nobis ſolicita.*

plantis,in beſtijs,& in hominib. diuerſa prodigia & ſigna:uerũ & p̄ multa antè tempora. à Capi nanq; uſq; ad tempora Iulij Cæſaris defluxerunt ferè mille anni:cum tamen in ſepulchro Capis reperta eſt tabula ænea ſignificãs mortem & mortis modum Iulij Cæſaris. infinitaq; conſimilia poſſem adducere, niſi hiſtoriam contexere uiderer. Vt autem talia perueniant ad finem, quem eis corpora cœleſtia præſtituerunt, uidemus non hæc ab hominibus eſſe operata, ſed ab ipſis dijs. Videat aliquis quomodo Romulus ex paſtore tam cito ad tantũ gloriæ culmen peruenerit. Quomodo Roma tam breuiter mundi caput facta fuerit:ſi quis enim modum uiderit, illud uidebit factum fuiſſe deorum procuratione,modò pro ipſis Romanis bellando, modò in ſomnis monendo,modò ſecũdum diuerſas figuras apparẽdo, & per reliqua huiuſmodi ingenia. Sic quoq; licet inſpicere de alijs regnis. Videat quæſo quid de Cyro in primo libro, quæ de Hierone in 23. quæ de Habide in 44. lib. Iuſtinus hiſtoricus ſcribit. Quare, cum

magis

magis Deus & corpora cœleſtia habeant procurare de legibus & religionib. quàm de ipſis Regibus & regnis: ſunt enim diuturniores & longè nobiliores: quandoquidem & à regibus colātur & inſtruantur. Quare huiuſmodi legislatores, qui Dei filij meritò nūcupari poſſunt, procurantur ab ipſis corporib. cœleſtibus. ſi nanq; aliquis ordinem conſiderabit uniuerſi, & corporum cœleſtiū potentiam, ac Dei prouidentiam, iſta nō apparebunt extranea neq; extra naturæ ordinem, imò multum conuenientia eius ordini. Cōſideret aliquis rerum diuerſitatem in uniuerſo exiſtentem: in mineris inueniet aliqua bona aliqua mala: idē in plantis, idē in beſtijs, idem in hominibus: tempora uariari de bono in malū: quare & de lege in legem, modò meliorem, modò deteriorem: hoc enim poſtulat uniuerſi perfectio, & hæc fieri uiciſsitudinariē. Amplius, uideat aliquis Legem Moyſi, legem gentilium, legem Mahumeti, in unaquaq; lege fieri miracula, qualia leguntur & memorātur in lege Chriſti: hoc aūt uidetur con-

ſonum: quoniam impoſsibile eſt tãtam fieri tranſmutationem ſine magnis prodigijs & miraculis. non ſunt autem miracula quia ſint totaliter cõtra naturam & præter ordinem corporum cœleſtiũ: ſed pro tanto dicũtur miracula, quia inſueta & rariſsimè facta, & non ſecũdum communem naturæ curſum, ſed in longiſsimis periodis. Sic itaq; ſecundum philoſophos mihi uidetur dicẽdum in hac materia: Quæ an tenenda ſint dicetur in ſubſequenti capite. Vnde per hoc patere poteſt fortaſſe reſponſio ad dubitationem: nam illa oracula debebant deficere quoniam & incœperant. Nam iuxta ſuppoſitiones: omne quod incipit, deſinit: nõ autem deſinere poſſunt, niſi diſpoſitiones contrariæ conueniũt: ueluti non corrumpitur ſanguis menſtruus, niſi introducantur diſpoſitiones facientes pro homine, quæ prioribus diſpoſitionibus contrariãtur. quare, poſt illa oracula alius modus ſequutus eſt illi contrarius. primus tamẽ motus non ex toto perijt, ſed tantum ad tempus, licet ualde longum: ueluti ſi ſanguis menſtruus

*Miracula quæ ſint.*

ſtruus corrũpitur & generať homo, nõ in ęternũ materia pŕiuabit ſanguine mẽſtruo & ſtabit ſub forma humana, uerũ fiet per circulũ & uiciſsitudines, quãdo quidẽ tẽpus ſit infinitũ. & infinita ſecundũ ſpeciẽ eſſe no poſsunt. Quare ſic erit de iſtis ligibus, ꝗd reiterabũtur ſecundũ ſpeciẽ, ſed nõ ſecundũ indiuiduũ. Vnde Ariſtoteles dixit, infinities eſſe renouatam philoſophiã, & infinities fuerũt eædem opiniones ſecũdum ſpeciẽ, non autem ſecundum indiuiduum. ſic itaq; ut exiſtimo hęc eſt mens philoſophorum, quanquam falſa & erronea. Hęc autem intelligantur, ubi ſupponatur hos effectus eſſe ueros & non fictos neq; fabellas. Si namq; teneamus non eſſe diuinationes neq; Dei prouidentiam, ut mihi uidetur Cicero tenere in lib. ſecũdo de diuinatione: & Deum nullum eſſe, ut mihi uidetur eundẽ aſſentire in libro de natura Deorum, tunc habemus dicere hęc omnia eſſe figmenta, deceptiones, uel caſus: & ſic faciliter ſoluũtur difficultates. Verũ homo iſte in dicto libro de Diuinatiõe mihi uideť negare dęmões,

*Secundũ ſpeciem omnia reiterari.*

*Philoſophorũ opinio improbata.*

*Cicero atheos.*

& in libro de natura Deorum negare Deos eſſe. Quare non immerito mihi uidetur Auguſtinus in cap. 9. lib. 5. de ciuitate Dei de ipſo dixiſſe: Cicero dũ cõtendit homines facere liberos, fecit ſacrilegos. puto autem, bona uenia dixerim, Ciceroni contigiſſe, quoniã quãquam fuit clariſsimus orator, minimè tamen fuit philoſophus. Ad nonam autem & ultimam dubitationem, in qua dicebatur, nos magis hiſtoriam conſcripſiſſe, quàm philoſophiam docuiſſe, dicimus, Quod cum philoſophi ſit cauſſam naturalium effectuũ reddere: hoc fieri non poteſt ignorato quia eſt: ut primo poſteriorum 2. ſcribitur. tales autem effectus rariſsimi ſunt: ideo fuit neceſſariũ eos declarare. nulla autem ars melius & accommodatius hoc facere poteſt ipſa hiſtoria. hinc eſt quod hiſtoria uſi ſumus: & quamuis multa modernorum occurrerent ad hoc negocium pertinentia, tamen ut maior fides adhibeatur, non adducere curaui niſi grauiſsimos & approbatos hiſtoriæ ſcriptores. Quod uerò adducebatur de poëtis, hoc magis factum

*Ad nonam*

*Philoſophi munus.*

*Author cur hiſtorijs ſit uſus.*

ctum eſt ad firmandum, & animos demulcendum, quàm quod neceſsitas expoſceret: quare, &c.

*Caput 13. in quo ponitur quid determinatè ſentimus, ponendo multa per modum concluſionum.*

QVoniam ſecundum prędicta utrique parti fauere uidemur, ne inſpecturi has noſtras qualeſcunq; lucubrationes, nos in hac materia indeterminatos exiſtiment, ideo hoc ultimo capite quædã per modum concluſionũ apponere uolui, per quæ, quid determinate in hac materia ſentiamus, apertè intelligi poſsit. Suppoſito igitur hos effectus ueros eſſe, ueluti ſæpius diximus: quoniam aliqua quæ referuntur multotiens eſſe falſa reperiuntur: uerũ inuenta eſſe ad ſurripiendum pecunias, uel ut in honore habeant̃, uel propter aliquod ſcelus: aliqui exiſtimarunt hæc omnia quæ referuntur deceptiones & fraudes eſſe, quod minimè arbitramur, ueluti ſuperius diximus: nam neq; omnia talia

*Prima conclusio.*

ſunt falſa. hoc itaq; ſuppoſito, ſit iſta penes nos prima concluſio. Qui ad mentem Ariſtotelis aliquas ſubſtantias immateriales præter intelligentias mouentes orbes ponunt, minimè Ariſtotelici dicendi ſunt, imò prorſus ab eius dogmate alieni habeantur. Concluſio manifeſta eſt, primo ex eius ſententia in 12. Metaphyſicæ, in qua apertiſsimè illud ponitur. Secūdò ratione firmatur, quoniam tales ſubſtantiæ cū ſint perpetuæ & intelligentes, animalia corporea non ſunt ſenſum habētia, ut ipſe Ariſtoteles in fine tertij de Anima contendit oſtendere. oportet igitur ſecūdum ipſum de uirtutibus animę tantum habere intellectum & deſiderium: ſunt igitur penitus abſtractæ & immobiles. quęritur igitur an tales ponantur ex aliquo apparēte quod ſaluari non poſsit abſq; eſſe eorum, aut ſine aliqua ratione ponantur: ſecundum nedum alienum eſt ab omni phyſica grauitate, uerum ab unoquoq; qui uanus & uacuus haberi nō uult. oportet igitur confugium habere ad primū: Verū pro corporibus cœleſtibus &

*Angelos uel dæmones ſecundum Ariſtotelē nō eſſe.*

genera-

generationibus & corruptionibus huius inferioris mundi ponendi non ſunt: quandoquidem Deus & intelligentiæ ad hæc ſufficiant, naturaq; nihil ocioſe operetur. erit igitur neceſſarium ponere pro talibus effectibus commemoratis, utpote pro oraculis ſaluãdis, pro dæmoniacis, & reliquis ſuperius poſitis, ueluti communiter dicitur. Verũ his cõceſsis, penes Ariſt. tales ſubſtãtiæ introducendæ non ſunt: quoniam uel iſta fiunt ab intelligentijs mediantibus corporibus cœleſtibus, uel imẽdiatè ab Angelis & dæmonibus non primũ ut notum eſt, ſic enim uocem ſuam ignorarent, neque ſecũdum. primum quoniã inſtrumentum immaterialium immediatũ, nõ poteſt eſſe aliquid corruptibile. Si nanq; eſſe poteſt, uana eſſent corpora cœleſtia, neq; omnem motũ generabiliũ & corruptibiliũ oporteret reducere in motum æternum, qui eſt motus cœli, ut de ſe notum eſt: huic aũt omnis Ariſtotelica doctrina reclamat, ut ſciũt etiã parũ in ea exercitati. Secũdò, & eſt ferè idẽ, eſt quoniã ſi angelus uel dæmõ imme

immediatè moueret aliquod corpus generabile & corruptibile, hoc fieri non poſſet abſq; ſui multiplici mutatione: nam quod nunc moueret & prius non mouiſſet, cum talis motus per poſitionem non dependeat à corpore cœleſti, pro cuius mutatione reddatur cauſa nouitatis mot9, oportet ipſum mutari quoniam non eſt nouitas in effectu abſq; nouitate in cauſa. Amplius, quoniam mouens contangit motum: ſi dæmon mouet corpus ab oriente in occidẽtem, dæmon ſimul erit cum tali corpore moto: cumq; ſecundum totum tale corpus ſit continuè in alio loco (non enim ad modum motus cœli mouetur, quod nõ mutat locum ſecundũ ſubiectum) ideo dæmon mutaretur ſecundum locum. hoc autem remotiſsimmum eſt ab Ariſtotele: talis eñ mutatio fieri nõ poteſt niſi in re corporali: ergo tales ſubſtantię ſecundum Ariſtotelem introducendæ non ſunt. Secunda concluſio eſt hæc:

*Secunda concluſio.*

Propter effectus quos communiter homines attribuũt dęmonibus imò & bonis angelis, non interueniente Deo ſe-

cundum

cundum modum ſpecialem & propri-
um, ſed tantum ſecundum modum ge-
neralem, dimiſſo etiam Ariſt. efficaciter
probari non poteſt tales ſubſtantias im
materiales eſſe. Concluſio multipliciter
probatur, primò quoniam quę ſic fiunt
ab angelis uel dæmonibus, aut fiunt al-
terando, aut localiter mouendo, aut ſe-
cundum utrunque modum. Verum nihil
hōrum cogit: non quidem alterando, nã
ut communiter ponitur, & eſt ſententia
Auguſt. in 3. de Trinitate, immateriales
ſubſtantiæ, Deo excepto, immediatè al
terare non poſſunt, ſed tantum corpora
& entia naturalia alterant. Pro ipſa igi-
tur alteratione ſufficiũt corpora inferio-
ra unâ cum corporibus cœleſtib.: quod
ſi dicatur, requirũtur pro applicatione.
uerùm neque iſtud cogit, quoniam cœli,
ueluti uidentur omnia naturalia, tranſ-
mutant & applicant actiua paſsiuis, ut
patet conſiderandi opera naturæ: cœli
ipſi elementa inuicem tranſmutant: nã *Elementa unde tranſmutãtur.*
elementa ducũt ad omnium miſtorum
generationem, in tantum quod in aqua
quæ eſt frigida generãt ſtellam piſcem, *Piſcis ſtella.*
qui

qui adeò eſt calidus, ut omne quod ab eo contãgitur, uratur. in terra generant aquam, in centro multa mineralia: ſi ĩtẽ in uiſceribus terræ iſta generantur, quæ omnia elementa exigunt, cum ſint mixta perfecta, ex ſphæra ignis detrudunt in profundum aquarum ignem: neq; dici poteſt cœlos non ordinatè mouere: aut confuſe & inconſultè, quoniam uidemus à perfectiſsimo animali & perfectiſsima plãta, & mixto inanimato perfectiſsimo uſq; ad imperfectiſsimũ, uel imperfectiſsimam plantam & imperfectiſsimum mixtum naturam nõ deficere, niſi caſu & in paucioribus. quomodo ergo natura inordinatè & inconſultè procedit, quandoquidem diuulgatiſſimum ſit apud omnes naturam agere directam à Deo & intelligentijs omnia hæc humana regulantibus? Præterea uidemus beſtias tot artificia conſtruere, ut intellectum habere credantur, adeoque aliquę tam ingenioſè operantur, ut nullum humanum ingenium talia poſſet facere, ut ex animalium patet hiſtorijs. adde hominis ingeniũ quo homo quaſi

quaſi Deum imitatur. In uanum igitur propter talia oportet dęmones introducere. Secundo quoniam uidetur ualde deriſibile quod corpora cœleſtia cũ ſuis intelligentijs uniuerſum gubernent & conſeruent, tantam rerum molem moueant, tot homines, tot diuerſa animalia, tot plantas, tot metalla: tot lapides generent & tranſmutent: tam futiles autem & inanes effectus facere non poſſint, cum rariſsimi ſint, nulliusqúe ferè momẽti: imò nihil ſunt in comparatiõe ad ipſum uniuerſum: & pro his quaſi nullius ponderis reb9 oporteat nouos inducere deos & noua figmenta. Sic itaque introducens dæmones, uideat ſubuerſiones tot regnorum, tot ſubleuationes imperiorum ex infinitis præcipitijs, diluuia, incendia: et quum tot mirabilia reſpiciat in uniuerſo, quæ fieri à corporibus cœleſtib. nemo ſanę mẽtis unq̃ negabit, & ipſe nõ dicat hoc fieri poſſe ab ipſis cœlis: certè hoc inſaniã uidetur arguere & nullam perſpicaciam. Tertiò firmatur concluſio à ſigno euidenti, quoniam iſti effectus fuerũt non etiam

Ariſto-

Ariſtoteli ut ſupra oſtendim9, & Theophraſtro, Eudemo; Alexādro, uiris quorum ſapientia eſt manifeſtiſsima: & ipſi hoc aſcripſerunt corporibus cœleſtib9, ut diuus Thomas in quęſtione de Miraculis, & de Dæmonibus, ac de Angelis, & in pleriſq; alijs locis affirmat. ergo cū nullus naturaliter in quātum ſcimus ſit in doctrina conferendus Ariſtoteli & uiris citatis, magnam fidem facit, quod huiuſmodi effectus non conuincunt efficaciter dari tales dæmones uel angelos: quod & ſigno perſuadetur: quoniā Gentiles uidentes Apoſtolos & Chriſtianos reliquos multa miracula facere, neq; hoc Dijs neq; dæmonibus aſcribebatur, uerùm exiſtimabant hæc maleficijs & ueneficijs ab eis fieri, ut patet per Suetonium in uita Neronis. Talia autē maleficia & ueneficia credebant fieri uirtute herbarum, lapidū, partibus animalium, & reliquis huiuſmodi generis illuſionibus, & præſtigiationibus. quo fit, ut probabiliter dici poſsit, talia eſſe per angelos facta, non efficaciter probare Angelos eſſe. mirum eſt enim quod tot uiri

*Gentiliū opinio de dijs, uel dæmonibus.*

uiri clariſsimi non uidiſſent horũ neceſſitatem Amplius, Iuſtinus in 36. lib. Ioſeph Iſraelis filium magicas artes percepiſſe, easq; ad Moſe & ad reliquos perueniſſe ſcribit: idemq; Plinius in 30. lib. cap. 1. naturalis hiſtoriæ affirmat. quare, ipſi Gentiles exiſtimabant hoc ex ſcientia magicæ fieri. Chryſoſtomus quoq; in expoſitione 17. capitis Matthei, dicit; medicos non arbitrari immundos ſpiritus eſſe, ſed ex humoribꝰ corporis tales paſsiones procedere: quibus contradicit Euangelica doctrina. imò ego ſuſpicor neq; Platonem hos uoluiſſe. quod ſi in pleriſq; locis uideatur eos ponere, facit hoc propter uulgares inſtruẽdos, qui dæmones & intelligẽtias, tales quales homines imaginantur eſſe, & quoniam unus homo in pluribus locis ſimul eſſe non poteſt, & operatur in loco in quo ipſe continetur, credunt dæmones, angelos & intelligentias à loco contineri. Quare, Plato hoc intelligens, uulgũque inſtruẽs, per talia corporalia inſtruxit: imò apud leges Deus mittit angelos in formam corporalem, quoniam ut

*Platonis de dæmonibus opinio incertá*

etiam dicit diuus Dionyſius, aliter humanus intellectus inſtrui non poteſt niſi per hæc uelamina. Verùm quanquam inter Peripateticos & leges ſit conuenientia in hoc, ut ſcilicet hæc fiant à ſubſtātijs immaterialibus, diſtant tamen: quoniam Peripatetici ponūt hæc fieri ab intelligentijs mouentibus corpora cœleſtia, & mediantibus ipſis corporib. cœleſtibus, leges uerò ponunt hæc fieri ab angelis uel dæmonibus immediate & ſine corporibus cœleſtibus & mirū eſt, non dico de uulgaribus, ſed de his qui philoſophiam profitentur, cum tales angeli uel dæmones non ſint formæ taliū corporum motorū, cur magis affirment de uno quàm de altero? quid enim poteſt facere dæmon uel angelus alterando uel localiter mouendo talia corpora generabilia, quod intelligentiæ mediantibus corporibus cœleſtibus facere nō poſsint, cum uniuerſum ab ipſis gubernari conſpiciamus? Nihil profecto, datis huiuſmodi dæmonibus uideo in eis eſſe pro tam mirabilibus, quod & lōgè magis non percipiatur in corporib. cœleſtib.

*Peripateticorum & Chriſtianorū conuenientia.*

leſtib. niſi quis fingat, quod pro ſaluandis talibus effectib. oporteat motorẽ cõtangere motũ immediate, & ipſum motorem tranſmutari à noſtris precibus ut poteab orationibus uel ſignis, non eñ uidetur quod diuꝰ Cœleſtin. Aquilanis apparuerit, niſi ibi fuerit anima Cœleſtini uel bonꝰ angelus talẽ formans uiſionem. neq; ibi tũc fuit angelus niſi q̃nam tũc audiuit eorum preces; & uidit corda eorum, hoc autem ſecundum Peripateticos dici non poteſt, ut de ſe notũ eſt. Quare, tales ſpiritus neceſſariũ eſſẽ dare, ꝑfectò nullũ iſtorũ uidet nedũ cogere, uetũ neq; rationabiliter inuẽtum, in uiſis enim in ſomnio ꝑ quietẽ, quę nõ eſt dubiũ fieri realiter & per corpora cœleſtia, quandoquidẽ Aſtrologi ꝑ peritiã Aſtrorũ hęc interpretantur, & ſciunt de his prædicere, et ſomnia non uerificãtur niſi in certis ſignis & ſitibꝰ, dico, inquã non eſt uerum, quod mouens mentes, ſic per quietem uaticinantes, immediatè ipſas contangat, ſed ſufficit eos contãgere per uirtutem impreſſam in aëre à corporibus cœleſtibus: neque tamẽ cor

pora cœleſtia uel eorum formæ aliquo modo ſunt motæ ab ipſis ſic ſomnianti bus: ſed tunc fit talis motus, quoniam tunc actiua et paſsiua fuerunt conueniẽ ter diſpoſita, & non antè: neq; requiri- tur coniũctio propria hoc tempore, ſed tantum uniuerſalis, determinata tamen pro hic & nunc, ueluti ſatis abundè diximus ſuprà. Quod enim bos uel ſtatua e diderit uocem humanam, non eſt quod diabolus fuerit ueraciter eius forma, ſed quoniam talem uirtutem immiſit in bo uem uel in ſtatuam. Cur igitur & illæ di uinæ ſubſtantiæ cum illis diuinis corpo ribus non poſſunt tales uirtutes immit- tere, ſiue talis uirtus ſit qualitas, ſiue tan tum motus localis, ſiue utrunq;? imò i- pſos ſequitur, ſi eſt qualitas non poteſt immediatè fieri uel à dæmone uel ab an gelo, ſed oportet alia fingere. Quare, ne dum ueriſimilius eſt hæc fieri à corpori bus cœleſtibus, ſed etiam multò expedi tius. oportet enim ſecundũ introducen tes dæmones, ſi tales operationes fiunt per qualitatem, fingere aliqua corpora alterantia quæ non ſentiũtur: quod nõ

minus eſt mirandum, quàm quod hæc ſic fiant à corporibus cœleſtibus. ſcias tamen, quod ſi admittatur dæmonum definitio data ab Apuleio Platonico, de qua Auguſt. 16. capite 8. de ciuitate Dei loquitur, uidelicet dæmones eſſe genere animalia, animo paſsiua, mente rationabilia, corpora aërea, tempore æterna, longè melius hæc ſaluari poſſunt, quã ſi ponantur ſimpliciter immaterialia: nam & localiter mouerẽtur, & à ſenſibus paterentur, & familiaritatẽ nobiſcum habere poſſent, optimeq́ omnia ſaluarentur quæ aduerſus eos adducũtur, & fortaſsis impoſsibile eſſet uel ſaltem difficile hoc impugnare. Verùm hoc Ariſtoteles impugnat, ut 3. de Anima habetur: et leges, maximè Chriſti lex, non concederet hoc: quoniã Lucifer ante caſum, aut erat perfectiſsima creaturarũ, aut inter perfectiſsimas, & certum eſt intelligentias non eſſe tales, quales Apuleius defi nit. Verùm poſitio Apulei in ſe per noſtra argumẽta non improbatur: ſed quoniam ſecundum ipſum, dæmon non tãtum eſt motor, uerũ & forma corporis,

*Dæmõ quid ſecundum Apuleium.*

quoniam eſt animal corporeum, malora fortaſsis ei aduerſan , utpote, quod cum ſit animal aëreum, tempore ſit æternum, & elemẽtum ſit materia animæ & quod ſenſum habeat: quæ ab Ariſtotele deſtruuntur. Tertia cõcluſio ſit hec ſi in hoc mũdo inferiori aliquis eſt affectus, qui de neceſsitate ſine cauſis ſecũdis fiat à Deo, hunc affectũ Peripatetici ſaluare non poſſunt: hocq; oſtendit doctrinam Peripateticam non eſſe ueram ſed deficientem. cõcluſio manifeſta eſt, quoniam exiſtimauit Ariſtoteles ſi Deus de nouo immediate ageret, cum mutatio, ſiue nouitas in effectu inferat nouitatem in cauſa, cũ nulla alia cauſa huiuſmodi effectus ponat, niſi Deus: tunc in Deo caderet mutatio, & eſſet in potẽtia, & ſic nõ eſſet actus puriſsimus, quare neq; eſſet Deus. tota deductio eſt manifeſta ſecundum Peripateticos, licet aliter ſecundum uarietatem: ex qua cõcluſione infertur apud Ariſtotelis principia, non poſſe ſuſtineri animam eſſe immortalem & multiplicatam, quoniam ſic à Deo de nouo crearetur: aſt creatio

*Tertia cõcluſio.*

*Peripateticorũ doctrinã eſſe mancam*

nulli creaturę eſt cõmunicabilis, quia à Deo nulla ſecunda cauſa concurrente fieret, & ſic, ut dictum eſt, apud Ariſtotelem Deus mutaretur, quod falſum eſt, neq; proficit quod ab aliquib9 dicitur, ſcilicet quod concurrunt cauſæ ſecundæ ut infundatur corpori: quoniam ſi animam ſine cauſis ſecundis facere poſſit, quanto magis corpus ſine ſecundis cauſis facere poſſet? Amplius, quoniã anima non depẽdet à corpore ſic quod non poſſit eſſe ſine corpore, ut patet poſt ſeparationem: ueruntamen dependet eſſentialiter à corpore per habitudinem: modo faciendo animam ſine corpore, nihil aufert ab eius eſſentia. Præterea cum anima ſit per ſe exiſtens, & ſit id quo homo eſt homo, prius natura eſt quam corpus informet: nam eſt quando corpus eſt, & habet eſſe non ſecundum actum dependens à corpore, cum ſecundum naturam actu non depẽdeat à corpore, quia natura prius exiſtit quã corpus exiſtat: ſed prius, nõ depẽdet à ſuo poſteriori, ergo in creatione anima non dependet à corpore, & per

*Anima nõ dependeat à corpore.*

conſequens à cauſis ſecũdis. Vnde ſuppoſito, quod ex ordine uniuerſi Deus actu non infundat animã in corpus niſi auxilio cauſarum ſecundarum, creatio tamen animæ non dependet à cauſis ſecundis: quandoquidem prius ſecũdum naturam eſt anima in ſe, quam ſit in corpore. nam ſi non prius eſſet in ſe quàm in corpore, non poſſet eſſe naturaliter ſine corpore. Concedimus tamen ſecundum hanc phantaſiam, nunquam abſolui à corpore, habitudine: quare, eſſentialiter ut ſic dependet à corpore. uerũ de his diffuſius in tractatibus noſtris de anima diximus. Quarta concluſio, aliqua in iſto mundo inferiora facta ſunt, quæ nullo modo ſecundum Ariſtotelis principia ſaluari poſſunt, imò apertiſſimè eius dogmatibus ſunt repugnantia. Concluſio probatur, nam Dionyſius Areopagita in Epiſtola ad Polycarpum Epiſcopum ſic ſcribit: Sol & Luna per ſummam uim ſtatu omnino mirabili, unà cum cœlo ut eſſent prorſus imobiles, ipſius imperio paruer unt, atq; ad diei totius menſuram in eiſdem ſignis

*Anima nõ dependet à cauſis ſecundis.*

*Quarta concluſio.*

*Ariſtotelis principijs quæ repugnent.*

omnia conſtiterũt. Erit autem profecto maius atq; mirabilius, ſi alia atq; etiam præſtantiora quæ cõtinent, ita fieri, quę uere continentur, nõ ſimul acta memorentur. Et hoc miraculum ſcribitur Ioſue 10. cap. & ibidem idem Dionyſius ſubiungit: Et cum item alia quędam dies perpetuo lumine triplo fermè quàm ſolet maior effecta eſt, & cœlũ intra uiginti horas, quem iam exigerat curſum retrogrediens repetit, digniſsimoq; miraculo contrarijs orbitis tanta mora tẽporis remeat Sol, miro atq; inſolito curſu motum illum annuum uaria temporum dimenſione conſtantẽ, intra decem horarum ſpatium contrahit, ipſumque totum rurſus intra decem alias, nouam quandam tenẽs ſemitam, conficit & paucis interpoſitis, dicit: Quid de illo qui tempore crucis dominicæ factus eſt Solis defectu, dicturus es? Eramus tunc ambo apud Heliopolim, amboq; ſimul incidẽtem mirabiliter Soli Lunæ globum notabamus, non enim eiuſce coniunctionis tunc aderat tẽpus. ipſamque rurſus ac hora nona ad ueſperã ad 1. Regũ 20.

ſolis diametrum ſupra naturæ uires re-
ſtitutam. In memoriam autem illius re-
uoca & aliud quiddam. Nempe enim
ut ipſe non ignoras, eam lunæ inciden-
tiam ab oriente cœpiſſe, & uſq; ad ſola-
ris corporis finem perueniſſe, ac tum de
mum reſilijſſe notauimus. Neq; uero
eadem ex parte ut aſſolet, & incidentia
illa & repugnantia facta eſt, ſed ex ad-
uerſo diametri. Hæc ſunt quæ tunc tem
poris contigere naturam profecto ſupe
rantia, ac ſoli Chriſto poſsibilia, qui au-
thor eſt omnium, facitq; magna & ſtu-
penda, quorum non eſt numerus. hoc
habetur Marci 15. & Lucæ 23. Verũ ipſe
Dionyſius & Apollophanes Sophiſta
affirmant ſe uidiſſe, & Iacobus Faber in
Scholio illius epiſtolæ dicit Phelegonẽ
gentilem & Aphricanum hoc in ſuis hi
ſtorijs commemoraſſe. duo autem pri-
ma Dionyſius dicit in eadem epiſtola
ſic: Ac iſtud quidem Perſarum ſacerdo-
tum monumentis reſeruata hiſtoria cõ-
tines: Magiq; nunc uſque ad triplicis
mitri, id eſt, Solis memoriam celebrant,
multaq; alia miracula in eadem epiſtola
Diony-

Dionyſius commemorat, quæ tantum diuina uirtute perfici poſſunt. ideo illa omitto hic inſcribere, ne longior fiam: & unuſquiſq; ab eodem Dionyſio legere poteſt. Verũ hæc tantum connumeraui, quoniam iſta toti uniuerſo nota fuerunt, quandoquidem rem totam continent, & nullam patiũtur reſponſionem apud Ariſtotelem: quandoquidem cœlum ſecundum ipſum non poteſt quieſcere, neq; intelligentia intendere uel remittere motum ſuũ, ut 8. Phyſicorum, & 2. de Cœlo planè habetur. Quinta cõcluſio. Talia miracula quæ ſunt præter ordinem naturæ creatæ, & à ſolo Deo fieri poſſunt, & fiunt aliquando, ueraciter demonſtrant inſufficientiam doctrinæ Ariſtotelis & cæterorum philoſophorum, ipſamq; ueritatem & firmitatẽ religionis Chriſtianæ apertè declarant: ſolaq; hæc uerè & efficaciter hoc facere poſſunt. Prima concluſionis pars patet: Nã Ariſtoteles dicit corpora cœleſtia nõ poſſe ſuum ſolitũ iter uariare, ſic quod neque ſiſtere, neque uelocius neque tardius moueri. in effectu uiſum

*Quinta cõcluſio. Miracula uera Ariſtotelem cõfundunt & Chriſtianã fidem ſtabiliunt.*

eſt op-

eſt oppoſitum, ergo dogma Ariſtotelis eſt falſum: & ſimiliter dicatur de reliqs, in quibus effectus demõſtrat oppoſitũ eorum quæ dicuntur ab Ariſtotele. Secunda pars, etiam patet, nam talia facta ſunt in teſtimonium Chriſti, ſiue facta ſint in ueteri ſiue in nouo Teſtamento: Verùm cum per ſolum Deum hæc fieri poſsint, ut ſupponimus, Deus autẽ non poſsit teſtari pro falſitate, quoniam ipſe ueritas eſt, ut Ioannis decimo quarto dicitur: & Plato in 2. de Republica: Si Deus eſt, non mentitur: & ſi mentitur, Deus non eſt. Amplius mendacium eſt defectus: ubi defectus, ibi potẽtia, ubi potentia, non eſt actus puriſsimus: Deus autẽ eſt actus puriſsimus, in Deo ergo non poteſt eſſe falſum teſtimonium: ergo Chriſti doctrina ueriſsima eſt: quod fuit ſecunda pars. probatur & tertia, ſcilicet, quod & ſola talia probant: quoniam quòd eſt commune litigantibus, nõ eſt pro aliquo magis quàm pro alio. cũ itaq; lex Chriſti & doctrina Ariſtotelis cõueniant in naturalibus, naturalia nõ probaſſent Chriſtum eſſe uerũ Deum:

*Deus mentiri non poteſt.*

Vnde ſi Chriſtus uoluiſſet probare ſe eſ ſe filium Dei, quoniam ſufferebat iniuri as, non fuiſſet ſignum ſufficiens: quia & multi alij tales reperiuntur: ſed quod ex quinq; panibus & duobus piſcibus, pa uerit quinque hominũ millia, & adhuc ſuperfuerint cophini duodecim: hæc e-uidenter demonſtrant ipſum eſſe domi num. quare, dixit: Opera quæ ego fa-cio, nemo poteſt facere: uolens oſtende re ſe eſſe filium Dei. Item quod opera quæ fiunt uirtute dæmonum, non erant ſufficiẽtia ad oſtendendum dæmones: quandoquidem & talia etiam per natu-ram fieri poſſunt, ſatis probabiliter per-ſuadetur; quoniam Dionyſius, cuius do-ctrina poſt Teſtamentum uetus & no-uum ſecundum ſacros doctores primũ locum obtinet, qui fuit maximus Ari-ſtotelicus, ut de eo refert Thomas in ſe. quæſt. 14. diſtinct. 2. Sententiarum ſem-per inſequutus eſt Ariſtotelem ante mi raculum factum in Chriſti paſsione de eclipſi, ut ipſe memorat: & ipſi ualde nota erant iſta experimenta: quę tamen non mouerunt eum. Nam exercitato in

philo-

philoſophia, faciliter patere poteſt iſta non eſſe præter curſum & poſſe naturæ, quanquam rarò fiant. uerũ tanta eclipſi uiſa, ſtatim mutauit ſententiam: Vnde ſtat noſtra 5. concluſio. Sexta concluſio eſt hæc: Quicquid affirmatũ eſt per ſcripturam canonicam, & uniuerſaliter decretum eſt per ſanctam eccleſiam catholicam, illud totum firmum, ratum, ineuitabile, inconcuſsibile, & prorſus ſine aliqua dubitatione tenendũ eſt: quicquid uerò damnauerit, à nobis reijciendũ eſt. Concluſio patet: Nam ex principijs ueris non poſſunt ſequi falſa, cum ex ueris nil niſi uerũ ſequatur. Cum autem fundamentum catholicæ Dei eccleſiæ ſit Chriſtus qui eſt pura ueritas, & dixerit Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus fidelibus, uobiſcum ero uſq; ad conſummationem ſeculi, & non permittat eccleſiã ſanctam errare in eſſentialibus, ideò cõcluſio uera. ex qua infertur Septima cõcluſio, ſcilicet, quod cum eccleſia demones & angelos eſſe determinet, & talia quæ dicta ſunt aliquando operari, ſine aliquo dubio uel ſcrupulo hoc firmiſsime tenẽ-

*Sexta cõcluſio.*

*Quæ dogmata tenenda ſint.*

*Septima concluſio.*

*Dæmones et angelos eſſe concedit autor.*

me tenendum eſt. Et quamuis talia per naturam fieri poſsint, & de facto fiant abſq; eorũ præſidio, tamen ſi quod per eccleſiam determinatum eſt eſſe factũ per dæmones, uel per angelos, uel per naturam, ſicuti ipſa eccleſia præciſe determinat, tenendum ſic eſt. quandoquidem regulatur à ſyncero uerbo Dei & ſpiritu ſancto; in quo & à quo & p quẽ nulla poteſt eſſe falſitas. ſi autẽ ratio humana, uel authoritas aliqua, ſiue ſit Ariſtotelis ſiue Platonis, ſeu cuiuſcunq; alterius eſt in oppoſitum, ea nõ eſt admittenda, quoniã ab homine procedit, qui ut in pluribus eſt in errore, et in hoc caliginoſo & umbratili mundo uerum diſcernere non poteſt. Vnde ait diuus Auguſtinus 31. cap. 10. libri de ciuitate Dei, diuinæ authoritati, humana cedat fragilitas. Scimus enim uerè Chriſtum fuiſſe uerum Deũ: & uerè & certiſsimè ſcim9 ab ipſo nõ poſſe procedere mendaciũ: neq; in hoc captiuam9 mentes noſtras, uel ſaltem Apoſtoli & illi qui uiderunt. in reliquis uerò quę à Chriſto & eius eccleſia dicũtur & determinantur, ſi nobis

*Rationẽ uel authoritatem humanã nihil cõtra fidẽ & eius dogmata unquam ualere.*

*Chriſtianæ fidei certitudo.*

appare-

appareant impoſsibilia, benè oportet mentem captiuare. Quare, dixit Saluator Ioannis 15. Si non uěniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatum nō haberent: nunc aūt nō excuſationem habēt de peccato ſuo. Cū itaq; illum fuiſſe uerè Deū ſciamus, eius præceptis parere debem9. Nam ſecūdum Auguſtinum 32. libri 16. de ciuitate Dei, Diuino intonante oraculo, non eſt diſputandum, ſed parendum ſine mora, eius dictis ſine inquiſitione uel interrogatione adhęrere debemus; quoniam, ut inquit Plato in Timęo impoſsibile eſt deorum filijs non credere, quanquam incredibilia dicere uideantur, quanto magis uerbo quod eſt ipſa ueritas? Ariſtotelem autem & Platonem ſcimus fuiſſe homines mortales, ignorantes, & peccatores, ueluti ipſi de ſeipſis dicunt. Quare, fatuum eſt in omnibus fidem eis adhibere, & præcipuè in his in quibus Chriſtianę religioni aduerſantur. Et quamuis eorum rationes aduerſus religionem uideātur nobis apparentes, & fortaſsis neſcimus perfectam earum ſolutionem, unica ſolutio

*Chriſti præceptis parendum ſine diſputatione.*

*Ariſt. & Plato ignorātes. Ideo Hieron. philoſophos uocat hæreticorū patriarchas. Tom. 3. fol. 113.*

lutio eſt, quoniam fidei aduerſatur, ergo quod dicitur ab eis falſum eſt. Impoſsibile namque eſt Deum mentiri, neque præſtigiari. Dicitur tamen ad illas primas rationes, & primitus ad primam, Deum & intelligentias ſiue bonas ſiue malas ſingularia cognoſcere. Cunque quærebatur de modo, quanquam diuerſi ſunt modi dicendi: mihi tamen ille ultimus uidetur probabilior, ſcilicet quod cognitionem ſingularium accipiunt à ſenſibilibus, ueluti & nos facimus. rationes autem quæ fiebant aduerſus hunc modum, procedunt ſecundum principia Ariſtotelis ſupponentis duo falſa: unum, quod Deus non poſsit agere præter communem ordinem naturæ, & abſque corporibus cœleſtibus: hoc autem monſtratum eſt eſſe falſum per quartam concluſionem. Alterum etiam falſum ſupponebat, ſcilicet, quod intelligentiæ non ſunt mutabiles, & quod nihil de nouo intelligant, quod ſolius Dei

*Vnica ſolutio aduerſantiũ noſtræ religioni.*

*Ad primam rationem cõtra fidem, reſpõſio.*

*Ariſt. falſa ſuppoſita.*

*Intelligentiæ.*

eſt proprium,cum in eo nullo modo ſit potentia. Cum autem omnia præter Deum quoquo modo potentia habeant, ſunt mutabilia, & aliquid de nouo recipientia: licet cum ſint abſtracta à materia, non ſunt corruptibilia. Veluti etiam corpora cœleſtia ſunt æterna, & tamen ſubijciuntur motui & nouitati. quare nouitatem ſuſcipiunt, neque, ut exiſtimo, omnia ſingularia intelligunt, ueluti neque nos intelligimus: neque uniuerſaliter ſingulare quod unus intelligit, alter intelligit. Vnde, quia fundabatur illa ratio ſuper immutabilitatem intelligentiarum, & hoc ſit falſum, ideo tota ratio perit. Ad ſecundam dicitur, quod fortaſsis cum illæ res naturales, & ſi ſunt ſenſibiles, tamen ex eorum paruitate nos latent, uel dæmones præſtigiant ſenſus noſtros. Et quamuis non ſit impoſsibile aliquem hominem ſic operari, ut angeli & dæmones in aliquo caſu operantur, uerisimilius tamen eſt ta-

*Ad ſecundam.*

eſt talia operari per angelos & dæmones. Primò quoniam ſic determinat Eccleſia. Secundò quod ſint ſapientiores & magis callidi. Tertiò, quoniam ſint uirtuoſiores. quare, in tempore imperceptibili mouentur de oriente in occidentem. Nam ſi uenti & flatus ſunt tam ueloces, quæ ſunt corpora, quanto magis iſti ſpiritus quibus non eſt reſiſtentia, uel ſi eſt, quaſi nulla? Vnde uerisimiliter uidetur, per homines talia non poſſe operari. neque obſtat quod cum non ſint corpora, non poſſint moueri: quoniam motus iſte eſt alterius generis à motu poſito à philoſophis: de quo theologi abunde determinant. Quod uerò tertio & ultimo adducebatur, quoniam ſine eis poſſumus ſaluare apparentias: dictum eſt quod non omnes apparentię per dicta à philoſophis ſaluari poſſunt, ut per concluſionem quartam oſtenſum eſt. dicitur & ſecundò, quòd quamuis aliqualiter poſſunt

*Angelorum & dæmonum uis.*

*Angelorum motus.*

*Ad tertiam.*

ſaluari, non tamen accommodatè, ut uiſum eſt in ſolutione ſecundæ rationis immediatè ante hanc. Tertiò dicitur, quod cum eccleſia ex ſcripturis ſacris ponat tales ſpiritus, ſine apertiſsimo inconuenienti non poſſumus eos negare: dicimusq́ue ulterius falſiſsimum eſſe quod aſſumebatur, tales, ſcilicet ſpiritus tantum eſſe propter huiuſmodi experimenta ſiue effectus. imò habent cauſas aliquas, & officia longè præſtantiora, quæ philoſophis non fuerunt cogni ta, imò abſcondita: ſed ſunt aperta in Chriſtum credentibus, & pientiſsimis uoluntatibus, quales fuerunt prophetæ, Apoſtoli, & ſancti uiri. Quare, nihil eſt quod adducebatur. Si quod autem ſupereſt, ad quod reſponſum non ſit, ut exiſtimo, per ea quæ dicta ſunt, reſponſio patere poteſt. & hæc de capite 13. & ultimo.

*Angelorum et dæmonum officia ſunt philoſophis abſcondita.*

PER-

# PERORATIO.

HAbes itaque compater chariſsime, quæ, ut mea fert opinio, Peripatetici ad ea quæ quæſiuiſti, dicere uериſimiliter haberent. habes & quæ Veritati & Chriſtianæ religioni conſona ſunt. Quantum autem religionem attinet, ſi quid in his dictis noſtris offendetur, quod ſanctæ Eccleſiæ catholicæ aduerſetur, uel ei minus placeat, illud totum reuoco, & humiliter eius correctioni me ſubijcio. In his uerò quæ ad diſciplinam Peripateticam pertinẽt, illud quod Ariſtoteles in ultimo capite Topicorum ſexti de Conuentionibus refert, obſeruari cupio: donec melior iſta appareat: quia meliori apparente, prior pareat. Sic quoque ego ſeruandum puto, ut noſtræ reſponſiones tam diu teneant, donec meliores reperiantur. Ego enim in

*Eccleſiæ iudicio ſe ſubijcit.*

quoniam eſt animal corporeum, malo-ra fortaſsis ei aduerſan ,utpote, quod cum ſit animal aëreum, tempore ſit æternum, & elemētum ſit materia animæ & quod ſenſum habeat: quæ ab Ariſtotele deſtruuntur. Tertia cōcluſio ſit hec ſi in hoc mūdo inferiori aliquis eſt affe-ctus, qui de neceſsitate ſine cauſis ſecū-dis fiat à Deo, hunc affectū Peripatetici ſaluare non poſſunt: hocq́ʒ oſtendit do-ctrinam Peripateticam non eſſe ueram ſed deficientem. cōcluſio manifeſta eſt, quoniam exiſtimauit Ariſtoteles ſi Deus de nouo immediate ageret, cum mutatio, ſiue nouitas in effectu inferat no-uitatem in cauſa, cū nulla alia cauſa hu-iuſmodi effectus ponať, niſi Deus: tunc in Deo caderet mutatio, & eſſet in potē tia, & ſic nō eſſet actus puriſsimus, quare necʒ eſſet Deus. tota deductio eſt manifeſta ſecundum Peripateticos, licet aliter ſecundum uarietatem: ex qua cō cluſione infertur apud Ariſtotelis principia, non poſſe ſuſtineri animam eſſe immortalem & multiplicatam, quoniam ſic à Deo de nouo crearetur: aſt creatio

*Tertia cōcluſio.*

*Peripateticorū doctrinā eſſe mancam*

nulli

nulli creaturę eſt cõmunicabilis, quia à Deo nulla ſecunda cauſa concurrente fieret,& ſic,ut dictum eſt,apud Ariſtotelem Deus mutaretur, quod falſum eſt, neq; proficit quod ab aliquib9 dicitur, ſcilicet quod concurrunt cauſæ ſecundæ ut infundatur corpori: quoniam ſi animam ſine cauſis ſecundis facere poſſit, quanto magis corpus ſine ſecundis cauſis facere poſſet? Amplius, quoniã anima non depẽdet à corpore ſic quod non poſſit eſſe ſine corpore, ut patet poſt ſeparationem: ueruntamen dependet eſſentialiter à corpore per habitudinem: modo faciendo animam ſine corpore, nihil aufert ab eius eſſentia. Præterea cum anima ſit per ſe exiſtens, & ſit id quo homo eſt homo, prius natura eſt quam corpus informet: nam eſt quando corpus eſt, & habet eſſe non ſecundum actum dependens à corpore, cum ſecundum naturam actu non depẽdeat à corpore, quia natura prius exiſtit quã corpus exiſtat:ſed prius, nõ depẽdet à ſuo poſteriori, ergo in creatione anima non dependet à corpore, & per conſe-

*Anima nõ dependeat à corpore.*

conſequens à cauſis ſecũdis. Vnde ſuppoſito, quod ex ordine uniuerſi Deus actu non infundat animã in corpus niſi auxilio cauſarum ſecundarum, creatio tamen animæ non dependet à cauſis ſecundis: quandoquidem prius ſecũdum naturam eſt anima in ſe, quam ſit in corpore. nam ſi non prius eſſet in ſe quàm in corpore, non poſſet eſſe naturaliter ſine corpore. Concedimus tamen ſecundum hanc phantaſiam, nunquam abſolui à corpore, habitudine: quare, eſſentialiter ut ſic dependet à corpore. uerũ de his diffuſius in tractatibus noſtris de anima diximus. Quarta concluſio, aliqua in iſto mundo inferiora facta ſunt, quæ nullo modo ſecundum Ariſtotelis principia ſaluari poſſunt, imò apertiſſime eius dogmatibus ſunt repugnantia. Concluſio probatur, nam Dionyſius Areopagita in Epiſtola ad Polycarpum Epiſcopum ſic ſcribit: Sol & Luna per ſummam uim ſtatu omnino mirabili, unà cum cœlo ut eſſent prorſus imobiles, ipſius imperio paruer unt, atq; ad diei totius menſuram in eiſdem ſignis

*Anima nõ dependet à cauſis ſecundis.*

*Quarta concluſio.*

*Ariſtotelis principijs quæ repugnent.*

omnia

omnia conſtiterũt. Erit autem profectò maius atq; mirabilius, ſi alia atq; etiam præſtantiora quæ cõtinent, ita fieri, quę uerè continentur, nõ ſimul acta memorentur. Et hoc miraculum ſcribitur Ioſue 10. cap. & ibidem idem Dionyſius ſubiungit: Et cum item alia quędam dies perpetuo lumine triplo fermè quàm ſolet maior effecta eſt, & cœlũ intra uiginti horas, quem iam exigerat curſum retrogrediens repetit, digniſsimoq; miraculo contrarijs orbitis tanta mora tẽporis remeat Sol, miro atq; inſolito curſu motum illum annuum uaria temporum dimenſione conſtantẽ, intra decem horarum ſpatium contrahit, ipſumque totum rurſus intra decem alias, nouam quandam tenẽs ſemitam, conficit & paucis interpoſitis, dicit: Quid de illo qui tempore crucis dominicæ factus eſt Solis defectu, dicturus es? Eramus tunc ambo apud Heliopolim, amboq; ſimul incidẽtem mirabiliter Soli Lunæ globum notabamus, non enim eiuſce coniunctionis tunc aderat tẽpus. ipſamque rurſus ac hora nona ad ueſperã ad 1. Regũ 20.

 ſolis

ſolis diametrum ſupra naturæ uires reſtitutam. In memoriam autem illius reuoca & aliud quiddam. Nempe enim ut ipſe non ignoras, eam lunæ incidentiam ab oriente cœpiſſe, & uſq; ad ſolaris corporis finem perueniſſe, ac tum demum reſiliiſſe notauimus. Necq; uero eadem ex parte ut aſſolet, & incidentia illa & repugnantia facta eſt, ſed ex aduerſo diametri. Hæc ſunt quæ tunc temporis contigere naturam profecto ſuperantia, ac ſoli Chriſto poſsibilia, qui author eſt omnium, facitq; magna & ſtupenda, quorum non eſt numerus. hoc habetur Marci 15. & Lucæ 23. Verũ ipſe Dionyſius & Apollophanes Sophiſta affirmant ſe uidiſſe, & Iacobus Faber in Scholio illius epiſtolæ dicit Phelegonẽ gentilem & Aphricanum hoc in ſuis hiſtoriis commemoraſſe. duo autem prima Dionyſius dicit in eadem epiſtola ſic: Ac iſtud quidem Perſarum ſacerdotum monumentis reſeruata hiſtoria cõtines: Magiq; nunc uſque ad triplicis mitri, id eſt, Solis memoriam celebrant, multaq; alia miracula in eadem epiſtola

Diony-

Dionyſius commemorat, quæ tantum diuina uirtute perfici poſſunt. ideo illa omitto hic inſcribere, ne longior fiam: & unuſquiſque ab eodem Dionyſio legere poteſt. Verũ hæc tantum connumeraui, quoniam iſta toti uniuerſo nota fuerunt. quandoquidem rem totam continent, & nullam patiũtur reſponſionem apud Ariſtotelem: quandoquidem cœlum ſecundum ipſum non poteſt quieſcere, neque intelligentia intendere uel remittere motum ſuũ, ut 8. Phyſicorum, & 2. de Cœlo planè habetur. Quinta cõcluſio. Talia miracula quæ ſunt præter ordinem naturæ creatæ, & à ſolo Deo fieri poſſunt, & fiunt aliquando, ueraciter demonſtrant inſufficientiam doctrinæ Ariſtotelis & cæterorum philoſophorum, ipſamque ueritatem & firmitatẽ religionis Chriſtianæ apertè declarant: ſolaque hæc uerè & efficaciter hoc facere poſſunt. Prima concluſionis pars patet: Nã Ariſtoteles dicit corpora cœleſtia nõ poſſe ſuum ſolitũ iter uariare, ſic quod neque ſiſtere, neque uelocius neque tardius moueri. in effectu uiſum

*Quinta cõcluſio. Miracula uera Ariſtotelem cõfundunt & Chriſtianã fidem ſtabiliunt.*

eſt oppoſitum, ergo dogma Ariſtotelis eſt falſum: & ſimiliter dicatur de reliqs, in quibus effectus demōſtrat oppoſitū eorum quæ dicuntur ab Ariſtotele. Secunda pars, etiam patet, nam talia facta ſunt in teſtimonium Chriſti, ſiue facta ſint in ueteri ſiue in nouo Teſtamento: Verùm cum per ſolum Deum hæc fieri poſsint, ut ſupponimus, Deus autē non poſsit teſtari pro falſitate, quoniam ipſe ueritas eſt, ut Ioannis decimo quarto dicitur: & Plato in 2. de Republica: Si Deus eſt, non mentitur: & ſi mentitur, Deus non eſt. Amplius mendacium eſt defectus: ubi defectus, ibi potētia, ubi potentia, non eſt actus puriſsimus: Deus autē eſt actus puriſsimus, in Deo ergo non poteſt eſſe falſum teſtimonium: ergo Chriſti doctrina ueriſsima eſt: quod fuit ſecunda pars. probatur & tertia, ſcilicet, quod & ſola talia probant: quoniam quòd eſt commune litigantibus, nō eſt pro aliquo magis quàm pro alio. cū itaq; lex Chriſti & doctrina Ariſtotelis cōueniant in naturalibus, naturalia nō probaſſent Chriſtum eſſe uerū Deum:

*Deus mentiri non poteſt.*

Vnde

Vnde ſi Chriſtus uoluiſſet probare ſe eſ ſe filium Dei, quoniam ſufferebat iniuri as, non fuiſſet ſignum ſufficiens: quia & multi alij tales reperiuntur: ſed quod ex quinq; panibus & duobus piſcibus, pa uerit quinque hominũ millia, & adhuc ſuperfuerint cophini duodecim: hæc euidenter demonſtrant ipſum eſſe domi num. quare, dixit: Opera quæ ego facio, nemo poteſt facere: uolens oſtende te ſe eſſe filium Dei. Item quod opera quæ fiunt uirtute dæmonum, non erant ſufficiẽtia ad oſtendendum dæmones: quandoquidem & talia etiam per naturam fieri poſſunt: ſatis probabiliter perſuadetur: quoniam Dionyſius, cuius doctrina poſt Teſtamentum uetus & nouum ſecundum ſacros doctores primũ locum obtinet, qui fuit maximus Ariſtotelicus, ut de eo refert Thomas in q. quæſt. 14. diſtinct. 2. Sententiarum ſemper inſequutus eſt Ariſtotelem ante mi raculum factum in Chriſti paſsione de eclipſi, ut ipſe memorat: & ipſi ualde nota erant iſta experimenta: quę tamen non mouerunt eum. Nam exercitato in

philo-

philoſophia, faciliter patere poteſt iſta non eſſe præter curſum & poſſe naturæ, quanquam rarò fiant: uerū tanta eclipſi uiſa, ſtatim mutauit ſententiam: Vnde ſtat noſtra 5. concluſio. Sexta concluſio eſt hæc: Quicquid affirmatū eſt per ſcripturam canonicam, & uniuerſaliter decretum eſt per ſanctam eccleſiam catholicam, illud totum firmum, ratum, ineuiſtabile, inconcuſsibile, & prorſus ſine aliqua dubitatione tenendū eſt: quicquid uerò damnauerit, à nobis reijciendū eſt. Concluſio patet: Nam ex principijs ueris non poſſunt ſequi falſa, cum ex ueris nil niſi uerū ſequatur. Cum autem fundamentum catholicæ Dei eccleſiæ ſit Chriſtus qui eſt pura ueritas, & dixerit Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus fidelibus, uobiſcum ero uſq; ad conſummationem ſeculi, & non permittat eccleſiā ſanctam errare in eſſentialibus, ideò cōcluſio uera. ex qua infertur Septima cōcluſio, ſcilicet, quod cum eccleſia dæmones & angelos eſſe determinet, & talia quæ dicta ſunt aliquando operari, ſine aliquo dubio uel ſcrupulo hoc firmiſsime tenē-

*Sexta cōcluſio.*

*Quæ dogmata tenenda ſint.*

*Septima concluſio.*

*Dæmones et angelos eſſe concedit author.*

me tenendum eſt. Et quamuis talia per naturam fieri poſsint, & de facto fiant abſq; eorũ præſidio, tamen ſi quod per eccleſiam determinatum eſt eſſe factũ per dæmones, uel per angelos, uel per naturam, ſicuti ipſa eccleſia præciſe determinat, tenendum ſic eſt. quandoquidem regulatur à ſyncero uerbo Dei & ſpiritu ſancto; in quo & à quo & p quẽ nulla poteſt eſſe falſitas. ſi autẽ ratio humana, uel authoritas aliqua, ſiue ſit Ariſtotelis ſiue Platonis, ſeu cuiuſcunq; alterius eſt in oppoſitum, ea nõ eſt admittenda, quoniã ab homine procedit, qui ut in pluribus eſt in errore, et in hoc caliginoſo & umbratili mundo uerum diſcernere non poteſt. Vnde ait diuus Auguſtinus 31. cap. 10. libri de ciuitate Dei, diuinæ authoritati, humana cedat fragilitas. Scimus enim uerè Chriſtum fuiſſe uerum Deũ: & uerè & certiſsimè ſcim9 ab ipſo nõ poſſe procedere mendaciũ: neq; in hoc captiuam9 mentes noſtras, uel ſaltem Apoſtoli & illi qui uiderunt. in reliquis uerò quę à Chriſto & eius eccleſia dicũtur & determinantur, ſi nobis

*Rationẽ uel authoritatem humanã nihil cõtra fidẽ & eius dogmata unquam ualere.*

*Chriſtianæ fidei certitudo.*

appare-

appareant impoſsibilia, benè oportet mentem captiuare. Quare, dixit Saluator Ioannis 15. Si non ueniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatum nō haberent: nunc aūt nō excuſationem habēt de peccato ſuo. Cū itaq; illum fuiſſe uerè Deū ſciamus, eius præceptis parere debem9: Nam ſecūdum Auguſtinum 32. libri 16. de ciuitate Dei, Diuino intonante oraculo, non eſt diſputandum, ſed parendum ſine mora, eius dictis ſine inquiſitione uel interrogatione adhærere debemus; quoniam, ut inquit Plato in Timæo impoſsibile eſt deorum filijs non credere, quanquam incredibilia dicere uideantur, quanto magis uerbo quod eſt ipſa ueritas? Ariſtotelem autem & Platonem ſcimus fuiſſe homines mortales, ignorantes, & peccatores, ueluti ipſi de ſeipſis dicunt. Quare, fatuum eſt in omnibus fidem eis adhibere, & præcipuè in his in quibus Chriſtianæ religioni aduerſantur. Et quamuis eorum rationes aduerſus religionem uideātur nobis apparentes, & fortaſsis neſcimus perfectam earum ſolutionem, unica ſolutio

*Chriſti præceptis parendum ſine diſputatione.*

*Ariſt. & Plato ignorātes. Ideo Hieron. philoſophos uocat hæreticorū patriarchas. Tom. 3. fol. 113.*

ſutio eſt, quoniam fidei aduerſatur, ergo quod dicitur ab eis falſum eſt. Impoſsibile namque eſt Deum mentiri, neque præſtigiari. Dicitur tamen ad illas primas rationes, & primitus ad primam, Deum & intelligentias ſiue bonas ſiue malas ſingularia cognoſcere. Cunqúe quærebatur de modo, quanquam diuerſi ſunt modi dicendi: mihi tamen ille ultimus uidetur probabilior, ſcilicet quod cognitionem ſingularium accipiunt á ſenſibilibus, ueluti & nos facimus. rationes autem quæ fiebant aduerſus hunc modum, procedunt ſecundum principia Ariſtotelis ſupponentis duo falſa: unum, quod Deus non poſsit agere præter communem ordinem naturæ, & abſque corporibus cœleſtibus: hoc autem monſtratum eſt eſſe falſum per quartam concluſionem. Alterum etiam falſum ſupponebat, ſcilicet, quod intelligentiæ non ſunt mutabiles, & quod nihil de nouo intelligant, quod ſolius Dei

*Vnica ſolutio aduerſantiũ noſtræ religioni.*

*Ad primam rationem cõtra fidem, reſpõſio.*

*Ariſt. falſa ſuppoſita.*

*Intelligentiæ.*

eſt proprium, cum in eo nullo modo ſit potentia. Cum autem omnia præter Deum quoquo modo potentia habeant, ſunt mutabilia, & aliquid de nouo recipientia: licet cum ſint abſtracta à materia, non ſunt corruptibilia. Veluti etiam corpora cœleſtia ſunt æterna, & tamen ſubijciuntur motui & nouitati. quare nouitatem ſuſcipiunt, neque, ut exiſtimo, omnia ſingularia intelligunt, ueluti neque nos intelligimus: neque uniuerſaliter ſingulare quod unus intelligit, alter intelligit. Vnde, quia fundabatur illa ratio ſuper immutabilitatem intelligentiarum, & hoc ſit falſum, ideo tota ratio perit. Ad ſecundam dicitur, quod fortaſsis cum illæ res naturales, & ſi ſunt ſenſibiles, tamen ex eorum paruitate nos latent, uel dæmones præſtigiant ſenſus noſtros. Et quamuis non ſit impoſsibile aliquem hominem ſic operari, ut angeli & dæmones in aliquo caſu operantur, uerisimilius tamen

*Ad ſecundam.*

eſt ta-

eſt talia operari per angelos & dæmones. Primò quoniam ſic determinat Eccleſia. Secundò quod ſint ſapientiores & magis callidi. Tertiò, quoniam ſint uirtuoſiores. quare, in tempore imperceptibili mouentur de oriente in occidentem. Nam ſi uenti & flatus ſunt tam ueloces, quæ ſunt corpora, quanto magis iſti ſpiritus quibus non eſt reſiſtentia, uel ſi eſt, quaſi nulla? Vnde uериſimiliter uidetur, per homines talia non poſſe operari. neque obſtat quod cum non ſint corpora, non poſſint moueri: quoniam motus iſte eſt alterius generis à motu poſito à philoſophis: de quo theologi abunde determinant. Quod uerò tertio & ultimo adducebatur, quoniam ſine eis poſſumus ſaluare apparentias: dictum eſt quod non omnes apparentię per dicta à philoſophis ſaluari poſſunt, ut per concluſionem quartam oſtenſum eſt. dicitur & ſecundò, quòd quamuis aliqualiter poſſunt

*Angelorum & dæmonum uis.*

*Angelorum motus.*

*Ad tertiam.*

# PERORATIO.

HAbes itaque compater chariſsime, quæ, ut mea fert opinio, Peripatetici ad ea quæ quæſiuiſti, dicere ueriſimiliter haberent. habes & quæ Veritati & Chriſtianæ religioni conſona ſunt. Quantum autem religionem attinet, ſi quid in his dictis noſtris offendetur, quod ſanctæ Eccleſiæ catholicæ aduerſetur, uel ei minus placeat, illud totum reuoco, & humiliter eius correctioni me ſubijcio. In his uerò quæ ad diſciplinam Peripateticam pertinēt, illud quod Ariſtoteles in ultimo capite Topicorum ſexti de Conuentionibus refert, obſeruari cupio: donec melior iſta appareat: quia meliori apparente, prior pareat. Sic quoque ego ſeruandum puto, ut noſtræ reſponſiones tam diu teneant, donec meliores reperiantur. Ego enim in

*Eccleſiæ iudicio ſe ſubijcit.*

Operis difficultas. hac materia uerius nihil quàm aliquid ab alijs accepi. difficile eſt autem inuenire & perficere. quare, ſat ſit inueniſſe, ſi non perfecerim. Nam ſcientiæ per additamenta fiunt. Et niſi Phrynis fuiſſet, ne Timotheus quidem, ut ſcribitur ſecundo Metaphyſices. De omnibus autem infinitæ ſint gratiæ ei qui ſine omnibus eſſe poteſt: nihil autem ſine eo neque eſſe neque imaginari poteſt: à quo omnia, & non ipſe ab aliquo: in quem omnia ordinantur: & ipſe in nihil ordinatur: eſt enim alpha & omega, principium, ſcilicet & finis: ſed ante principium nihil eſt: poſt finem non eſt finis, qui eſt Deus benedictus in ſecula ſeculorum.

Deo gratias agit.

Perfe-

PErfecta eſt itaque hæc noſtra lucubratio, quæ de Incantationibus nominari poteſt, per me Petrum filium Ioannis Nicolai Pomponatij Mantuani, in feliciſsimo Gymnaſio Bononienſi, in capella ſancti Barbatiani, die 16. Auguſti M.D.XX. anno octauo Pontificatus Leonis X.

FINIS.

Google

PETRI POMPONATII MANTVANI, DE NATVRALIVM EFFECTVVM Cauſis, ſiue de Incantationibus

FINIS.

# PETRVS POMPONATIVS DE FATO, LIBERO ARBItrio, & de Prædeſtinatione.

NOn de futuros eſſe ſcio qui me de Fato, de Libero arbitrio, & de Prę deſtinatione ſcribētem ſuperfluū perambitioſumq́ꝫ cenſeant. Nam quid in tam examinatis quæſtionibus dignum adduci poteſt ſcriptione, quod acutiſsime, grauiter, & copioſe à maioribus noſtris prius ſcriptū non ſit? Quare ſi ea quæ à priſcis ſubtiliter inuenta ſunt, etiam commemorabo, meritò cornicula pauonis amictū induta, & dicar, & habebor. Si autem mea recenſebo, (quādoquidem niſi futilia, & inania dicere poſsim) ab omnibus ſpernar, & irridebor. Verùm ijs uerbo Fabij Maximi reſpondendum puto: quem, quod

cum aduerſus Hanibalem non dimica-ret, de timiditate accuſaretur, ſic calumniatoribus dixiſſe ferunt: Imò ego longè formidoloſior eſſem, ſi ſcommata et conuitia ueſtra timerem. Quapropter neq; ego aliud ijs reſponſum uolo, niſi quod ſi maledicta ſua ab hoc noſtro inſtituto me retraherent, longè uanior & ambitioſior eſſem. Neq; enim tã grande opus aggredi, illud meum fuit conſilium, ſcilicet, ut apud Bibliopolas libri nomen meum celebrantes haberentur: ſed aduerſus ignorantiam meam murmurantis conſciẽtiæ ſcriptũ ad hoc me compulit. Namq; ut uerum fatear, & ignorantiam meam non erubeſcã, quanquam infinitorum pene auctorum ſcripta legerim, minimè tamen mihi ſatisfacere potui. Quare cũ peculiares dubitationes aduerſus eorum dicta haberem, eas omnes in unum redigere uolui, atque libellum compilare, non quidem ut alios doceam, quandoquidem inſcius ſum: ſed magis ut me ignorantem alij doceant. Etenim ſi corpore laborantes tam ſtudioſe ſanari procurant: quanto

igitur

Igitur magis qui nomen philoſophi cõſequi deſiderat, ignorãtiam atq; errorẽ formidare debet. Nam quanto humanus animus ſuo corpore præſtat, tãto ſanitatem ſuam antecellit. Et quanquam præclara Græcorum & Latinorum, imò ferè uniuſcuiuſq; gentis ingenia, de ijs tractatus compoſuerint: qui tamen nuperrimè ad manꝰ noſtras peruenit hãc materiam pertractans, Alexandro Aphrodiſio aſcriptus, qui quanquam (ut mea fert opinio) nihil ſcribat, quod & à noſtratibus non ſcribatur. Quia tamen nihil niſi Peripateticum adducit, & admodum copioſe: ideo in primo hoc noſtro uolumine, ad eum duntaxat uertet ſermo. In cæteris uerò libris, paſsim & de Peripateticis & nõ Peripateticis tractabimus. Et unuſquiſq; liber in fronte oſtendet, quid in libro illo agẽdum ſit, uelut in ſubſequẽtibus manifeſtabitur. Deo itaq; opitulãte, rẽ ipſã aggrediar.

*Caput primũ, in quo colligũtur quaſi per concluſiones, quæ in proœmio Alexandri continentur.*

QVoniam, ueluti in Præfatione diximus, huius noſtri inſtituti intẽdimus pro uiribus noſtris examinare ea quæ dicuntur ab Alexãdro Aphrodiſio in ſuo libro de Fato, & Libero arbitrio: ideo ſigillatim unũquodq; eius capitulum ponemus, non omnia eius uerba referendo, ſed duntaxat ſententiam: & colligẽdo eius dicta ſummatim, & quaſi per concluſiones. Primũ itaq; â procœmio eius incipiẽtes, dicimus, ut nobis uidetur. Alexander in prima parte ſui procœmij aperta adulatione adulatur utriſq; Cęſaribus, ſcilicet diuis Seuero, & Antonino, cum ſacrificium eis ſe afferre dicat: hoc enim ſolis dijs conuenire uidetur. Secundò proponit, quod in hoc ſuo libro uult determinare, quantũ de Fato, & Libero arbitrio. & quãq; aliorũ philoſophorum, utpote Stoicorum dicta recenſebit: tamen Ariſtotelis ſententiam pręcipuè tuebitur, & aperiet. Tertiò, ex duobus placitũ de Fato, nulli ſecũdum, ordinat. Primò, ratione neceſsitatis eius, quandoquidem ubiq;, & circa omnia uerſetur. Nec enim

eo dem

eodem modo circa agenda ſe habent, qui omnia neceſsitate & fato fieri credunt, & qui putant, aliqua nullis etiam præcurrentibus cauſsis fieri poſſe. Secũdò eandem conſiderationem de Fato commendat ex non facili inuentione ueritatis, imò difficilimo, cum utriꝗ opinioni multa ex his quę euidentiſſima ſunt aduerſentur. Quartò, aſsignat rationem, cur cum Ariſtotelis opinionem ſolam ueram eſſe exiſtimet, Stoicorum tamen placita cum fundamentis ſimul adducet: & eſt, ut dictorum aduerſariorũ oppoſitione, ueritas nobis apertior fiat, ac dilucidior: quoniam cõtraria iuxta inuicẽ poſita, magis eluceſcũt, ſecundum tritum prouerbiũ. Quintò dat modum, quo proceſſurus eſt in hoc ſuo examine: quoniam nõ per modum demonſtratiuum, ſed ſolum ad certiorem doctrinam intendentem ſermonem. Quod fortaſsis altera duarum cauſarum dixit, aut ad euitandum arrogantiam & modeſtiam Philoſophicam ſeruando, aut quoniam Fatũ eſſe (ut pòſt dicit) nõ eſt ſtabile, neꝗ quid ſit Fatum

ipſum ſed tamen Dialecticè procedendo, hæc duo declarando, & ad obiecta reſpondẽdo, ueluti eſt natura procedẽdi in per ſe notis, aut quaſi per ſe notis: ſicuti Auerrois quoque in quamplurimis locis teſtatur. Sextò (ut mihi uidetur) iterum ipſis Cæſaribus adulatur cũ eodem inſtituto, ſcilicet per magis certa procedere ipſos in omnibus ſuis actionibus dicat, adeò ut nulla ſit actionum ſuarum inuenire, quæ uiſionem intentioni ueritatis proponat. Septimò & ultimò eoſdem Imperatores deprecatur, ut ſi quid eius Alexandri dictis addendum eis uidebitur, aut quod maiorem declarationem faciat, aut quod melius dici uideatur (quandoquidem omnia uno libro cõplecti non poſsint) reſcribere dignẽtur Hæc (ut puto) ſummatim in illo procœmio continentur.

*Caput ſecundum, in quo ponuntur ea quæ in ſuo primò capite continentur.*

RVbrica primi capitis eſt, Non eſſe inquirendum, an ſit Fatum, ſed q̃d ſit.

ſit. Quare, Alex.ſic procedit ad primũ: Fatum eſſe aliquid, & cauſam à qua rerum quædam fiunt, ſatis cõfirmat communis hominum exiſtimatio. Et quoniam quis dicere poteſt, hæc non uidentur probare Fatũ eſſe, non tamẽ uidetur bene inferri ex cõmuni exiſtimatione, ſic rem eſſe. quare Alexander ſubiungit: Nec tamen uana aut omnino à uero remota eſt cõmunis hominũ natura, ſecundũ quã de aliquibus inter ſe cõſentiũt. Deinde excipit aliquos ab hac regula, ſiue declarat, cur aliqui à cõmuni ſententia hominũ diſſentiãt, quibus fides tñ non eſt adhibenda: & ideo ſubiũxit: Et inter hos illi præſertim, qui nõ ob aliquas prius æditas ab eis opiniones, ut earum conſequentiam ſeruent, aliter dicere forte coacti ſunt. Et exemplificat de Anaxagora Clazomenio, q̃ cõmuni hominũ credulitati de Fato aduerſatus, nõ extitit fide dignus. Aſſerit tamen nil Fato fieri, eorum quæ fiunt: ſed uanum penitùs eſſe nomen, & (ut puto) uult Alex. dicere, ideo Anaxagoram ſic dixiſſe, ut tueretur aliquod aliud

ab ipſo dictũ, in quo uel apertè, uel conſequẽter negabat Fatum. Si quis autem diceret, pugnantiã eſſe in dictis Alexandri; in Rubrica nãq;, & in alijs locis, nõ eſſe inquiſibile, an ſit Fatum, ſed ſupponẽdum: uerum cum hic probet Fatum eſſe; cũ nihil probetur quod non ſit inquiſibile, (cum Poſter. 2. quęſtiões ſunt æquales numero ijs quæ uerè ſcimus:) Fatum igitur eſſe, eſt inquiſibile. Huic puto eſſe dicendum ſecundum ſententiam Auerrois 3. Com. 1. Phyſicorũ, & ex multis alijs locis, iſtam uerè non eſſe probationem, ſed tamẽ aliqualem manifeſtationẽ, qua utimur in per ſe notis, uel in his quæ ſunt per ſe nota. Quæ aũt talia ſint genera argumentationum (ſi argumentatio licet appellari) non eſt præſentis inſtituti. Et ſic dictum ſit de primo, uidelic. quod Fatũ ſit. Secũdò Alexander dicit, quòd quãq; fere omnes Fatum eſſe concordes dicant, diſconueniunt tamen in Fati quiditate, & in quib9 Fatum inueniatur; imò aliqui ſub ipſis met aliquãdo diſcõueniũt, & diſſentiũt: nam ad occaſiones, & occurrentes for-

tunas, opinionem de Fato transferunt. Per hæc (ut exiſtimo) uoluit Alexander dicere, q̃d unus homo aliquãdo credit oĩa Fato fieri, aliquãdo uerò nõ credit, utpote cùm ſibi aduerſum & ſiniſtrum contingit, transfert hoc in fatũ, creditq́ ipſum ineuitabile eſſe: cũ uerò proſperum & dextrum prouenit, exiſtimat illud eueniſſe ex ſuo conſilio, & prouidẽtia: & ſic ſibi non conſtat, & ſecundum euentuum uarietatem mutatur in fati opinionem. Tertiò ut mihi uidetur Alexãder connumerat opiniones diuerſas de Fato. Vna eſt, quòd quidam exiſtimauerunt omnia quę fiunt, Fato fieri, ipſumq́ eſſe quandã ineuitabilẽ cauſam, & irrefragabilem. Secũda eſt aliorum, qui nõ omnia Fato fieri autumãt, ſed etiã alias eſſe eorũ quæ fiũt cauſas opinantur, nec Fatũ, quid eſſe ineuitabile, & firmũ ponunt, ſed eorum quoq; quę Fato fiũt, aliqua non Fato fieri, ſed præter ſortem & fatum, ut poetę dicũt. Hoc fortaſsis Alex. dicit, quoniã fatum apud Poetas idem eſt quod naturale: & prętet fatum, quòd uiolentum & nõ

naturalem, ut eſt illud apud Virgilium 4. Aeneid. circa finẽ: Nã quia nec fato, merita nec morte peribat. hoc eſt, morte non per naturã ei debita, ſed uiolẽta. Et Ouiduis: Eſt aliquid fatoq́ ſuo, ferroue cadentem, In ſolita moriens ponere corpus humo. Fato ſuo, hoc eſt, morte ſibi ex natura decreta. Tertia opinio eſt aliorum, quibus omnia quæ fiũt, fato uidẽtur fieri, & ijs maximè, quæ à fortuna ſunt aduerſantur: in his autẽ quæ ad agendum propoſita ſunt, rectè agentes, ſeipſos rectorum actuũ cauſas eſſe exiſtimant: quandoquidem hęc nõ occuriſſent quæ occurrerũt, niſi hęc potius egiſſent quàm illa, cum æquè & nõ agendi facultatem haberent. Hęc autẽ tertia uia non uidetur mihi differre à prima, niſi quantũ declarat, quomodo cõſilium noſtrum, & Liberum arbitrium ſubijciantᷓ fato: & quod fato fieri, & cõſilio fieri, non habent inuicem pugnantiam: quãdoquidem & quod ſic taliter conſultamus, fato euenit: niſiq́ ſic conſultaremus, nõ eueniſſet quod euenit, & præcipuè in recto conſilio. Hoc autẽ
diſtin-

diſtinctè non ponebat in prima uia, & fortaſsis quod ſecũdum primã uiã dicẽdũ eſt, noſtrũ cõſiliũ nihil eſſe, q̃nia ſiue cõſultemꝰ ſiue nõ cõſultemꝰ, nõ minꝰ euenit, quod tamẽ repugnat tertiæ uię. Mihiq; uidetur, quod prima uia ſit uia uulgarium, qui dicunt noſtra cõſilia nihil eſſe, ſed eſſe ex toto uana. Tertia uerò uia, eſt uia Stoicorũ, & Peripateticorum, dicentium, ſine conſilio res humanas non euenire, & ipſa conſilia eſſe etiam fatalia. Quam opinionem, infrà Alexander intendit deſtruere Quartò Alexander infert cauſam, quare de Fato diſputandum ſit, dicens: Ob hanc inter Philoſophantes diſcordiam, neceſſaria eſt de Fato inquiſitio nõ an ſit, ſed quid ſit: & in quibus eorũ quę fiunt & ſunt, eiusmodi natura reperiatur. Quintò epilogat circa capitulum, dicens: Manifeſtũ eſt eſſe Fatũ, ipſumq; eſſe cauſam eorum quę fiunt, omnesq; qui ipſum eſſe confitentur, unanimiter hoc concedũt, quanquam non omnes eodem modo ponant, ut ex dictis apertum eſt.

Caput

### *Caput tertium, in quo ponitur ſecũdum capitulum Alexandri.*

COncluſo in primo capite, Fatum eſſe cauſam: in hoc ſecundo uult declarare, in quo genere cauſę fatum ipſum reponendum ſit. Ideo in Rubrica dicitur: Quatuor eſſe omnium cauſarũ genera, & fatum agentibus cauſis annumerãdum eſſe. Primò itaq; Alex. diuidit cauſam in ſua genera: quoniã eſt cauſa de numero multipliciter dictorũ, nullumq; talium notum eſſe poteſt abſque propria diuiſione prolatum. Secũdo dicit cauſam diuidi in quatuor modos, ut Ariſtot. demonſtrauit, uidelicet in Agentẽ, in Materialẽ, in Formalem: ſiue in eam quæ ſecundum ſpeciem, & in finalem, cuius gratia fit quod fit. Tertiò, inductione & exẽplo probat dictũ numerum: quæ omnia cum ſatis aperta ſint, aliter in hoc non extendam ſermonem meum. Quartò & ultimò concludit, in quo genere cauſę ſit ipſum fatũ, dicens: Cũ igitur tot ſint cauſę, differẽtiamq;

tiamq; inter ſe notã, habeãt, Fatum inter agentes cauſas meritò numerauimus, conditoris ſtatuę artificis rationem ſeruans ad ea quæ ab ipſo fiunt. Alex. (ut mihi uidetur) nulla uſus eſt probatione ad hoc: quoniam ſi cauſa eſt fatum ueri ſimiliter ad nullum aliud genus reduci poteſt, prętereq; ad efficientem cauſam, ut patet diſcurrenti per alia genera. Amplius ex cõmuni hominum conceſsione hoc patet: quoniã omnes qui ipſum ponũt eſſe, efficiẽtẽ cauſam eſſe ponũt.

*Caput quartum, in quo continetur tertium capitulum Alex.*

CVm Alexander in præcedenti capite concluſiſſet, Fatum ipſum eſſe de numero cauſarũ efficientium: nũc in hoc ſuo tertio capite uult declarare, in quẽ modum efficiẽtium cauſarum, Fatum reponendum ſit: nam & efficiẽs cauſa multos habet modos, unde & in Rubrica dicitur, quot ſint agentes cauſæ, & ſub qua earum Fatum contineatur. Primo itaq; loco pręſentis capitis ſu am

am proponit intentionem, dicēns: Con ſequēs fuerit de agentibus cauſis ſermo nem facere, ſubiungitq́ rationem: Sic enim manifeſtum fuerit, an omnium quæ fiunt, cauſam Fato deputemus: aut etiam aliæ præter ipſum cauſæ ſint concedendæ.

Secundò ponit diuiſionem quandā, quam & Ariſtot. in 2. Phyſicorum ponit, de effectricibus cauſis, uidelicet, q̄d aliquæ agunt gratia finis, cum effectum intendunt: aliquę uero, nullius gratia: Eiusmodi aūt ſunt, quæcunq; nō ex intentione aliqua ab agente fiunt, nec ad aliquem finem determinatum referūt, eius modi ſunt fructuum quorundam attrectationes, & circumuolutiones, capillorum contactus, & extenſiones, & his quęcunq; ſimilia, quæ quod fiant nulli dubium eſt, non tamen finem habēt & cauſam, quę hoc uerbo (eiusmodi gratia) nuncupatur. Quæ ergo ſic inconſiderate fiunt & ſimpliciter, nullam habent diuiſionem, quę ratione aliquā comprehendi poteſt.

Tertiò Alexander ſubdiuidit efſe-

fectricem cauſam, quæ cuius gratia agit: quoniam aut à noſtra agit, aut à ratione proficiſcitur.

Nam quæ naturam habent, ſuæ generationis cauſam numero quodam & ordine in terminatum finem protendunt: ad quem cum peruenerint, à generatione quieſcunt: niſi quid naturale hoc ipſorum iter in præſtitutum finem impediat. Quæ etiam ratione fiunt, finem aliquem habent: nihil enim eorum quæ ratione fiunt, aliquo non propoſito fine fieri poſſunt: ſed ad aliquam intentionem hæc omnia referuntur. Ratione namque fiunt, quæcunque ab agentibus fiunt, quæ de hiſce ratiocinātur atque componunt, quó nam fieri pacto poſſent. Sic fiunt omnia quæ ab arte & uoluntate fiunt.

Quartò Alexander ponit differentiam inter ea quæ ratione fiunt, & ea quæ natura fiunt, dicens: quod quæ natura fiunt, factionis in ſe principiū & cauſam habent: eſt enim huiuſmodi principiū natura, & fiunt quidē ordine quodā, nō

tamen

in, quod natura ipſorum operatrix ueluti ars ratiocinatione utatur. At ea quæ arte fiunt & electione, non intrinſecum, ſed extrapoſitū habent hoc principium, & cauſam agentem, & ab agente fiūt, quod de ipſorum factione ratiocinatior atq; diſcurrit. Quintò Alexander uult quod caſualia & fortuita reponantur in numerum Cauſarum effectricium, quæ agūt in ratione finis, dicens: In his quę gratia cuius fiunt, numerant quę à fortuna & caſu fieri credita ſunt: hac differentia ab ijs quę principaliter alicuius gratia fiunt, quod in illis omne quod ante finē fit, finis gratia fit: in his uerò ea, quę ante finem fiunt, alterius gratia fiunt: ſed occurrit eis alterius gratię factis, ut finis ſit, id q̄d fortuna caſuue fieri dicitur. Sexto Alex. his diuiſionibus poſitis, uenatur in quo membro dictarum diuiſionum Fatum ipſum reponēdum ſit. Et primò excludit fatum ab illo membro primę diuiſionis, ſcilic. quod non agat gratia alicuius. & eius ratio eſt: quoniam ſemper in aliquo fine fati nomine utimur, cum ipſum fatū eſſe

eſſe dicimus: iccirco in iis quæ gratia alicuius fiunt, fatum eſſe reſpondeamus.
Septimò indagatur, an fatum ipſum uniuerſaliter ſit in omnibus, quæ propter finem agunt: ideo à membro ſecundo, ſcilicet à ratione, fatum ipſum excludit, & utitur his rationib9: Quæ Fato dicũtur fieri, non poſſunt non fieri; ſed quæ à ratione noſtra fiunt, hoc ipſo ſecundum rationem fieri uidentur, quod qui agit, ea quoque non agendi facultatem habet: quæ enim ab artificibus ex arte fiunt, non uidentur ab iis neceſſario fieri: ſic enim agunt ſingula, ut æque etiam poſsint illa non agere. Quare ſequitur, ut quæ à ratione noſtra proficiſcuntur, à fato non proficiſcantur. Secundò probat, ducendo ad inopinabile, dicẽs: Nõne præter ea domum ſcamnumue ut fato dicat fuiſſe facta, aut lyrã fato concinnẽ compactam eſſe. atqui eorum quib9 uoluntas dominatur, & præeſt fatũ eſſe cauſã minimè dici poteſt, aut alias præcurrentes cauſas externas, aut principia, quod omnino uel fiant, uel non fiant aliqua ex his: nullum enim ipſorum

noſtræ opinionis eſſet,ſi hoc modo fierent. Octauò & ultimò per ſyllogiſmũ diuiſiuũ concludit in quo membro Fatum reponendum ſit:quoniam in ijs tãtum eſt fatum, quæ natura fiunt. Dicit igitur:Relinquitur igitur,fatũ in ijs eſſe dicere,quæ natura fiunt,ut idem fatum & natura ſint:nam quod fatale eſt,ſecũdum naturam eſt : & quod ſecundum naturam,fatale eſt:hominem namq; ex homine,& equũ ex equo generari non dicitur ſecundum naturam eſſe,non autem ſecundum fatum : ſed concurrunt hæ duæ cauſæ inuicem, ut ſolo nomine differentiã habeãt. Idcirco & primę ſecũdum naturam generationis ſingulorũ cauſę diuina ſcilicet corpora, & horum ordinatiſsima circumlatio & fati quoq; eędem cauſæ dicuntur: omnis enim generationis principium eſt diuinorum ad hęc ipſa mundana,certa ſecũdum motum ratio atq; reſpectus.

*Caput quintum, in quo ponitur quartũ capitulum Alexandri.*

Vi-

VIſo itaq; quod ſatum eſt cauſa, & nō ea quæ agit ſine fine intento, imò eſt agens gratia cuius: cūq; tale ſit agēs natura, aut à propoſito, fatumq; nō ſit agens à propoſito: reliquum eſt, ut ſit agens natura. Quare nūc modò uult in quarto capitulo concludere, quod rationabiliter quod dicitur de natura, etiam dicitur de fato. & hoc ſinuatur in Rubrica quæ dicit, Fatum non eſſe cauſam neceſſario cauſantem, ſed ut plurimum, quēadmodum & natura. Alex. itaq; primò proponit ſuam intentionem, dicēs: Cum ergo in his, (ſcilicet in numero cauſarum efficientium) & huiuſmodi (.i. talium efficientium) fatum ſit, neceſſe eſt, ut ſe habeant quæ ſecundum naturam fiunt, ita etiam ſe habere & quæ ſecundum fatum ſunt. Secundò declarat, quomodò ſe habeant quæ natura ſunt: uultq; iſta ex quo neceſſario fiunt, ſed plerumq; uno modò fiunt, quare ut in paucioribus deficiunt. cum itaq; ut plerumq; fiunt, ſecundum naturam dicuntur fieri: cum uerò ut in paucioribus, præter naturam fieri nuncu-

pentur: ueluti & ea quæ arte fiunt, aliquando ſecundum artem dicũtur fieri, & hoc eſt quaſi ſemper: aliquando autem præter artem, & hoc eſt raro, cũ peccatum accidit in arte, & pręter uoluntatem. Tertio oſtendit Alexander ſimile eſſe in his quæ Fato fiunt: quandoquidem dictum ſit, Fatum & Naturam idẽ eſſe. & quoniam aliqua ſe tenent ex parte animę, & aliqua ex parte corporis, ideo in utriſq; hoc oſtendit. In homine itaq; aliquo, quoniã eſt eius corpus cõpoſitum ex quatuor elemẽtis, ſi contingat ex debita commixtione faciẽte pro uita, longam degere uitam, hic & ex fato longam deget uitam, quoniam & ex natura ſic diſponente, non tamẽ neceſſario: quoniam eſt materia uariabilis & multis malis ſubiecta, quæ poteſt impediri, quare ſi non impedietur, dicetur ſecundum fatum ſuum uitam duxiſſe, & mortuum eſſe: ſi uero hic uel aliter homo ex principijs generationis ſit ægrotatiuus, quãtum eſt ex eius fato, malam ducet uitam. Verùm quoniam non neceſſario (amoueri namq; hæc poſſunt, adhi-

adhibita ſuper his diligentia, & per aëris mutationes, & medicorũ inſtitutiones & pręcepta, ac etiam ipſorum Diuinorum uota) ideo præter fatum uiuere & mori poteſt. non minus & idem ex parte animę oſtendit Alexander: nã penes naturales præparationes diuerſas in ſingulis, fiunt & diuerſæ electiones, actiones, & uiuendi cõſuetudines. quare ex natura aliqui ſunt audaces, aliqui uerò incõtinentes, aliqui auari, & ſic de cæteris. Verùm quoniam hæc nõ neceſſitant, ſed tantum inclinãt & diſponũt: ideò qui natura eſt audax, & ſe periculis obijcit, ſecundùm fatum uiolentam mortem incurrit: præter autem fatum euitat: & qui natura incontinens eſt, ſecũdum dolorem ſuſtinebit, & mala patietur: præter fatum autem contrarium eueniet. Auarus item ſecundum fatum iniuſtus uiuet, & præter fatum mutata conſuetudine iuſtus uiuet Quartò Alexander quæ dicta ſunt, probat ex ipſis uatibus. Qui cùm aliquem dictorũ præmonuiſſent, utpote audacem uiolẽtam mortem paſſurum, niſi ſibi præcaueret:

cumq́ admonitus talis in tale fatum inciderit, dicunt uates iure hoc ſibi contigiſſe, ipſumq́ ſibi cauſam mortis præbuiſſe. Quintò & penultimò Alexāder reſpondit quantum ueritatis contineāt dicta uatum, dicens: Nam ipſos uates, eorum quę fato fiunt, nuncios eſſe, ueluti eos, quos Phyſiognomonas, hoc eſt, naturæ interpretes appellam9. Narratq́ hiſtoriam Zopyri Phyſiognomi, & Socratis Philoſophi. Zopyrus namque cum quædā abſurda de Socrate dixiſſet, quę ab eius propoſito in uita ſemota erant: & ſuper his à Socratis auditoribus derideretur: reſpondit Socrates non eſſe mentitum Zopyrum: Fuiſſem enim naturæ ratione huiuſmodi, niſi ex Philoſophię ſtudio meliorem fuiſſem naturam adeptus. Sextò & ultimò Alexander epilogat, dicens: Hęc eſt, ut perſtrictim & per capita dicamus, Peripateticorum de Fato ſententia. Hęc Alexander. Hic eſſet indagandum, quomodo uota poſſūt amouère fatum, & quomodo preces dijs factę ualeant, cū ſint dij apud Ariſtotelem omnino immutabiles.

biles. Verùm quoniam de his abundè diximus in tractatu quem edidimus de Incantationibus, ideo nunc pertranſeo, ne idem inutiliter repetatur.

*Caput Sextum, in quo primò recitatur, quid in capite quinto dicat Alexand. & eſt etiam noſtrũ examen.*

HVc uſq; Alexander conatus eſt oſtendere, quid ſit fatum ſecũdum Ariſtotelẽ: & hoc quaſi à priori & per uiam diuiſiuam, quę (ut dicit 2. poſteriorum) eſt definitioni propria. Nunc uerò quaſi indirectè eam probat per locum à contrario, & per contraria ſentientes: et ſemper uel quaſi ſemper utitur argumẽto ducente ad incõmodum ſiue ad impoſsibile, quod eſt ualde proprium huiuſmodi diſputationibus. Et primò q̄d dato fato aliter, quã dictum ſit, & quod detur Stoicorum opinio, tunc auferuntur caſus & fortuna. & hoc eſt, quod dicitur in Rubrica iſti9 capitis quinti, quę dicit: Qui fato omnia fieri putant, auferunt caſum & fortunam. In prima ita-

que parte quaſi procemizat, & duo facit. Primò namq; proponit intentionē, & cauſam intentionis. Intentio eſt præcedentibus propoſitorum demonſtrationibus, addere ſequentia incomoda, his qui omnia fato fieri dicunt. Huius autem ratio eſt, quoniam dictorum manifeſtior fiet probatio: ſic enī ſermonē permiſcendo, ex ſermonum collatione ueritas manifeſtior fit, neq; eorundem ſepius meminiſſe cogemur. & in his (ut mihi uidetur) facit auditorem docilem. In ſubſequenti uerò parte facit auditorē attentum, deteſtando Stoicos, & in extollēdo Ariſtotelem. dicit itaq; mirum eſſe, quod aliqui (utpote Stoici) cupiat appellari Phyloſophi: qui ſcilicet Phyloſophi omnib9 alijs præſtant in noſcēda ueritate, & iſti opinionem ponant et tueantur, ad quam ſolos inter uulgares confugere uidemus; qui nihil ſibi dextrum cognoſcentes, in ipſum fatū, cauſam occurrentium ſibi malorum, transferunt. Amplius hęc opinio nec ſenſib. cōſonat, nec probabiles habet aliquas demonſtrationes. imò & id, quod in nobis eſt,

bis eſt, tollit, id eſt, Liberũ arbitriũ. Subiungitq́ᵹ, ſi hoc Stoicorum placitũ credatur, quę nam altera maior extra rationem iacturæ fieri poſſet. Secundò Alexander accedit ad rem, uultq́ᵹ quod aſſertores fati non poſsint ſeruare ſecũdum rem, ſed tantũ ſecundum nomen, fortunã, & caſum. quod ſi ſeruarent, eſſet deſtruere & non ſeruare nomẽ namq́ᵹ nõ eſt idẽ, niſi ſeruetur & ſignificatio. Auferre autem ſecundum ſignificatum, caſum, & fortunam, paſsim Philoſophis & uulgaribus eſt contradicere. Tertiò quod dixit Alexander, per multa dicta probat, uerùm perſtringendo, hęc eſt ratio. Nihil quod fit à cauſa determinata, fit à caſu uel fortuna: omne quod fit ſecundum ponentes ſic fatum fit à cauſa determinatâ: ergo nihil quod fit, à caſu uel à fortuna fit. Maior ab omnibus eſt conceſſa: quãdoquidem caſus & fortuna ſint cauſæ indeterminatæ. & eã multis exemplis Alexander declarat, quæ clara ſunt in litera. Minor uerò eſt ipſorum Stoicorum, qui ponunt omnia eſſe determinata & certa, quę euitari non

poſſunt: cauſasq́ habent determinatas, curruntq́ curſu infallibili ac ineuitabili: quare ſequitur concluſio. Quartò idē Alexāder ponit, quomodo Stoici cum ſuo fato ſeruent caſum & fortunam. unde ad rationem negant maiorem: quod habet cauſam determinatam, non eſt à caſu uel à fortuna, illa enim nō propria caſus & fortunę ſignificatio: ſed quod eſt à cauſa determinata, & nobis incognita, illud uerè eſt caſuale & fortuitū. Innumera uerò talia ſunt ſecundū Stoicos. Verùm Alexāder multipliciter conatur deſtruere hanc defenſionem. Primò quidem, quoniam ſic credens ſeruare nomen caſus & fortunæ, ſeipſum decipit, & alios in errorem inducit. Nam ea apud homines nō eſt ſignificatio caſus & fortunę. Homines namq́ non dicunt illud eſſe caſuale & fortuitum, cuius cauſam non cognoſcunt: ſed illud eſſe caſuale dicunt, quod dicunt cauſam non habere, uel cauſę quę talem effectū produxerunt cōnexionem non habēt. Secundò, quoniam caſualiū & fortuitorū effectuum cauſę non ſunt ignotę,
imò

imò ſunt aliquando notiſsimę: ueluti quod Calias fodiens terram, theſaurum inuenerit, non eſt occultum quę cauſæ produxerint hunc effectum. Effectiua namq; cauſa eſt effoſsio terræ, facta à Calia. Materialis uerò, quoniam theſaurus ibi reconditus fuerat. Quare notiſsimę ſunt. Sed ideo caſuale uel fortuitum dicitur, quoniam hæ cauſę non ordinatę erant ad talem effectum, horũq; connexio in cauſis reduci non poteſt. Tertiò alio exemplo probat, quoniam appẽſilia, incantationes & magica, incertã incognitãq; cauſam habere dicuntur: nõ enim uidetur ſcibile per quã cauſam hæc fiant, cum tamen exiſtimẽtur hęc à determinata cauſa fieri, licet ignota. quo fit ut quę à fortuna fiunt, nõ quia occulta ſit cauſa ſic fieri dicit: ſed quòd careant cauſatione progredientis & principiantis cauſę. Poſtęa epilogat, dicẽs: Eiuſmodi igitur ſunt, quę de fortuna ab ipſis dicuntur, & ita poſitis conſonantia. Huic autem ſententię aſtipulãtur ea quę ab Ariſtotele in fine primi libri Perihermenias dicuntur. Infert enim

enim,ſi omnia determinata ſunt ueritatis nihil caſu fieri. Et in 6. Metaphy. destruit hãc opinionem de Fato,ut eſt ibi uidere per longũ proceſſum. Auerrois quoq; in locis hic citatis Ariſtotelis dicta commendãdo,idem ſentit. & in 98. Comm. 2. Phyſicorum in fine Cõm. dicit:ſermo autẽ dicens quod omnia ſunt neceſſaria,nullus eſt,& deſtru ĩ in Metaphy. Boëtius quoq; in Cõm. libri Perihermenias,& in 4. de Conſolatione idẽ aſſerit,et omnes fere Ariſtotelis interpretes. Verùm quoniã (ut in procemio diximus) multam mihi inferunt dubitationem huiuſmodi dicta, ideo in unaquaq; parte, in qua nihil continget dubitare,dubitationem ponam: non minus, & quomodo mihi uideantur rationes Peripateticorũ poſſe ſolui: no quidem (ut dixi) ſtudio alios docendi, ſed magis ut alij doceant me. Quare in ſubſequentibus capitulis, in quibus aduerſus Stoicos Alexander argumentatur, tria faciam. Primò ponam capitulum Alexandri ſummatim. Deinde argumẽtabor contra eius dicta. Tertiò reſpondebo

debo ad obiecta ſua. & ſic faciã. In hoc capitulo itaq; primo ſecundum aggrediar. Alexander in hac ſua argumentatione uult caſualia & fortuita nõ habere determinatam cauſam, neq; eſſe per ſe intenta. Contra hoc multipliciter arguitur. Primò ſic, illud de quo poteſt haberi perfecta ſcientia tanquam de concluſione & affectu, habet cauſam per ſe & determinatã: caſualia & fortuita ſunt huiuſmodi, ergo habent cauſam per ſe & determinatã. Maior ex primo Poſteriorum eſt per ſe nota: quoniã ſcire propriè eſt, cum cauſam opinamur cognoſcere, per quam res eſt: & demonſtratiuus Syllogiſmus eſt ex cauſis proprijs, & per ſe. Minor etiam probatur: nã Ariſtoteles ipſe in 4. de Generatiõe animalium capite 4. diſputat aduerſus Democritum de cauſis mõſtrorum, eumq; impugnat, & ponit ueras cauſas monſtrorum. Albertus quoq; capite 3. tractatus 3. libri 2. ſui Phyſicorum, diffuſe dat cauſam monſtrorum. Verùm & hoc ratione probatur. Quoniam ſi ſumantur omnes cauſæ effectus caſualis, ſemper
& de

& de neceſsitate ſi ponantur, ponitur et effectus: ſunt cauſæ per ſe & determinatæ, ergo quilibet effectus caſualis habet cauſam determinatam & per ſe: cum cætera pateant, Minor manifeſtatur. Sumpta namque inuentione theſauri à fodiente terram, ut faciat ſepulchrum: ex qua quanque effoſsio terræ non ſemper induc at hũc effectum, qui eſt inuenire Theſaurum: tamen ſi in tali terra uel quauis alia eſſet aurum ibi abſcõditum ſemper ſic fodiẽs ibi terram, inueniret Theſaurum: & hoc eſt, quoniam ibi non ſumebantur omnes cauſæ inuentionis Theſauri: hic uerò ſumitur. quare ſi totum ſumatur & non pars, inuẽtio Theſauri habet cauſam per ſe & determinatã. & ſicuti dicitur de hoc effectu caſuali, ita dicitur de quocunque. quare omnis effectus habet cauſam per ſe & determinatã. Cõfirmatur, Illud quod cadit ſub arte & ſcientia, habet cauſam per ſe, ut etiam ab aduerſarijs conceditur: ſed inuẽtio Theſauri cadit ſub arte & ſcientia: Albertus namque in 3. libro ſuorum Mineralium cap. 1. dicit, Magicam eſſe ſciẽ

tiam,

tiam, & ipſa docet theſauros inuenire. Amplius monſtra à peritis Aſtrologis prædicuntur. Hoc autem eſſe non poſſet: niſi haberent cauſam in ſyderibus. ergo idem quod prius. Præterea quod monſtra ſint per ſe intenta, & habeant cauſam per ſe: ex hoc apparere poteſt, quoniam diſcurrenti per hiſtorias, nũquam talia apparent, quin magna ſubſequantur: quare nõ minus Ariſtot. in libro de Animalibus, aliquando talia appellat oſtenta, aliquando portenta, aliquando monſtra, aliquando prodigia, ueluti & alij nuncupant. At (ut refert Auguſt. capite 8.21. libri de ciuitate Dei) ideo homines monſtra appellant: quia aliquid ſignificando demonſtrant: & oſtẽta ab oſtendendo: & portenta à portendendo, id eſt, futura præoſtendendo, & prodigia, quod porro dicant, id eſt, futura prędicant. Idem & Auguſt. cap. 8.16. lib. de ciuitate Dei, & 8. cap. 21. eiuſdem de ciuitate Dei, uult eſſe per ſe intẽta, & ad finẽ producta. Quare ex omnibus colligitur, quod dicta ab Alexandro nõ cõtinent ueritatem. Præterea caſualia &

fortui-

fortuita ſemper fuerũt, & ſemper erũt, nihilque eſt caſuale ſecundum Indiuiduum, quod conſimile nõ fuerit infinitus, & non erit præcise: ergo ab eadem cauſa conſimilia fiunt, & ſi diuerſificentur effectus: non igitur temere fiũt, quãdoquidem habent & determinatas cauſas. Vnde ſumpto Calia (exẽpli gratia) claudo in utero matris, ſi Socrates ſimiliter claudus naſceretur, ex eadem cauſa claudus eſſet, ſaltem proxima, & immediata, licet fortaſsis remotæ poſſent eſſe diuerſę. Amplius in omnib9 in quibus eſt caſus, natura ponit potẽtiam deficiendi: niſi enim poſſet deficere, nunquam deficeret: quandoquidem nihil fit, q̃d ſit impoſsibile fieri, ex quo etiam ponit naturam deficiẽdi. ponit & illud quod poteſt inducere talem effectũ, & impedimẽtum: aliter (ut inquit Comm. cap. 48. Phyſicorum) niſi naturam poſuiſſet impedimẽtum, ocioſe feciſſet illud poſſe impediri. ergo natura intendit effectuum caſus. ergo caſus intẽditur. ſic ergo per ſe intendit quod fit per cauſas caſus. Quòd ſi dicatur (ut uidetur dice-

re Ariſtot. in 6. Metaphy. & cõmuniter expoſitores ibi) quod unaquæq; cauſa caſus, per ſe aliquid intẽdit: quod tamẽ in unum coẽant illæ cauſæ quæ caſum inducunt, non habent cauſam, ut Ariſt. ibi de ſitiente querente aquas obuiãteq; latronibus, â quibus interficitur, exẽplificat. Certè iſtud non uidetur ſatisfacere: primo ſi natura dedit ut poſſit interfici. & apposuit interfictinum. ergo utrũque intendi. ſ. tam interfectinũ quàm interficiendum. Sed hoc fieri nõ poteſt, niſi cauſæ etiam ſimul coẽant. ergo non intendit illas cauſas coire. nam effectus intendi non poteſt, niſi intendatur & cauſa. quare ridicula omnino uidetur eſſe huiuſmodi reſponſio. Fortaſſis aduerſus hoc dictum Alex. multo alia adduci poſſent, quæ non minorem ambiguitatem inferrent: ſed pro nunc hæc ſufficiant quantum ad ſecundum. Ideo ad tertium deſcendamus, uidelicet ad reſponſionem argumentorum Alexandri. Mihi itaq; uidetur, quod ſuſtinẽdo Stoicos ſic poſsit reſponderi, accipiẽdo primo aliqua eſſe in uniuerſo, quæ

& ſi ut in pluribus ſunt apta unum facere ut in paucioribus, tamen poſſunt impediri, imò & de facto in paucioribus impedientur: aliter enim potentia illa fuiſſet ocioſa. effectus itaque à tali cauſa proueniens & in pluribus nullo modo dicitur caſualis: quoniam & ſi talis cauſa non ſemper inducat talē effectū: quoniam tamen ut in pluribus inducit, ideo dicitur eſſe determinata, licet nō eo modo: & tamē uelut cauſa ſemper idem agens, effectus eſt ꝗquo modo ſcibilis, licet nō ea certitudine qua effectus ſemper prouenientes, ſciuntur. Sumpto autem effectu procedēte à tali cauſa ut in paucioribus, hic effectus comparari poteſt ad cauſam illam agentem, quæ ut in pluribus producit oppoſitionem talis effectus: & ſic iſte effectus cōparatus tali cauſæ, dicitur eſſe præter intentū talis agentis, cum bonum intendat: uel ſaltē non eſt de prima intentione, ſed ſecundaria: & quoniā ſic rarenter talis cauſa agit, non eſt notum de illo effectu, quādo eueniet, neq; abſolute pronunciari poſsit. Quanquam enim fortaſsis ſciamus

mus multa nobis talia poſſe euenire, ex quo tamē rariſsime ſunt, nō ſcimus quo modo & quando. quare illud ſic ſcire in uniuerſali, nō debet cōnumerari īterſcientias: ſecus autem eſt de effectibus uenientibus ut in pluribus. Nam & ſi non ſint ita certi ueluti ij qui fiunt ſemper, multū tamē certitudini appropinquāt. Si autem effectus iſte comparetur ad omnes cauſas, utpote ad impedientes & determinantes & determinatas, ſic certè eſt ſemper & neceſſarius ſcibilis, & habet cauſam per ſe, uel cauſas intendentes talem effectum: neque ut ſic dicetur eſſe caſualis. Quis enim miraretur aut dubitaret, ſi quando Socrates incedit per uiam, & magna tegula cadat ſuper caput eius, caput non offenderetur? neque alicui hoc eſt dubitabile. quo fit ut fractio capitis ſit & caſualis, & ſit per ſe, in ordine tamen ad diuerſa: nam abſolutè cōparata ad inceſſum per uiam, caſualis eſt: coniuncta tamen eum tegula deſcendente, eſt per ſe. & quāquā nullum de per ſe intēderet talem effectum uel ſaltem primo, quod tamen has duas

cauſas coniunxit, per ſe intendit talem effectum. unde fit ut reſpectu cauſæ particularis & inferioris, dicatur non per ſe intentum & cauſale: & reſpectu ſuperioris & uniuerſalis, ſit per ſe intentũ & non cauſale. ueluti eſt ut in exemplo communi de rege mittente duos inimicos per eandem uiam, quorum nullus ſciat de alio: hoc enim in ordine ad inimicos, eſt caſuale: in ordine uerò ad regem, eſt per ſe intentum. Sic itaq; ſtante placito Stoicorum poſſunt ſeruari caſus & fortuna. cum itaq; ſic Alex. argumentatur, Nullum quod habet cauſam determinatam & per ſe, eſt caſuale: ſed omne quod fit (per Stoicos) habet cauſam determinatam & per ſe: quare & &c. Ad maiorem dicitur, quod quatenus habet cauſam determinatam, nullo modo eſt caſuale. Nullus enim diceret, quod ſi tegula ex alto cadat ſuper caput nudum Caliæ, & fregerit, hoc eſſe à caſu: quandoquidem hoc ſemper ſic euenit, ſi cauſæ coniunctæ accipiantur. Si autem effectus ille ad unã tãtum cauſam cõparet̃, bene dicimus eſſe à ca

ſu

ſu quoniā unaquæque de per ſe eſt in‑determinata, & caſus eſt cauſa indetermi‑nata. Proueuit igitur deceptio, quoniam exiſtimat effectum cauſalem non habere niſi unam cauſam, & fieri ſecū dum unum modum cauſandi tantum, cum multos tamen habeat. quare & caſualis & non caſualis dici poteſt. Si autem inferatur, eſt caſualis, ergo non erat neceſſarium ipſum fieri: patet nō ſequi ſecundum poſitionem. nam ideo non dicitur caſualis, quia poſſit nō eſſe natura, & ſecūdum Ariſtotelē neceſſe eſt caſualia eſſe, aliter natura ocioſe fuiſſet operata: ſed ideo dicitur caſualis, quia cō paratus ad talē cauſam eſt in paucioribus. & oportet determinationem fieri, quāuis neceſſaria ſit illa determinatio. Neq; etiam ſequitur, talis effectus fit à cauſa ineuitabili & p ſe, ergo nō eſt à caſu. Idē em̄, ſecundū utrūq; modū cauſandi fieri poteſt. Quod aūt adducebatur de defenſione Stoicorū, nos illā defēſionē minimè approbamus. Dicimus nāq; ad ſaluandā cauſā caſualēs ponim. illā ut i paucioribus, eſſe cōiunctam illi effectui, qui ca‑

caſualis dicitur. Vnde ex hoc ſequitur, de tali effectu in ordine ad talẽ cauſam ſciẽtiam proprie neq; quaſi proprie haberi poſſe: quoniã indeterminata ſunt, quæ cognitionẽ non generant. Quare ignorantia eſt conditio ſegnens naturã cauſæ indeterminatę, quæ eſt cauſa caſus. Vnde non ſufficienter ibi ſumitur conditio cauſæ indeterminatę caſualis: eſt enim ſegnens principalem conditionem, & non prima cõditio: quare ceſſat prima obiectio. Non minus & ſecũda indicebatur, quod inuentione Theſauri omnes cauſæ ſunt notæ: & tamen cõcedimus talem inuentionem eſſe caſualem certe. Si inuẽtio Theſauri referatur in utraſq; conuinctas, nullus diceret illud fuiſſe caſuale. Quis enim miraretur ſi audiret aliquem dicere, ego abſcondi Theſaurum in tali loco, & Calias ibi fodiens, inuenit Theſaurum ipſum. Neceſſe eſt enim, ſi ibi fodierit, & ibi erat, ut cũ reperiat. Quare ſi ambæ illæ cauſæ alicui ſunt notæ, non eſt ibi caſus, utrum inuentio Theſauri ſit caſualis cõparando ad unamquamq; ſolitarie, ut notum

notum eſt. Quare eclipſis perito aſtrologo non eſt caſualis: quia non ſolum aſtrologo non eſt caſualis, quia non ſolum aſtrologus ſcit lunam raro deficere ex curſu ſuo, ſed ſit determinate quid ſibi lunę contingat in tali curſu. Quare et impedimẽum cognoſcit, unde omnes cauſas facientes pro lunæ eclipſi nouit. unde quanquam raro luna eclipſetur, perito tamen Aſtrologo eclipſis nõ eſt caſualis, quoniam non indeterminatus eſt, ſed omnes cauſas cognoſcit. quare ut ſic, nulla eſt ſibi caſualitas. Si quis tamen ſciret curſum lunæ, tantum ut uideret eclipſim, poſtea hoc ſibi eſſet caſuale. quod ſi dicitur, tũc eſt in cœlo, ergo erit caſus: quod reclamat Ariſt. 2. de cœlo & mundo. Huic dicitur quod ſecundum Ariſt. caſuale eſt euitabile, aliterq; eſſe poteſt, quod in cœlo fieri nequit. uerùm ſecundum hanc poſitionẽ non ſolum in cœlo, uerum & in omnibus omnia ineuitabiliter fiũt: quare nõ dicitur cauſa caſualis ſecundũ modũ Ariſtotelis, uerum ſecundum hunc modum, ſecũdum quem & in cœlo caſum

ponimus.cauſa nam quæ ut in paucioribus producit eff:ctum, caſualis dicitur: quæ cum ſola non ſit ſuff.ciens, determinatur pro alia quæ ſimul cõiuncta faciãt cauſã p ſe et ſufficiẽtẽ: talia uerò reperiũtur & in cœlo. quare et ĩ cœlo ſunt caſualia quãq; omnino neceſſaria. Vnde & ad tertiam obiectionem patet: quoniam appenſilia, incantationes, & magica non cauſæ caſuales, cum ſemper aut in pluribus ſuos producant effectus. & quãquam tales cauſæ ſint ignotæ: ignorantia tamẽ non prouenit. quoniam tales cauſę raro id operantur, & ſunt indeterminatæ, imò quaſi ſemper illud faciunt. dictum eſt autẽ tales cauſas eſſe oportere ſic indeterminatæ, ex qua indeterminatione ſequitur ignorantia poſtea. Quod autem adducebatur de Ariſtotele & ſuis imitatoribus, non conuenit eorũ auctoritati recipere, q̃niã de hoc eſt inter eos pugnantia, & diſputatio. & ſic de tertio, & ultimo.

*Caput ſeptimum, in quo continentur Alexandri dicta in ſuo ſexto capite.*

In

IN ſuperiori capitulo conatus eſt Alexander oſtendere, quòd apud ponentes fatum, non poteſt ſaluari nomẽ uerum caſus & fortunæ in hoc uerò capite uult probare eoſdem uerè ſaluare non poſſe nomen uerum (contingens æqualis.) Quare & in Rubrica dicit cõtingens æquale ſeu utrũlibet auferri ab ijs qui omnia ex neceſſitate fieri arbitrãtur. Primò itaque Alexander probat hoc oſtenſiue: & quãquam ornatè & copioſo ſermone hoc deducat Alexãder: breuibus tamen (ni fallor) ſententiam eius aperiam. Ratio eſt hæc: quod fato fit, neceſſario fit: (Non enim hic ſumitur neceſſariũ pro uiolẽto) quare quod fit neceſſario, nõ poteſt non fieri: quod nõ poteſt non fieri, cõtingẽter nõ fit: nã quod cõtingẽter fit, poteſt nõ fieri: hęc enim eſt ratio contingẽtis, ut & oppoſitũ fieri queat. Vnde manifeſtè infertur: ſi omnia fato fiunt, nihil contingenter fieri poſſe. At quid abſurdius dici poteſt? nam poterimus digitum mouere? Multa autem in declaratione horum dicit Alexander, quæ quoniam mihi ſatis nota uidentur,

ideo non ultrà ſermonem extendam. Secundò Alexander remouet unam reſponſionem ad hanc argumentationē. Quis enim dicere poſſet, negando illā primam aſſumptam, ſi quod fato fit, neceſſariò fit. ſtat enim aliquod fato fieri, & illud contingenter fieri. Nam ſecundum ſic opinantes, illud dicitur fieri cōtingēter, quod quamuis non fiat, nihil tamen prohibet ipſum fieri: pro tāto autem nihil prohibet ipſum fieri, quoniā notum non eſt nobis quod ſit ipſum ꝓhibens: quod ſi notum nobis eſſet, iam non eſſet poſſibile fieri. Cum itaq; multa eorum quę fiunt fato, talia ſint, quod nihil prohibeat ipſa fieri ad modum expoſitum, ergo multa quę fato fiunt, poſſibiliter fiūt. ſed quod poſſibiliter fit, nō neceſſariò fit: non igitur ſi fato fit, neceſſariò fit. & ſic ratio Alexandri non procedit. At Alexander talem impugnat reſponſionem, dicitq; hæc ſimilia eſſe dictis ludentium in his quę minimè ludo indigent. Sic enim dicendo, non declaratur, quid re uera ſit contingens: ſed tātū quid opinantur ipſi eſſe contingens.

Natura

Natura nãq; ignorantia nihil ut res ſint uel non ſint facit. Quare ſi fatum ponitur, non ſaluatur contingens eſſe: uerũ ſaluat quomodo apud ipſos opinetur contingens & non contingens. Apud enim eum qui non cognoſcit prohibẽs, tale eſt contingens fieri Apud eum uerò qui cognoſcit, tale non eſt contingẽs fieri. Sunt enim tales ipſi uates ergo cõclusio de neceſsitate ſequitur. Tertiò Alexander in reſiduo capituli remouet aliam reſpõſionem. Quis fortaſsis enim contenderet monſtrare eum hoc, quod omnia fato fierent, exempli gratia, cras nauale bellum (cum multa tamen poſsibiliter fieri) in quo poracto, amplius hęc non erit uera, cras fiet nauale bellum: ergo hæc non eſt neceſſaria, cras erit nauale bellum: ſed quod neque eſt impoſsibile, neq; neceſſarium, illud eſt contingens: ergo cum Fato ſtat contingentia, quandoquidem aliquod fato fier, contingenter fiet, ueluti deductum eſt. Verùm Alexander dicit, rurſum & hoc ludentium eſt pariter, & ignorantium ea quæ dicunt. Et duo aduerſus hanc poſitio-

ſitionem ponit. Primò quoniam multũ refert hoc neceſſario fieri, et hoc neceſſarium eſſe: ſecundum enim ſignificat q̃d nunquam hoc uariabitur de uno eſſe in alterum, primo ſignificante quod non poteſt euitari hoc non fieri, quod tamẽ factum poterit uariari. Nam ſecundum illam opinionem ſi Socrates generandus eſt, ineuitabiliter generabitur, non tamen ſua generatio neq; ipſe ſemper erunt. At hæc opinio indifferenter de ijs enunciat. Secundò probat quòd ſi exẽpli gratia cras fato erit nauale bellum, non poterit non eſſe, quoniam quod fato fuit, non potuit nõ fuiſſe: ergo quod fato erit, non poterit non eſſe, ergo non contingenter erit. Exiſtimo autem ego per præteritum probaſſe futurum: quoniam in præterito eſt manifeſtius, cum nunq̃ amplius imitari poſsit, quod nõ eſt ita manifeſtum de futuro, ut de ſe patet: & quãquam abſolute non ſequatur apud Ariſtotelem. Non enim ſequitur, ſi quæ facta ſunt, ſic facta eſſe eſt neceſſarium: ergo & ſi quæ futura ſunt, ipſa fore ſint neceſſaria. tamen uidetur argu

mentum

mentum tenere cum hac conditione, fa to,id eſt,ſi Fato facta ſint, neceſſarium eſt fuiſſe facta: ergo ſi fato futura ſunt, neceſſarium eſt ipſa fore,quoniam fatū eſt euitabile: quare utrobiq; ſequitur. Hanc etiam argumentationem quo ad principale ponit Ariſtoteles in fine primi Perihermenias,& ſui expoſitores eum ſequuntur. & hoc de primo. Quantum uerò ad ſecundum,,uolo pro nunc omittamus actus humanę uolũtatis,et ea quæ ei ſubijciuntur: nam de his prolixior erit ſermo in futurum. Sed tãtum ſumamus ea quæ naturaliter agunt, ut apud Ariſt.Intelligẽtia,Elemẽta,Inanimata,Beſtię, & omnia nõ habentes ani mam rationabilẽ,ſunt. Et quæritur,an in his,ſic ſecludendo actus humanos ex toto, quicquid fiet, de neceſsitate fiet, ſic quod non poterit non fieri, neq; aliter fieri quam fiet. & ego non poſſum uidere,niſi quicquid fiet,de neceſsitate fiet,& quomodo fiet, hoc modo de neceſsitate fiet. Neſcio enim quid poſsit uariare hoc, imò ipſe Alexander hoc aperte conceſsit in capite 4. ſuperiori.Di cebat

cebat enim ibi, quod ea quæ arte fiunt, non de neceſsitate fiunt, ueluti ea quæ ſunt à natura: ſi enim mons aliquis, exẽpli gratia, ruet ſeducta uoluntate humana, & ſuppoſito quod dij de neceſsitate agãt, nullaq́ in eis ſit flexibilitas, quo modo enim fieri poteſt quin mons dictus non ruat: iſtud enim profectò mihi uidetur eſſe per ſe notum. Et quanq́ diuus Thomas in prima parte ſummę in art. 6. q. 115. oppoſitũ huius aſſerat: mihi tamen uidetur, non rectè ſentire: & quod eius ratio, per quã moue῀ ad oppoſitum, ſit nedum friuola, imò & manifeſtè falſa. Dicit enim quod multa in uniuerſo accidentaliter fiunt, quæ ſi neceſſario fierent, haberent cauſam per ſe, & tamen ſunt per accidens. Aſt quę eiuſmodi ſunt, non habent cauſam per ſe, ut dicitur 6. Metaphy. ſi autem talia quæ per accidens fiunt, neceſſarie fierent, haberẽt cauſam per ſe. Nam quod eſt neceſſarium, per ſe eſt, & ſic eſſent per ſe. Hæc autem ratio multipliciter uidetur peccare. Nam manifeſtum eſt, neceſſarium eſſe, multa eſſe per accidens in uni-

in uniuerſo:non enim eſſet uniuerſum niſi & talia eſſent: Ens namq; diuiditur in ens per ſe,& in ens per accidens:quare & cauſa conſimiliter diuidit, ut dicit 2.Phyſicorū:cū hoc igitur quod aliquid de neceſsitata fiat, ſtat quod ipſum ſit per accidens. Amplius, ut etiam ipſemet Thomas multotiēs dicit, quod eſt per accidens in ordine ad aliquid, nihil prohibet eſſe per ſe in ordine ad alia: nam etſi reſpectu cauſarum particularium ſit per accidens,in ordine tamē ad cauſas naturales utpote ad cœlū & intelligentias eſt per ſe, à quibus eſt principium neceſsitatis,& quorum ratione dicitur effectus neceſſarius. Verùm idē diuus Thomas in eodem loco dicit,q̄d iſta per accidens in nullam cauſam reducuntur, cum tamen hic aperte repugnet dictis eius in fine primi Perihermenias,& in 6.Metaphy.& in multis alijs locis. Vult enim Deū omnium eſſe cauſam per ſe, nihilq; reſpectu eius eſse caſuale, neq; per accidens. Quod & à Boëtio in 4.de Conſolatione dicitur. Quare cum Deus in ordine naturæ in

hæc

hæc inferiora agat per corpora cœleſtia, ueluti conuenientia inſtrumenta, tales effectus accidentales reducentur in Deum, tanquã in principalem cauſam, & corpora cœleſtia tanquã inſtrumentariam. Amplius iſtis effectibus accidẽtalib. utpote in caſualibus, natura dedit materię, ut aliquando poſsit deficere, et ex quo poteſt deficere, appoſuit impedimentum extra, ne potẽtia illa ſit ocioſa, ut Auerrois Com. 48. 2. Phyſicorum dicit, & idem diuus Thomas in fine primi Perihermenias. Præterea omnibus his ſibi datis uidelic. minime ueris, quęro nunquid ſi duo inimici ſint ex oppoſitis terminis unius uię directæ, & unusquiſq; iſtorum pergat ad terminos oppoſitos, utpote Plato ſit in termino A. Cicero in termino B, & Plato ex A ut ueniat in B: econtrà uerò Cicero ex B, ueniat in A, deductis omnibus impedimentis: ſupponaturq; Platonem ignorare de Cicerone, & econtrà: nulluſq; iſtorum ſic iſtos ordinauerit, neq; ex ſuperioribus, neq; ex inferiorib. nunquid omnibus ſic ſtantib. Plato de neceſsitate ob-

te ob-

ſe obuiabit Ciceroni:& patet quod ſic: erit ergo effectus merè accidentalis, & neceſſarius, & tamen per ſe non habebit cauſam per ſe:non igitur neceſſe eſt, quod neceſſarium eſt, habere cauſam per ſe,ut dicit diuus Thomas. Amplius Themeſtius capite 15.primi Poſt. ponit aliqua eſſe neceſſaria, quæ non ſunt neceſſaria connexa per ſe: quod & Auerrois concedit in Com.66. primi Phyſic. dato igitur etiã à diuo Thoma, quod ꝑ accidens non habet cauſam per ſe: nõ tamen aufertur,quod non habeat cauſam neceſſariam. Quare redeundo unde digreſsi fuimus, dicimus ſecundum ſententiam Ariſtot. quòd omnia quæ fiunt ſecluſa uoluntate humana,& his ad quæ ipſa uoluntas concurrit,ineuitabiliter fieri. Hoc autem ſtante, dicimus in uniuerſo aliqua eſſe neceſſaria,utpote motum cœli, elementa, & talia quæ ſemper ſunt: aliqua uerò fieri ut in pluribus,aliqua ut in paucioribus, aliqua uerò æqualiter ſeu ad utrumlibet:non eñ aliter ſtaret uniuerſum. & tamen quicquid fieret, fieret per concluſa & ſuppo

ſita. Stante itaq; fato & ineuitabilitate, omnia illa entia, ſiue modos entis nos ſaluamus: quare & contingẽtes omnes modos: nam erit & contingens æquale & contingens ut in pluribus, & incontingens ut in paucioribus. neq; ideo dicitur contingens, quoniam in tempore in quo fit, poſsit non fieri, imò ineuitabiliter fit, neq; pro illo tempore poſſet eſſe oppoſitũ: ſed pro tanto dicitur contingens, quoniam in aliquo tẽpore eſt, & in aliquo non eſt, admodum oppoſitum corporum cœleſtium, quę nunquã poſſunt non eſſe, neq; non moueri. imò hanc ſentẽtiam manifeſtè poſuit Auerrois 2. Phyſicorum Comm. 48. ſic enim ibi ſcribitur: Dicamus igitur quod prima materia eſt parata ad recipiendũ duo contraria æqualiter, & ideo receptio utriuſq; contrarij etiam ei naturalis. & ſimiliter apparet de anima cõcupiſcibili, ipſam eſſe prępar atã ad actiões cõtrarias ęqualiter. iſtud igitur contingẽs non habet cauſas agentes contraria æqualiter in omni tempore ſcilicet, illud quod eſt naturale, & ſi non, tũc natura a
geret

geret otioſe: unde neceſſe eſt, ut illæ actiones attribuãtur agenti, ſcilicet quod facit alterum contrariorum, ita ſecundũ quod in pluribus non caſu, & ſi eſſet ſic aliquid quod agit æqualiter, tũc natura ageret otioſe: potentia enim ad eſſe & non eſſe, eſſet æqualis in eo per ſe. & cũ dicimus quod potẽtia ad eſſe in prima materia, eſt æqualis potentiæ ad non eſſe: intendimus quod duo contraria inueniuntur in ea in temporibus æqualibus oppoſitis, ut pluuiã eſſe & non eſſe æqualiter, ſed hoc in hyeme, & hoc in æſtate, & cauſarum alternatio agentium hæc duo contingentia, æqualiter eſt neceſſe in temporibus æqualib. &c. Vnde in his uerbis Comm. uult talem contingentiã ſaltem in his quę nõ ſunt in actibus humanis nõ eſſe, ſcilicet quoniam materia uel agens in eodem poſſit ad oppoſita indifferẽter, ſic quod in die craſtina poſsit pluere, & poſsit non pluere. ſed pro tanto dicitur contingentia, quoniam die craſtina poteſt pluere, & poteſt craſtina nõ pluere: unde ſi pluet craſtina, ineuitabiliter pluet: & ſi non

pluet poſt cras, in euitabiliter nō pluet poſt cras: tñ in illo modo dicto ſaluat talis contingentia. & hæc eſt una ſignificatio contingentiæ: & aliter ſumere ſignificatum contingentiæ, illuſio eſt & deceptio, ſaltem in rebus naturalibus. Veruntamen communis modus loquēdi, multoties ſumit aliter contingentiæ ſignificatū: nam & aliquando ſumitur pro eo quod in eodem tempore poteſt eſſe & non eſse, utpote dicimus, quod menſis futurus poteſt eſse pluuioſus: & iterum, quod idem menſis poteſt eſſe ſiccus. Hæc autem acceptio prouenit ex ignorantia & noſtro errore: credimꝰ enim ex quo utrumq; fieri poteſt, imò fiet in tēporibus tamē diuerſis, & ignoramus q̃modo et quādo: ideo credimus futurum mēſem poſse eſse pluuioſum, & ſiccum, cum tamen ineuitabiliter unum tantum eorum fiet. Vnde Stoicus ignorās iſtas cauſas, diceret: ſcio quod ineuitabiliter unum tantum eorum fiet, neſcio tamen quid. Vnde concederet ipſum poſse eſse pluuioſum, eſtoq; ipſe eſset ſiccus: quoniam quantum eſt

ratione

ratione generis poteſt utrumq; eſſe,licet ratiõe determinatę cauſę tantum unum illorum ineuitabiliter erit. Accõmodatiſsimum autem de hoc exemplũ eſt: ſit itaq; ego ſciam Pontificem eſſe mortuum: tu autem credas quod uiuus ſit: ſitq; ſermo de eo inter nos, & tibi dicatur ab aliquo, in iſta hora nũc dictus Pontifex prandet, ſit enim hora conueniens prandendi. Tu qui credis Pontificem uiuere, dices, hoc eſt poſsibile, ego autem dicerẽ, hoc eſt impoſsibile. Tu exiſtimaueris rectè loqui, cum tamẽ falſum diceres: nam ex eo quod hoc non habet repugnantiam terminorum, neq; cognoſcis in genere naturæ repugnare uideris rectè loqui, cum quo tamen crederes etiam poſsibile eſſe, quod impoſſibile eſſet ipſum cõmedere: nã apud te etiam poſsibile eſt Põtificẽ eſſe mortuũ et ſi eſt mortuꝰ, impoſsibile eſt ipſũ prãdere: licet aũt totũ proueniat, ex ignorãtia facti, & quoniam illi in ſuo genere non habent repugnantiam. unde fit, quod multotiens aliqua impoſſibilia exiſtimentur contingentia, cum

 reuera

reuera nõ ſint cõtingẽtia: & non tãtum hoc eſt apud Stoicos uerũ, ſed apud ali as ſectas. Ex quo patet de ſecũdo, p q̃d & 3. manifeſtũ eſt, cũ ita dicit, quod quę cunq; fierent, ineuitabiliter fierent: cõn cedimus. cũq; dicimus ſiue dicitur non poſſem mouere digitum meum in hora futura, ſi non mouebo. diximus nũc tamẽ, intendere de actionibus non humanis: nam de iſtis ſermonem habebimus: quare in non humanis operibus illud apertè conceditur. Cumq; diceba tur de modo ſaluandi contingentia, dictum eſt, duplex eſſe contingens, ſecun dum rem, & ſecũdum exiſtimationem. Secundum rem ſaluatur, quoniam aliquando eſt, aliquando non eſt ineuitabilis, tamen eſt quæcunq; pars pro illo tempore in quo eſt uel non eſt, neq; alio modo in re eſt contingere, neq; noſtra ſcientia uel noſtra ignorantia aliquid in hoc operatur. Eſt & contingens ſecũ dum noſtram putationem, & in hoc ſci entia & ignorantia noſtra operantur, neque idem incõuenit apud diuerſos, eſſe poſsibile, & impoſsibile. In caſu nã-

que priori apud me impoſsibile eſt Pō tificem nunc prandere, quoniam ſcio ipſum eſſe mortuum: apud te eſt poſsibile, quoniam non ſcis ipſum eſse mortuum. unde iſtud nō incōuenit apud nos. Vlterius dicebatur, quod ſi fato fiet, nō contingenter fiet. Dicitur quod ſi ſumatur contingenter, euitabiliter conceditur, quod fato fiet: ſi non contingenter fiet, id eſt, euitabiliter. Si uerò ſumatur contingēter. i. quod aliquando erit & aliquando non erit, licet utraq; pars in ſuis temporibus ineuitabiliter erit: ſic negatur conſequentia. Nā (exēpli grat.) cras fato pluet, & ineuitabiliter, tamē cō tingenter, quoniam nō ſemper cras pluet, ut notum eſt. Poteſt etiam cum fato & ineuitabilitate concedi contingentia ſecundum exiſtimationem, ut patet: autoritas tamen Ariſtotelis & ſuorum imitatorum in hoc non eſt admittenda.

*Caput octauum, in quo ponuntur contenta in capitulo ſeptimo Alexandri.*

In hoc octauo capitulo Alexander co

natur oſtendere omnem conſultationē tolli, ſi omnia fato fiant. & hoc dicitur in Rubrica ſic: Ab his qui omnia fato fieri dicunt ex cauſis principalibus, tolli omnem conſultationem. Et quanquam Alexander prolixiſsimus ſit, eius tamē ſententia paucis uerbis & claris aperietur ſic. Si omnia fato fierent, aut nulla eſſet cōſultatio, aut ſi eſſet, uana eſſet: ſed eſt conſultatio, neque eſt incaſſum: non igitur omnia fiunt fato. Minor propoſitio, eſt per ſe nota; ſic enim aut natura fruſtra operaretur, utpote, ſi cōſultatio eſſet incaſſum, aut ſi non eſſet, non eſſet homo: quandoquidē homo eſt animal conſultorium. horum quoduis datū eſt impoſsibile, & de ſe notum eſt. Maior autem declaratur, primo accipiendo in quibus cadit conſiliū, & quod ſit ipſum conſilium. conſilium autem neque eſt in neceſſarijs, neque in impoſibilibus, ſed tantum in poſsibilibus: neque in omnibus, ſed ſolum in his quæ in nobis ſunt. neque conſultatio eſt propter ipſam conſultationem, non enim coſultamus ut conſultemus, ſed ut ex cōſultatione aliquid

aliud

aliud ab ipſa operemur. Hoc autem notum eſt ex communi omnium cõſenſu, qui de Conſultatione loquuntur, & eſt ueluti communis animi conceptio. Viſo in quibus eſt conſultatio, accipiatur quid eſt, & propter quid eſt cõſultatio. & manifeſtum eſt, quod hominibus data eſt conſultatio, ut uiſa & imaginata non ſequantur ueluti beſtiæ: ſed ut iudicent quod imaginatorum ſit melius uel deterius, & per electionẽ eligant quod ſibi illorum placuerit. ex quo patet quid ſit & ipſa cõſultatio: quoniam eſt iudicatrix ratio occurrentium uiſionum, quænam ſint eligibiles, ex uirtutte electiua: quanquam electiua uirtus ſit in poteſtate utramque partem eligendi quæ ſibi placuerit, nullo extrinſeco impellente. His perceptis, quæritur ſi fatum eſt, aut igitur eſt conſultatio, aut non eſt: ſi non eſt, habetur quod quæritur: quoniam ſic uera pars diſiuncti eſt conceſſa: ſi uerò eſt conſultatio, ut oſtenſum eſt, ut uirtus electiua, quod ſibi placitum eſt eligat, nullo ad hoc impellente: aſt fatum impellit, per poſitionem

nem: quare ratio cõſultationis tollitur, & ſic conſultatio. quare idem quod prius. Præterea, eſto quod eſſet, quoniam fatum eſt ineuitabile per poſitionem, igitur non minus ſine conſultatione operaretur & fieret quod fato habet fieri: & ſic uana eſſet conſultatio. Secundò ad idẽ arguitur: ſi omnia fato fierẽt, nunquam eſſet facti pœnitentia, neque iuſta increpatio: at quoduis iſtorũ falſum eſt, ut ex ſe manifeſtum eſt: ergo & omnia fato fieri eſt falſum. Prima ſiue maior probatur: primò nãq; non eſſet facti pœnitentia, quoniam pœnitentia eſt, cum aliter potuiſſemus facere, quã fecerimus: ſi enim aliter exiſtimamus non potuiſſe fieri, non cadit pœnitentia per poſitionem, quod fatum eſt, aliter eſſe non potuit. non igitur eſſet pœnitẽtia. Neq; etiam eſſet iuſta increpatio: nam iniuſte aliquis increpatur de facto quod ipſe euitare nõ potuit: at nullum fatum euitabile eſt. per poſitionem igitur nulla eſt iuſta increpatio. Idem quoque dicunt Ariſtoteles & ſui expoſitores in fine primi Perihermenias, quare &c.

&c. & ſic de primo. Quantum ad ſecundum, prætermitto quæ ab Hiſtorijs referuntur de his quę ſibi fatum prædictū nūquam euitare potuerunt: & quo magis conati ipſum euitare, tāto magis in fatum inciderunt. Quos ſi omnes uellē referre, neq; ego poſſem, neque omnes linguæ ſimul poſſent referre. Veruntamen uenio ad rationes. certe (ueluti in ſuperiori capitulo diximus) apud me apertum eſt, omnia futura fieri, naturaliter eſſe ineuitabilia, in quibus nō cōcurrit uolūtas humana. unde ſi ꝙd futurū fieri eſt euitabile eſt in uolūtate humana, & in his quæ ab ipſa uolūtate depēdēt. Sed iſtud nō uidetur eſse uerū, imò ꝙd ipſi Peripatetici oppoſitum aſserentes, ſibiipſis pugnantia dicant, oſtenditur: ꝙniā indicatrice ratiōe cōſultāte ad unā partē magis ꝙ̃ ad alterā, aut uoluntas illam partē neceſſario eligit, uel uult (quocunq; placuerit appellare) aut poteſt illā non eligere, ergo act9 uolūtatis eſt ineuitabilis. Si uerò dicat ꝙd uoluntas poteſt non eligere, et etiā poteſt eligere. eſt ergo ī potētia ad illa duo oppoſita. Cū ita

que

que de neceſsitate ad unum illorum fe-
retur, quanquam ſecundū poſitionem
in nullum determinate feretur: non e-
nim datur medium inter eligere illud et
non eligere, quanquam detur medium
inter eligere illud & illud renuere: quæ-
ritur igitur determinate ad alteram par
tem contradictionis, aut igitur uolūtas
ex ſe determinabit ad hoc, aut ipſa de-
terminabitur ab alio. Si ab alio, hoc eſt
contra ſuum placitum, & ab eis dicta:
quoniam uolunt quod uoluntas à nul-
lo extrinſeco determinatur. Amplius
quæritur de illo determināte, aut eſt na-
turale, aut eſt uoluntarium. Si primū ha
betur quod quæritur: nam illud agēs na
turale ineuitaliter agit, & hoc neceſsi-
tat uolūtatem: ergo actus uolūtatis eſt
ineuitabilis. Si uero illud limitās eſt uo-
luntariū, aut erit proceſſus in infinitum,
aut eſt deuenire ad naturale agens, quo
euitabiliter agente, & uoluntas ineuita
biliter uolet. Si uero detur quod uolun-
tas ex ſe determinat ſe, ut communiter
dicitur, tunc rationes factæ in 8. Phyſic.
de æternitate motus, ex toto pereunt.
dicitur

dicitur namq; Deum tunc mouiſſe, neque ab aliquo fuiſſe determinatum, ſed ex ſe determinatum fuiſſe, neq; oportet aliquem motum proceſsiſſe, ueluti dicitur & de uoluntate humana. Quod ſi dicatur rationem Ariſtot. teneri in agente naturali, & non uoluntario, patet iſtos decipi: nam in utriſq; agẽtibus Ariſt. hoc probat, ſiue ſit agens per naturam, ſiue per uolũtatem, ut eſt ibi manifeſte uidere, & Auerrois in Comm. 9. et 15. octauo Phyſicorum, illud apertiſsimè deducit in utrisq; agentibus, ſiue uoluntarijs, ſiue naturalibus. Vnde habet pro ultimo impoſsibili, imò (inquit ipſe) imaginabile, quod ab eadem cauſa præcisè eodem modo ſe habente, tam intrinſecè, quam extrinſecè, diuerſi effectus, & contrarij producantur. Verùm ſecundum poſitionem hoc de neceſsitate ſequitur quoniam uolũtas poteſt eligere A, & eadem uoluntas in illo mutata quoad intrinſeca & extrinſeca, poteſt non producere A. Hoc autẽ reputat Auerrois non intelligibile, ut certè, & difficulter intelligibile eſt: imò

&

& (ut ſuprà citatum eſt in 48. Comm. 2 Phyſicorũ) uniuerſaliter uult omnem potentiam æqualem, nullo modo poſſe exire in actum, niſi ab aliquo determinetur, & eſſe ſimilem materię primę. Vnde ſi per ſe poſſet ſe limitare, & materia prima ſine aliquo agente poſſet moueri. Quare cum cum hoc ſit impoſsibile, & illud de uoluntate eſt impoſsibile. Non itaque Peripatetici in hoc ſuo placito habent uerum fundamentum. et hoc de ſecundo. Per quod patere poteſt & ad tertium propoſitorum. In primis tamen accipitur, quod cum omnis cauſa poſterior, ſi ſit eſſentialis, & per ſe depẽdet à priori, neque cauſat, niſi in uirtute prioris: prima quoque non cauſat, neque influit in tertiam niſi per ſecundã, & non influit in quartam niſi per tertiam, & ſic ulterius uſque ad ultimã. quare et prima non agit in tertiam niſi per ſecundã ſicut tertia non agit niſi per primam & ſecundam, licet aliter & aliter: nam inferior non agit niſi ut inſtrumẽtũ ſuperioris, in recipiendo à ſuperiori: ſuperior autẽ agit ut influens & principale. Suppoſi

poſitio eſt per ſe nota, & ponitur ab Au ctore de cauſis. Accipit et ſecũdo q̃d ad diuerſos effect9 ſecundũ ſpeciẽ producendos, natura utitur diuerſis inſtrumẽtis ſecundũ ſpeciem, requirũturq́ diuerſæ diſpoſitiones. patet, quoniam diuerſitas effectuum exigit diuerſitatem cauſarũ. Accipitur & tertio, & quaſi ſequitur corollarie ex his quæ dicta ſunt, q̃d conſultatio talis eſt, qualis ſuperius definita eſt, uno excepto: nam ibi ponebatur conſultationem eſſe miniſtram electiuæ uirtutis, quæcũq́ ſit illa: quod & nos concedimus. Verum addebatur, ut eligat quam partem contradictionis ſibi placuerit nullo extrinſeco concurrẽte, uel ipſam determinante. ſed hoc negatur, quia eſt in potentia contradictionis: ideo oportet ab aliquo alio determinari, quia determinata exit in actum Quod autem ſit illud determinans? dico eſſe intelligentias unà cum corporibus cœleſtibus. Quare Mathematici & in genitura uniuſcuiuſq́ ſciunt prædicere de euentu. Quo fit, ut uoluntas Socratis ſit ex toto ſimilis uoluntati Platonis

nis

nis quo ad conſultationem, & tamen Socrates uult unam partem contradi-ctionis, & Plato aliam: quoniam ipſi diuerſam habent genituram, & diuerſis determinantibus determinantur. Vnde & ipſe Ariſtoteles in libro de Bona fortuna, attribuit motum uoluntatis neque rationi neque ipſi uoluntati, ſed Deo, qui melior eſt uoluntate humana, & ratiõe. Quare aut Ariſtoteles uenit et ipſe in hanc opinionem, aut ſibi contrarius eſt. Per hæc igitur ad rationes Alexandri reſpondetur. Cũ itaque dicitur, quod ponentes fatum aut tollunt conſultationem, aut ſi dant, conſultatio eſt uana. Huic dicitur neutrum ſequi, ſumendo conſultationem, ut expoſitum eſt. Si tamen ſumatur conſultatio ut Alexander accipit, certè nulla eſt, niſi per homines exiſtimata & ficta. Neque incõuenit multos ſic decipi, ueluti ut in alijs placitis. Ad confirmationem uerò cum dicebatur. Si eſſet conſultatio, eſſet uana & ſuperuacanea: quandoquidem & ſine illa fieri illud, eſſet neceſſarium fato & cauſa ſuperiore impellente; certè eſt ratio deriſi-

deriſibilis: ſic enim ꝓbare poſſemus, q̃d ad generationem Aſinæ, non requirere tur Aſinus immittens ſemen, & Aſina dans ſanguinem menſtruum: quoniam hæc non mouent, niſi mota à ſuperiori & ſuperiora cum de neceſsitate moueã tur, aſinum generarent: quod tamen eſt manifeſtè falſum. Dicitur igitur negan do illatum, non fit talis effectus, niſi me diante conſultatione: cauſa enim ſupe rior non producit talem effectum, niſi conſultatione, ut neceſſario & ordina to inſtrumento: & non minus conſulta tio eſt fatalis, ſicut & ille effectus. Nam ueluti aſinus de neceſsitate producitur: ſic & illę cauſæ intermedię ſunt neceſſa rię pro tali effectu. Et ſi dicitur: cur natu ra in homine utitur cõſultatione, & nõ in beſtijs? Dicitur econtrà: cur in cale faciẽdo utitur caliditate, & in frigefaciẽ do frigiditate? Hoc eſt, ratione diuerſi tatis naturarum: nam cõſultatio eſt no bilior non conſultatione, ueluti homo eſt nobilior beſtia. Ad ſecundum, cum infertur primo, Si fatum eſſet, nunq̃ fa cti eſſet pœnitentia, dicitur: ſi talis eſſet

pœnitentia,qualẽ definiuit Alexander, profectò illud ſequeretur: quoniã uult pœnitentiam eſſe cùm dolemus de eo quod per nos aliter fieri potuit,ꝙ quod factum eſt. Nullum autem tale,eſt dabile. Sed reuera pœnitentia eſt,cum dolemus de eo quod exiſtimamus aliter fieri potuiſſe. & iſtud, bene eſt. quare ſic pœnitentia eſt,cum concedimus. Cumque ulterius dicebatur: nulla iuſta eſſet increpatio. Huic dicitur, ut de pœnitentia, ſcilic. quod increpatio ſecundũ uirtutem non eſt de re, quæ meliori modo fieri potuit per noſtrum conſilium: ſed quoniam exiſtimamus per noſtrum cõſilium meliori modo potuiſſe fieri. Hoc tamen eſt fatale,ſcilicet quod exiſtimemus. nam connexio uniuerſi exigit tantam diuerſitatem: & eſt pro mundi pulchritudine. Eſſet autem hic conſiderandum, quando uoluntas mouetur à ſuperioribus ad unam partẽ contradictionis,ſi quod recipiat ab illis: & ſi recipit, quod eſt iſtud: & quomodo. aut nihil de nouo recipit. Verùm de hoc in ſubſequentibus.

Caput

*Caput nonum, in quo continentur ea quæ dicuntur in octauo & nono capitulis Alexandri.*

QVanquam Alexander hic duo capitula faciat, unum ſcilicet, in quo citat opinionem, quomodo ipſi ſeruent in nobis Liberum arbitrium: alterũ uero, in quo impugnat. Nos tamen unum ſolum faciemus: quãdoquidem unam ſolam ſententiam ſiue materiam cõcernit. Ex quibus primo poteſt patere Rubrica in octauo capitulo, & eius intentio. Vnde dicit ab Alexandro, ab ijs qui omnia ex neceſsitate fieri dicunt, introduci alium modum eius quod in nobis eſt, hoc eſt, Liberi arbitrij. Quãtum autem ad caput ſpectat, primo dicit, quod ſuam poſitionem, ſecundum quam ſoluant in nobis Liberum eſſe arbitrium, nulla argumentatione conantur Stoici probare: quoniam ſciunt ſe impoſsibilia aggredi: uerum tamen identitatem ſecundum uocem, & nullo modo ſecũdum ſignificationem, ſeruare conãtur,

ſeipſos & alios decipientes, ueluti fecerunt in fortuna. Secundò iſtud oſtendit ſecundum ea. Et quanquam multis & ornatis uerbis Alexander hoc oſtendat: ſententia tamẽ in paucis colligitur. Accipiunt itaq; Stoici, quod quãquam omnia fato fieri dicãt, alia tamen eſt, & alia actio requiritur, ſecundum aliã & aliam naturam. inanimata namq; diuerſum modum agendi habent ab animatis, & inter animata uegetabilia tãtum diuerſum modum habent ab animalibus, & inter animalia rationabilia ab irrationabilibus. & nedum eſt diuerſitas ſecundum genus, uerùm & in ipſis generibus eſt diuerſitas ſpecifica ſecundũ diuerſitatem ſpecierum. Exempli gratia, non cognoſcentia agunt ſine cognitione, at cognoſcentia agũt cum cognitione, qua cognoſcẽtia ſunt, & inter nõ cognoſcentia aliter agunt, quę ſunt unius ſpeciei, ut puta ignea, quoniam aſſendunt, calefaciunt, & exſiccant: aliter aquea, quoniam deſcendunt, frigefaciunt & humectant. & ſic ſuo modo dicatur de reliquis. Quare proportionabili-

ter dicatur & de alijs generibus, & ſpeciebus. Hoc percepto, ſic nobis ſeruant Liberum arbitrium. Quoniam homines in proprijs actionibus, qua homines ſunt, agunt per intellectum & uolũtatem. Hic autem modus agendi in nullo alio reperitur, ſcilicet agere per intellectum diſcurrentem, & uolũtatem deliberantẽ. Quoniam ſi Dij ipſi agant intelligentes & uolentes, nõ tamẽ diſcurrentes, & deliberãtes: ſic enim agendo, non eſſent Dij. quare ſecundum iſtum modum conantur ſaluare in nobis Liberum arbitrium. In capitulo autem ſequenti Alexander hanc poſitionem cõtendit deſtruere: quare & in Rubrica dicitur: Eos qui omnia fato fieri dicũt, non rectè ſumere id quod in nobis eſt, nec in uero ſẽſu. Et omiſsis multis, quæ ab Alexandro dicuntur, ſumma rei mihi uidetur hæc eſſe. Primò quod ſic dicẽtes, non plus ponunt Liberũ arbitrium in hominib. quàm in brutis, & uniuerſaliter in rebus inanimatis, quanquã ponant diuerſum modum agendi: ignis namq; per caliditatem ſibi intrinſecam

calefacit, uerùm ineuitabiliter: neq; poteſt aliter calefacere, & brutũ ſic cognoſcendo & appetẽdo mouetur ad paſtũ, neq; aliter poteſt facere. Homo quoq; ſic intelligendo & uolendo exẽpli gratia currit. Neq; ſi ſic intelligit & uult aliter poteſt facere. quæ igitur maior eſt libertas operãdi in homine, quàm in cæteris quãdoquidem non ſit magis hoc in poteſtate hominis quã reliquorum. Seruãt igitur Stoici alium eſſe modum agendi in hominibus quàm in reliquis: ueluti aliter ignis & aliter aqua operantur. uerùm non ſeruant hominem eſſe liberum, ſaltem ſecundum rationem, ſed ſolum ſecundum uocem uſurpatam & malè acceptam, & contra communiter loquentes de Libero arbitrio: ſic enim dicere poſſemus ignẽ libere agere, non autem terrã: quoniã aliter ignis agit, aliter terra. quare cum ſic loqui ſit abuſꝰ & deceptio, non minus erunt abuſus et deceptio dicere hominem ex Libero arbitrio agere: quandoquidem ex neceſſitate ſic operatur. Dicit & ulterius Alexander, ut mihi uidetur: ſi Stoici dicũt homi

hominem ideo eſſe Liberi arbitrij, quoniam conſultationem habet, quæ omnibus alijs eſt negata, præter id quod dictum eſt: uidelicet, quoniã libertas non ſaluatur. apud enim homines dicitur liber aliquis, quoniã poteſt facere & non facere nullo extrinſeco ad aliã partem impellẽte. Verùm & uniuerſaliter illud nõ eſt uerum, uidelicet quod quicquid facit, conſultatione facit: quoniam multoties & ſæpiſsimè non conſultantes agimus. Quare cum homo ſit homo ex Libero arbitrio, & Liberum arbitrium per poſitionem ſit in conſultãdo: cum igitur non operatur conſultando, deſinet eſſe homo, quod ridiculum eſt, ita igitur mihi uidetur eſſe ſentẽtia Alexandri in his duobus capitulis, & ſic de primo. Quantum autem ad ſecundum, dico quod Alexander non rectè dicit hãc poſitionẽ, ſine ratione ſeruare, q̃d eſt in nobis ſiue Liberum arbitrium: imò ipſe Alex. ſaluans hoc eo modo, quo ſaluat, apertiſsimè Ariſt. & principijs eius aduerſatur. ſi namq; homo ideo dicitur Liberi arbitrij, quoniam eſt in ſua po-

teſtate utrãq; partem cõtradictionis eli gere, uel igitur precisè eodẽ modo ipſo ſe habente, quod intrinſeca & extrinſeca, utrumq; diuiſione poteſt uel alio modo ſe habente ad unam, & alio modo ſe habẽte ad alteram partem. Si detur ſecũdum, illa diuerſitas & limitatio uel eſt in ſua poteſtate aut in altero. Si in ſua poteſtate: erit idem argumentum quod prius: quoniam dum eſt in poteſtate eligendi illud determinans, oportebit ut ſuprà per aliud determinari: & ſic erit proceſſus in infinitum determinãtibus. quod ſi dicitur quod illa determinatio eſt ab altero, cum tãdem ſit deuenire ad aliquid quod naturaliter faciat illam determinationem: qua exiſtente, uolũtas hoc eligit. ergo uoluntas de neceſsitate eligit quod intendebat cum hoc, quod ſi fiat determinatio ab altero eſt contra ſua dicta. Dicit enim Alexander, quod uoluntas ex ſe poteſt nullo extrinſeco impellente. quare oportet dicere, quòd uoluntas ex ſe poteſt, & à nullo determinante: eodemq́ue modo intrinſecè & extrinſece ſe habere indifferenter po-

teſt

teſt in utrumq;. At iſtud Ariſt. in octaua Phyſic. reclamat. Vult namq; ſi aliquod agens, ſiue ſit naturale ſiue ſit uoluntarium, quomodocunq; ſit, ut etiam apparet ibi & per Themiſtium & Auerroem in Comm. 8. & 15. ſi eodem modo ſe habeat & intrinſecè & extrinſecè, nihil producet aut utrumq; producet. Dicitq; ibi Com. 3. Auerrois iſtud nõ eſſe intelligibile, quod eodem modo ſe habeat & tamẽ diuerſa producat. nam dato oppoſito ex toto ruit ratio Ariſtotelis de Aeternitate mundi. Quoniam quis dicere poteſt, quod Deus de nouo produxit mundum, neq; oportet aliquam ueritatem proceſsiſſe: quandoquidem noſtra uoluntas hoc poteſt facere, quanto igitur magis Deus qui eſt maxime liber, qui omnium eſt cauſa, qui â nullo depẽdet. Voluntas enim noſtra per Alexandrũ nulla mutatiõe facta poteſt in utrũque indifferenter, neq; oportet eſſe aliquod determinans. Audiui ab aliquib. imò & ſcriptum reperi apud uirum doctiſsimum Ioãnem Bundanum, in quæſtionibus, quas grauiſsimè compoſuit

in libros Ethicorum in una quæſtione tertij libri, ſic reſpondere ad hanc noſtram rationem, nõ ſequi apud Ariſtot. hoc, quoniam ſi Deus de nouo faceret uel feciſſet mundum, ipſe fuiſſet mutãs: hoc autem eſt impoſsibile. Sic enim nõ eſſet Deus, quod namq; mutatur eſt in potentia, cum motus ſit actus entis in potentia 3. Phyſicorum. Aſt 12. Metaphyſicę Deus eſt actus puriſsimus, non igitur in potentia. Quod ſequatur ſic oſtenditur, quoniam ſi Deus de nouo faceret mundum, cum aget intelligendo & uolendo, Deus de nouo uellet. caderet itaq; noua uoluntas in Deo & ſic potentia. Verũm noſtra uolũtas eſt mutabilis, ut notum eſt, ex 9. Methaphyſicæ. quare hoc nihil inconuenit in nobis, quanquam illud ſit impoſsibile in Deo. Sed proh immortalis Deus, quot ſunt errores in hac reſpõſione. In primis omitto illud non ſequi, ſcilicet de nouo inducit, ergo de nouo uult, ut ſatis excellenter noſtri Chriſtiani oſtendunt. omitto, inquit, quoniam fortaſsis apud Ariſtotelem ſequitur, ſed uolo tantum

ſtare.

ſtare in principijs ipſius Ariſtot. Dico itaq; iſtam rationē multipliciter peccare, eſſeq; purum deliramentum & dictum omnino remotum à mente Ariſt. primò quidem, quoniam Ariſtoteles & Auerrois ibi ex propoſito dicunt de uoluntate humana, & uniuerſaliter de omni uoluntate quod nō poteſt hoc nūc uelle, niſi aliquod determinauerit ipſā ad ſic uelle, quæ determinatio non poteſt fieri niſi per alium modum. Amplius quoniam iſtud medium ſiue iſta ratio longe alia eſt ab ea quam ibi dat Ariſtoteles. Non enim ducit Ariſtoteles ad hoc quod ipſe Deus mutaretur, ſed quod primum motum præcederet motus ſiue in Deo ſiue in alio. Si enim iſta quam iſti dicunt eſſe rationem Ariſtotēlis, benè ſciuiſſet eam Ariſtoteles exprimere, ſicut iſti nouerunt, dixiſſetq;: ergo Deus mutaretur, quæ fuiſſet longe clarior, uerùm deducit quod ante motum eſſet motus, ſiue iſtud ponatur agens per naturam, ſiue per uoluntatem quæcunq; ſit illa. Præterea ſicut per poſitionem uoluntas noſtra poteſt eligere

re ex ſe nullo determinãte: quare igitur uoluntas æterna Dei, nullo alio determinante non poteſt de nouo mouere. unde non uidetur rationabile, ſi potentia uoluntatis ex ſe nullo determinante poteſt in ſe producere actum eligendi. quare & igitur ipſa Dei uoluntas non poteſt de nouo extra producere, quanquam ipſa æterna ſit. Huic forte dicitur non eſſe ſimile: quoniam exiſtẽte actu uoluntatis, ſi adeſt potẽtia deducto impedimento de neceſsitate ſit actio. ſic enim agit, ut etiam naturalia agũt. Quãuis enim poſſem uelle & non uelle currere: ubi tamẽ ſit actus uolendi exiſtente potentia & deducto impedimẽto de neceſsitate curro. Eſt enim ueluti actio naturalis. At exiſtente potentia cũ non naturaliter poteſt non eligere. quare utrobiq; diſpar eſt ratio. In Deo igit̃ uelle & uoluntas idem ſunt. Quare ſi Deus habuit uolũtatem & uelle, in nobis autem uelle diſtinguitur à uoluntate. quare ſtat eſſe uoluntatem non exiſtẽte uelle æterno, cum adfuit potentia & non fuit impedimentum de neceſsitate, ergo

go ſecutus eſt effectus, uerùm & hoc ſtare non poteſt. primò quidem ueluti dictum eſt, hoc contradicit Ariſtoteli et expreſſe Auerr. qui uolunt uoluntatem non de nouo uelle, niſi aliquod occurrat aliud. Dicit enim ibi Ariſtoteles: de nouo mouetur animal: quoniam noua excitatio, uel aliud intra uel extra occurrit, utpote quod excitetur à ſomno uel à continente, uel ab aliquo alio, ex quo ſequitur, ut ante motum ſit motus. Secundò quoniam quod ab actu uoluntatis de neceſsitate ſequatur effectus extra uoluntatem deducto impedimẽto eſſe non poteſt, niſi quoniam nihil deeſt pro tali effectu. Verùm cum pariter ita ſe habeat potẽtia uolitiua ab actu uoluntatis, ſecundum poſitionem. A nullo enim ulterius indiget determinari, quo pariter producetur de neceſsitate actus uolitionis. Quod autem dicitur, ex actu uoluntatis de neceſsitate ſequi ſuum effectum, niſi impediatur, ex potentia autem uolitiua non, iſtud certe eſt ſecundum placitum dictum. nulla enim ueriſimilis uidetur

poſſe

poſſe aſsignari pro uno ratio, quæ non & uerisimiliter poſsit pro altero aſsignari. Ariſtoteles quoq; innititur illi medio: quoniam ab uno quo nõ poteſt niſi unum prouenire, unde uolens illud oſtendere diſtinguit de agente per naturam & rationem; docetq; quod ſiue ſit agens per naturam, ſiue per uoluntatem non poteſt diuerſa producere, niſi ſecundum aliquam diuerſitatem exiſtẽtem intrinſeco, aut in extrinſeco: quare Auerrois in Comm. 8. & 15. oſtendit eſſe fugam non proficientem, ſi illud uertatur ad agens per uoluntatem. propterea ſi uoluntas mouet ſine extrinſeco; non igitur dependet ab alio: nam ſicut ſe habet ad operari, ita etiam ad eſſe, at hoc falſum eſt, igitur & quod dicitur. Huic forte dicitur, quod motus uolũtatis depẽdet à Deo, & cauſis uniuerſalib. quæ ſunt ante ipſam tanquam ab agentibus concurrentibus ad omnem effectum hic inferiorem & ueluti cauſa ſecunda. Poſterior dependet à prima et à priori, uerum pro tanto dicitur actus uoluntatis non impelli ab extrinſeco, quoni-

quoniam non impellitur tanquam ab aliquo particulari agente, ſed hoc dato, non minus habet quod intendit. Stoici namq; ponunt uoluntatem limitari ex ſuperioribus, quod manifeſtum eſt ex Dei prouidentia & ex peritia aſtrorum & uaticinationibus: non itaq; euaditur difficultas, ſed forte dicitur illa ſuperiora inclinare & diſponere, uerum nõ neceſsitate, neq; cogere. At iſtud non uidetur ſufficere. primò quidem, quoniam totum eſſe & operari inferiorum à ſuperioribus tanquam à cauſis primis & eſſentialib. Quomodo itaq; poſſunt dici diſponentia & inclinantia, cum talia agentia diſponentia & inclinantia uideantur eſſe tãquam cauſæ accidẽtales & poſteriores? Propterea ſi non cogunt, ſed tantum diſponunt: igitur ſtante adhuc tali inclinatiõe & diſpoſitione poſſunt agere aduerſus eam inclinationẽ & non agere, agũt itaq; aduerſus eam. Nunquid in tali actione ſecũdum quã aduerſantur actioni ſuperiorum dependeant à ſuperioribus uel non. Secundũ dari nequit, igitur & dependent: aut igitur

tur neceſsitatur uel non, uel igitur erit proceſſus in infinitũ, uel oportet uolũtatem neceſsitari, niſi fingam uoluntatẽ humanam à ſuperioribus non depen-dere, quod perridiculum eſt: quandoquidem omne agens præter Deum eſt mouens, motum & inſtrumẽtale, pluſq́ue dependere à Deo quàm ſerra à ſecante, quæ non mouet niſi mota. quod ſi ulterius dicitur uoluntatẽ in uolendo depẽdere à Deo, quoniã ipſa habet eſſe à Deo, nõ uerò q̃d moueat̃ ueluti graue dicitur moueri à generante, non quoniam generans ſit & moueat graue, ſed quoniã mouet per grauitatem quã habuit à generante, ſic & in propoſito. certè neq; hoc ſatisfacit: quoniam animalia omnia in eſſe & conſeruari, & ſua potentia dependet à Deo & à primis cauſis: non ſic autem dependet graue à generante. Propterea cum uoluntas mouet aut eam mouet actu, Deus aũt non. Si non mouet, quomodo igitur omne mouens ſecundum mouetur à primo? Si mouet, prius natura mouet Deus q̃ uoluntas, aut ſimul aut poſterius: neq;

ſimul

neq; ſimul neq; poſterius: quoniã neq; ſimul ſunt iſta, & uoluntas eſt poſterior Deo, ergo prius Deus mouet, ergo q́d ſic moueat habet ab alio, nõ itaq; ex ſe. Vnde Alex. nõ uidetur rectè dicere. & hoc de ſecũdo, quare & p hæc ad tertiũ. Cũ itaq; dicit Alexan. aufertur quod eſt in nobis, ſiue Liberum arbitrium. Huic dicitur, quod ſi ſumatur Liberum arbitrium ueluti ipſe Alexander ſumpſit, ſic nullum eſt: quoniã nulla cauſa ſecunda poteſt mouere non mota. quare cũ Alexander uelit uoluntates ex ſe moueri, nullo extrinſeco concurrente, hoc penitùs falſum eſt: ueluti demonſtratũ eſt. & ſic ſumendo Liberum arbitrium, eſt tantum ſecundum exiſtimationem, & ſic ut ipſe obijcit Stoicis, Alex. decepit ſe & alios. ſecundum tamen ueritatem, homò habet Liberum arbitrium & ſolus homo: quoniam ipſe ſolus conſultat de agendis, arguendo ad ambas partes; quod neq; dij neq; beſtię faciunt, habentq; poteſtatem eligendi indifferenter utramq; partem, ſi agens extrinſecũ limitauit ad utrãq;. Verùm nullum eſt

 agens

agens tale, quod ſic ſe habeat ſimpliciter ſed aliquando limitate ad unã, aliquando uerò ad alteram ſecundum diuerſam diſpoſitionẽ. Quare nos ex hoc decipimur exiſtimantes quod in noſtra poteſtate utramq; partem eligere, quoniam neq; eſt in poteſtate alterius ſimpliciter: ſed quoniam uoluntate exiſtente in eadem diſpoſitione aliquando uoluntas eligit unum, aliquando eligit alterũ, ſecundũ quod diuerſimode fuerit determinata, exiſtimat ſimpliciter hoc eſſe in poteſtate uoluntatis, cum tamen hoc minimè ſic ſit. ſunt eñ circunſtãtiæ diuerſæ quæ nos latent: ſi enim eas uideremus, profectò non ſic enunciaremus. cuius ſignum eſt quod quando homo habet rationes contrarias æque potentes ad utramq; partem, eſt ligatus nulliq́ue adhæret, unde dicitur actus uoluntatis ille liber, non quod ab extrinſeco non determinatur, hoc enim tantum eſt ipſius primi entis, quod eſt Deus: uerũ liber ille actus dicitur comparatiue per reſpectum ad actum inanimatorum & brutorum: elementa enim reuera mouẽ

tur

tur immediatè ab intrinſeco. ſimiliter & bruta & homines, quoniam immediate à principio quod eſt in eis, ſed prius ſunt mota ab extrinſeco. uerùm elementa 8. Phyſicorum dicuntur moueri ab intrinſeco: quoniam in eis apparet extrinſecũ ueluti in inanimatis. dicuntur autẽ ipſa bruta moueri ab extrinſeco comparando ad homines: quoniam magis apparet quod eſt in eis mouens extrinſecum. quare cũ in homine magis lateat & admodum lateat, quoniam multotiens neſcimus q̃modo ſit: ideo dicimus moueri ex ſe, ſicut dicimus aliquos homines eſſe ex ſe mortuos: quoniã ignoramus cauſam. & hęc etiam uidetur ſententia Ariſtotelis & Commentatoris in Com. 52. 8. Phyſicorum. Ibi enim ponit quod nullum mortalium mouet ſe proprie, imo ſolum primum cœlum moueat ſe: quoniam nõ eſt aliquid ante ſe, cętera uero præſupponuntur. primũ q̃d & ulterius adducebatur, quod non ſemper homines conſultant, dicitur hoc eſſe uerum, tamen illæ operationes propriè non debent appellari humanæ, ſed

beſtiales: quoniã ab anima beſtiali procedunt. Neq; igitur dicitur homo animal conſultorium, quoniam ſemper cõſultet, ſed quoniam nobiliſsima operatio eſt conſultare ſaltem in practico & factiuo. quare &c.

*Caput decimum, in quo continentur contenta in decimo capitulo Alexandri.*

ALexander deinde in ſuo decimo uult oſtendere, Stoicos non recte dicere, actiones noſtras depẽdere à cauſis externis: quare & in Rubrica dicitur falſam eſſe opinionem illorum qui motuum & actionum noſtrarum cauſas externas inducunt. Alexander itaq; primo ſuam ponit intentionem, dicens: illos maledicere, qui eiſdem exiſtentibus circumſtantijs, dicunt, ſi modo hoc fieret, modo oppoſitum aliquod ſine cauſa fieret. quod ſic, ut exiſtimo, deducitur ſi ab eodem agente & eodem modo ſe habẽte, oppoſita produci poſsint, aut utrumq; oppoſitorum producetur, aut nullum

nullum, aut unum tãtum, non utrumq;: quoniam ſic oppoſita eſſent in eodem, ſi nullum eſt contra data, quoniam ponit quod proueniat actio, ſi unum tantum ab hoc non producitur: quoniam non eſt dignius unum produci ab hoc, quam alterum: neq; etiam producitur ab altero, quoniam non apparet quod eſt illud, ergo erit effectus ſine cauſa, quod intendebatur. Secũdò impugnat Alexander hoc dictum præaccipiens, differre hominem à brutis, & inanimatis, quoniam bruta & inanimata à cauſa extrinſeca limitantur. Homo autem ſuarum operationum eſt ſibiipſi cauſa. neq; de hoc ulterius eſt quærenda cauſa. Nam ueluti non eſt quærendũ, quare ignis calefacit, quoniam hæc eſt eius natura: ſic non eſt quærendum, quare homo ex ſe diuerſa faciat. Nam in hoc ſtat humana natura ut ſuę electionis ſit differentia, quod & experimento manifeſtatur. Nam quanquam uoluntas ſolum in bonum feratur, aliquãdo fertur in bonum utile, aliquando honeſtum, aliquando uerò delectabile: non tamẽ ſe-

cundum eandem intentionem,ſed ad aliud & ad aliud reſpicientes. Quare nũc ex occurrentibus,ut accidit,ad ſpeciem boni utilis, nunc ad ſpeciem delectabi-lis,nunc ad ſpeciem honeſti . quo fit ut homo ſibi ipſi horum ſit cauſa, & nõ ex alio extrinſeco. Tertiò oſtendit quod quãuis homo moueatur ex ratione magis agente,non tamen mouetur ex ima ginatis: quoniam quæ per rationẽ ſunt nõ ſunt ſemper ut imaginata,nã multotiens inuicẽ pugnant ſenſus & ratio,ut dicitur tertio de Anima. Vltimò epilogat circa tria capitula, & hoc de primo. Quantum ad ſecundum certè non poſſum non mirari de tanto Philoſopho,adeo ut multoties dubitem,hunc libellũ fuiſſe Alex. cum tã Peripateticè loquatur:quoniam dicit, hominẽ ſibi eſſe cauſam actionum oppoſitarum. certè ſi adæquatam intelligit, contradicit Ariſtoteli per totum 8. Phyſicorũ, & in 9. Metaphiſicæ. In his enim locis per longum proceſſum conatur oſtendere Ariſtoteles, quod ſi unum facit,& oppoſitũ per alteram diſpoſitionem. Imò & ipſe Ale xander

xander hic dicit, hominem appetere bonum utile ex occurrentibus efficientib. honeſtum uerò ex alijs occurrentibus. Non igitur homo præciſe eſt ſibi cauſa, niſi aliud ſuperueniat. quare autem ab ipſo Alexandro, nunquid ex tali limitante uolũtas cogatur uel non. Si detur ſecundum, redibit argumentum: quoniam eſt impotentia ad ſic eligendum, & per ipſum debet eſſe diuerſum effectiuum unius partis conditionis, ab effectiuo alterius partis. Si autẽ dicitur cogi ſiue neceſsitari à tali occurrẽte, quæritur quomodo illud occurrens ſibi occurrerit, aut naturaliter aut uoluntarie: & tandem niſi procedamus in infinitũ, oportet quod naturaliter, quod cum ineuitabile ſit, ex quo eſt purè naturale, actum uoluntatis eſſe fatalẽ eſt neceſſarium. Verùm fortaſsis ad hoc dicitur, quod illud occurrens fuit per accidens, & talium non eſt per ſe cauſa, ut dicitur ſexto Metaphiſicæ. Verùm recurſus eſt habendus ad ea quę ſuperius adducta ſunt, ubi oſtendimus nihil adeò eſſe caſuale & fortuitum, quod non habeat

cauſam

uerſationem. quare dicitur & in Rubrica, eos qui omnia fato fieri dicunt, omnem humanæ uitę actionem auferre. Alexander itaq; primo ſuam proponit intentionem dicens qui facultatem hāc id eſt, Liberum arbitrium deſtruūt, coguntur, quantum ad eos attinet, uniuerſam hominū uitam cōfundere & euertere. Secundò quod propoſuit, probat ducēdo ad multa inconuenientia & improbabilia. primū eſt, quoniam ubi omnibus hominibus ſic conſtaret, uidelicet omnia fato fieri, fortaſsis omnes homines laudarent uirtutes cū ſint honeſtæ & bonæ: nullus tamen eas proſequeretur, quoniam uirtus eſt circa difficile, quare cum labore acquiruntur. Verùm unuſquiſq; naturaliter fugit laborem & ſequitur uoluptates, quæ ſunt delectabiles, ſecundum illatum quod iſti magiſtri ſic aliquos perſuadentes ueluti ſuos diſcipulos non rectè eos increparent, quodcunq; ſcelus perpetraſſet: quoniam ipſi diſcipuli à Magiſtris ſic docentibus ſe defenderent, quod aliter facere non potuiſſent. Tertium quod

infertur, eſt, quoniā obiurgationes, ſupplicia, orationes, laus & uituperium (legitimam namq; habent cauſam ſe defēdēdi: quandoquidē aliter facere nō potuerunt. unde neq; ipſi obiurgatiōes et ſupplicia inferentes) ſuam non ſeruabunt naturam, patent iſta, quoniam nō obiurgātes nō inferimus ſupplicia ineuitabilibus, ſi taliter fuiſſent circumſtantionati aliter feciſſent. Quare ueluti ipſi obiurgantes, & ſupplicia inferentes ſi talia perpetraſſent nollēt obiurgari & ſupplicijs affici: ſic & ipſi delinquentes non debent obiurgari neq; pœnis affici. Hortationes quoq; uanæ & irritæ eſſent: quandoquidem ſecundum quod cauſa ſuperior diſpoſuit fieri neceſſe ſit. Non enim ab aliquo occurrente quicquid ſit impediri poteſt, laus quę & uituperiū penitus ē medio tollunt: quoniam non laudamus neq; uituperamus aliquē niſi ex his quorum nos ſumus domini. Aſt per poſitionem ducimur & non ducimur. Quartum, & hoc non eſt uidere, meo aliquid ad inconueniens demonſtratum, ſed magis

oſtendit

oſtendit ex rebus ipſis & ex his quæ in humanis conuerſationibus uidemus, hoc Stoicorũ placitũ eſſe falſum. Eſt autem hoc, quoniam ſanè uidemus neminem bonarum atq; honeſtarum actionum, fato atq; neceſsitati cauſam aſcribere, uerùm ipſos autores talium actionum dicimus eſſe cauſam, malos cõtra ob fatũ ipſum ſe dicentes eſſe huiuſmodi, adducũtq; tales Stoicos in teſtimonium ad ſui defenſionẽ. Quare hoc placitum ſceleratis maximum erit patrocinium. Quintum eſt, quod huiuſmodi poſitio à dijs ipſis omnem amouet prouidentiam. Quæ enim utiq; prouidentia eſſe poteſt, quæ non unicuiq; ſecundum ſui dignitatem impartitur & tribuit. Aſt ſecundum hoc placitum unicuique tribuit ex quadam prçcurrente cauſa. Nulla igitur ſecundum hoc prouidẽtia remanet. Sextum eſt, quod deorum cultus ex toto corrumpitur & annihilatur in his qui credunt deos eſſe colendos, ſed à ſuperis denegatum eſt, quod eos colant, iniuſticiaq; uidetur eſſe in dijs ipſis qui non ex meritis, ſed ex dijs

ipſis aliquibus bona tribuunt & aliqui-
bus mala dant non ex demeritis. Septi-
mum quoniam hic ſermo tollit & diui-
natoriam: quoniam per eam mala no-
bis nunciata euitare non poterimus, ſi
ad hoc fatũ nos antequã naſceremur im
pelleret, bona autem nũciata profectio
ne diminuent, quoniam nihil ex nõ pre
uiſo nobis eueniet, quin ſciebamus illa
futura. unde ueluti & malum præuiſum
minus nocet, ſic bonum præuiſum mi-
nus delectat, ad quid igitur iſta uatici-
nia ſint utilia? & hęc de primo. Quantũ
uerò ad ſecundum, dico quod quamuis
hæc adducta per Alexandrum, quæ fe-
rè omnia à Boëtio & à reliquis expoſi-
toribus Ariſtot. communiter adduci ſo
lent, uidentur magnam fidem facere, ſci
licet non uerũ eſſe, quod à Stoicis affir-
matur, omnia uidelicet fato fieri: tamen
ſi qs expoſita parte uiderit ratiões Stoi-
corum, uolueritq́ȝ eſſe ęquus iudex, for-
taſſis non minores, neq́ȝ debiliores erũt
Stoicorum rationes his rationibus quę
rememorata ſũt. Vnde mihi pro Stoicis
tres præcipuè uidẽtur eſſe rationes, pri-
ma qui-

ma quidem, quoniam ſi Deum omniũ eſſe cauſam ponam9, omneſq; alię cauſæ per Deum reguntur, totumq; quod ſunt & operantur à Deo ſunt & operantur, difficile eſt ſaluare, quomodo homo Dominus ſit ſuorum actuum, & ab extrinſeco non mouetur ad agendum quicquid agat. Nam quod cauſa ſecunda agat ſine prima, & iterum quod ſit cauſa adæquata pro aliquo effectu, & non ponatur eius effectus, ſitq; impotentia ad utrunq;, et tamẽ reducat ſe ad actum, quomodocunq; rationes Ariſt. in 8. Phyſicorum procedant: difficile, inquam, eſt apud me iſta ſaluare. ſed ratio eſt, quoniam nõ uidetur ueriſimile Deum aliquid ignorare, ſiue ſit præſens ſiue præteritum ſiue futurum, ſiue uniuerſale, ſiue particulare ponatur, ſiue materiale, ſiue ſit ex immaterialibus: quando quidem ipſum ponimus omnium eſſe cauſam, ipſeq; cognoſcat non quoniam à rebus accipiat, ſed quoniam de rebus cũctis ipſe dat omnia quę habẽt, eiuſq; ſcientia ſit longe certior omni alia ſcientia, quantumcunq; ipſa ſcientia eſſet Mathe

poſſe aſsignari pro uno ratio, quæ non & uериſimiliter poſsit pro altero aſsignari. Ariſtoteles quoq; innititur illi medio: quoniam ab uno quo nõ poteſt niſi unum prouenire, unde uolens illud oſtendere diſtinguit de agente per naturam & rationem, docetq; quod ſiue ſit agens per naturam, ſiue per uoluntatem non poteſt diuerſa producere, niſi ſecundum aliquam diuerſitatem exiſtẽtem intrinſeco, aut in extrinſeco: quare Auerrois in Comm. 8. & 15. oſtendit eſſe fugam non proficientem, ſi illud uertatur ad agens per uoluntatem. propterea ſi uoluntas mouet ſine extrinſeco, non igitur dependet ab alio: nam ſicut ſe habet ad operari, ita etiam ad eſſe, at hoc falſum eſt, igitur & quod dicitur. Huic forte dicitur, quod motus uolũtatis depẽdet à Deo, & cauſis uniuerſalib. quæ ſunt ante ipſam tanquam ab agentibus concurrentibus ad omnem effectum hic inferiorem & ueluti cauſa ſecunda. Poſterior dependet à prima et à priori, uerum pro tanto dicitur actus uoluntatis non impelli ab extrinſeco,

quoniam non impellitur tanquam ab a liquo particulari agente, ſed hoc dato, non minus habet quod intendit. Stoici namq; ponunt uoluntatem limitari ex ſuperioribus, quod manifeſtum eſt ex Dei prouidentia & ex peritia aſtrorum & uaticinationibus: non itaq; euaditur difficultas, ſed forte dicitur illa ſuperiora inclinare & diſponere, uerum nõ neceſsitate, neq; cogere. At iſtud non uidetur ſufficere. primò quidem, quoniam totum eſſe & operari inferiorum à ſuperioribus tanquam à cauſis primis & eſſentialib. Quomodo itaq; poſſunt dici diſponentia & inclinantia, cum talia agentia diſponentia & inclinantia uideantur eſſe tãquam cauſæ accidẽtales & poſteriores? Propterea ſi non cogunt, ſed tantum diſponunt: igitur ſtante adhuc tali inclinatiõe & diſpoſitione poſſunt agere aduerſus eam inclinationẽ & non agere, agũnt itaq; aduerſus eam. Nunquid in tali actione ſecũdum quã aduerſantur actioni ſuperiorum dependeant à ſuperioribus uel non. Secundũ dari nequit, igitur & dependent: aut igitur

tur neceſsitatur uel non, uel igitur erit proceſſus in infinitũ, uel oportet uolũtatem neceſsitari, niſi fingam uoluntatẽ humanam à ſuperioribus non dependere, quod perridiculum eſt: quandoquidem omne agens præter Deum eſt mouens, motum & inſtrumẽtale, pluſque dependere à Deo quàm ſerra, à ſecante, quæ non mouet niſi mota. quod ſi ulterius dicitur uoluntatẽ in uolendo depẽdere à Deo, quoniã ipſa habet eſſe à Deo, nõ uerò ꝙd moueat ueluti graue dicitur moueri à generante, non quoniam generans ſit & moueat graue, ſed quoniã mouet per grauitatem quã habuit à generante, ſic & in propoſito. certè neq; hoc ſatisfacit: quoniam animalia omnia ineſſe & conſeruari, & ſua potentia dependet à Deo & à primis cauſis: non ſic autem dependet graue à generante. Propterea cum uoluntas mouet aut eam mouet actu, Deus aũt non. Si non mouet, quómodo igitur omne mouens ſecundum mouetur à primo? Si mouet, prius natura mouet Deus ꝙ̃ uoluntas, aut ſimul aut poſterius: neq;
ſimul

neq; ſimul neq; poſterius: quoniã neq; ſi mul ſunt iſta, & uoluntas eſt poſterior Deo, ergo prius Deus mouet, ergo q̃d ſic moueat habet ab alio, nõ itaq; ex ſe. Vn de Alex. nõ uidetur rectè dicere. & hoc de ſecũdo, quare & p hæc ad tertiũ. Cũ itaq; dicit Alexan. aufertur quod eſt in nobis, ſiue Liberum arbitrium. Huic dicitur, quod ſi ſumatur Liberum arbitrium ueluti ipſe Alexander ſumpſit, ſic nullum eſt: quoniã nulla cauſa ſecunda poteſt mouere non mota. quare cũ Alexander uelit uoluntates ex ſe moueri, nullo extrinſeco concurrente, hoc penitùs falſum eſt: ueluti demonſtratũ eſt. & ſic ſumendo Liberum arbitrium, eſt tantum ſecundum exiſtimationem, & ſic ut ipſe obijcit Stoicis, Alex. decepit ſe & alios. ſecundum tamen ueritatem, homò habet Liberum arbitrium & ſolus homo: quoniam ipſe ſolus conſultat de agendis, arguendo ad ambas partes, quod neq; dij neq; beſtię faciunt, habentq; poteſtatem eligendi indifferenter utramq; partem, ſi agens extrinſecũ limitauit ad utrãq;. Verùm nullum eſt

agens tale, quod ſic ſe habeat ſimpliciter ſed aliquando limitate ad unã, aliquando uerò ad alteram ſecundum diuerſam diſpoſitionẽ. Quare nos ex hoc decipimur exiſtimantes quod in noſtra poteſtate utramq; partem eligere, quoniam neq; eſt in poteſtate alterius ſimpliciter: ſed quoniam uoluntate exiſtente in eadem diſpoſitione aliquando uoluntas eligit unum, aliquando eligit alterũ, ſecundũ quod diuerſimode fuerit determinata, exiſtimat ſimpliciter hoc eſſe in poteſtate uoluntatis, cum tamen hoc minimè ſic ſit. ſunt enĩ circunſtãtiæ diuerſæ quæ nos latent: ſi enim eas uideremus, profectò non ſic enunciaremus. cuius ſignum eſt quod quando homo habet rationes contrarias æque potentes ad utramq; partem, eſt ligatus nulliq́ue adhæret, unde dicitur actus uoluntatis ille liber, non quod ab extrinſeco non determinatur, hoc enim tantum eſt ipſius primi entis, quod eſt Deus: uerũ liber ille actus dicitur comparatiue per reſpectum ad actum inanimatorum & brutorum: elementa enim reuera mouẽ

tur immediate ab intrinſeco. ſimiliter & bruta & homines, quoniam immediate à principio quod eſt in eis, ſed prius ſunt mota ab extrinſeco. uerùm elementa 8. Phyſicorum dicuntur moueri ab intrinſeco: quoniam in eis apparet extrinſecũ ueluti in inanimatis. dicuntur autẽ ipſa bruta moueri ab extrinſeco comparando ad homines: quoniam magis apparet quod eſt in eis mouens extrinſecum. quare cũ in homine magis lateat & admodum lateat, quoniam multotiens neſcimus q̃modo ſit: ideo dicimus moueri ex ſe, ſicut dicimus aliquos homines eſſe ex ſe mortuos: quoniã ignoramus cauſam. & hęc etiam uidetur ſententia Ariſtotelis & Commentatoris in Com. 52. 8. Phyſicorum. Ibi enim ponit quod nullum mortalium mouet ſe propriè, imò ꝙ ſolum primum cœlum moueat ſe: quoniam nõ eſt aliquid ante ſe, cętera uero præſupponuntur. primũ q̃d & ulterius adducebatur, quod non ſemper homines conſultant, dicitur hoc eſſe uerum, tamen illæ operationes propriè non debent appellari humanæ, ſed

beſtiales : quoniã ab anima beſtiali procedunt. Neq; igitur dicitur homo animal conſultorium, quoniam ſemper cõſultet, ſed quoniam nobiliſsima operatio eſt conſultare ſaltem in practico & factiuo. quare &c.

*Caput decimum, in quo continentur contenta in decimo capitulo Alexandri.*

ALexander deinde in ſuo decimo uult oſtendere, Stoicos non rectè dicere, actiones noſtras depẽdere à cauſis externis: quare & in Rubrica dicitur falſam eſſe opinionem illorum qui motuum & actionum noſtrarum cauſas externas inducunt. Alexander itaq; primo ſuam ponit intentionem, dicens: illos maledicere, qui eiſdem exiſtentibus circumſtantijs, dicunt, ſi modo hoc fieret, modo oppoſitum aliquod ſine cauſa fieret. quod ſic, ut exiſtimo, deducitur ſi ab eodem agente & eodem modo ſe habẽte, oppoſita produci poſsint, aut utrumq; oppoſitorum producetur, aut

nullum, aut unum tãtum, non utrumq;: quoniam ſic oppoſita eſſent in eodem, ſi nullum eſt contra data, quoniam ponit quod proueniat actio, ſi unum tantum ab hoc non producitur: quoniam non eſt dignius unum produci ab hoc, quam alterum: neq; etiam producitur ab altero, quoniam non apparet quod eſt illud, ergo erit effectus ſine cauſa, quod intendebatur. Secũdò impugnat Alexander hoc dictum præaccipiens, differre hominem à brutis, & inanimatis, quoniam bruta & inanimata à cauſa extrinſeca limitantur. Homo autem ſuarum operationum eſt ſibijpſi cauſa. neq; de hoc ulterius eſt quærenda cauſa. Nam ueluti non eſt quærendũ, quare ignis calefacit, quoniam hæc eſt eius natura: ſic non eſt quærendum, quare homo ex ſe diuerſa faciat. Nam in hoc ſtat humana natura ut ſuę electionis ſit differentia, quod & experimento manifeſtatur. Nam quanquam uoluntas ſolum in bonum feratur, aliquãdo fertur in bonum utile, aliquando honeſtum, aliquando uerò delectabile: non tamẽ ſe-

 cundum

cundum eandem intentionem,ſed ad a
liud & ad aliud reſpicientes. Quare nūc
ex occurrentibus,ut accidit,ad ſpeciem
boni utilis, nunc ad ſpeciem delectabi-
lis,nunc ad ſpeciem honeſti . quo fit ut
homo ſibi ipſi horum ſit cauſa, & nō ex
alio extrinſeco . Tertiò oſtendit quod
quāuis homo moueatur ex ratione ma-
gis agente,non tamen mouetur ex ima
ginatis: quoniam quæ per rationē ſunt
nō ſunt ſemper ut imaginata,nā multo-
tiens inuicē pugnant ſenſus & ratio,ut
dicitur tertio de Anima . Vltimò epilo
gat circa tria capitula, & hoc de primo.
Quantum ad ſecundum certè non poſ-
ſum non mirari de tanto Philoſopho,a-
deo ut multoties dubitem,hunc libellū
fuiſſe Alex. cum tā Peripateticè loqua-
tur:quoniam dicit, hominē ſibi eſſe cau
ſam actionum oppoſitarum.certè ſi ad-
æquatam intelligit, contradicit Ariſto-
teli per totum 8. Phyſicorū, & in 9. Me-
taphiſicæ.In his enim locis per longum
proceſſum conatur oſtendere Ariſtote-
les, quod ſi unum facit,& oppoſitū per
alteram diſpoſitionem. Imò & ipſe Ale
xander

xander hic dicit, hominem appetere bo num utile ex occurrentibus efficientib. honeſtum uerò ex alijs occurrentibus. Non igitur homo præciſe eſt ſibi cauſa, niſi aliud ſuperueniat. quare autem ab ipſo Alexandro, nunquid ex tali limitante uolũtas cogatur uel non. Si detur ſecundum, redibit argumentum: quoniam eſt impotentia ad ſic eligendum, & per ipſum debet eſſe diuerſum effectiuum unius partis condictionis, ab effectiuo alterius partis. Si autẽ dicitur cogi ſiue neceſsitari à tali occurrẽte, quæritur quomodo illud occurrens ſibi occurrerit, aut naturaliter aut uoluntarie: & tandem niſi procedamus in infinitũ, oportet quod naturaliter, quod cum ineuitabile ſit, ex quo eſt purè naturale, actum uoluntatis eſſe fatalẽ eſt neceſſarium. Verùm fortaſsis ad hoc dicitur, quod illud occurrens fuit per accidens, & talium non eſt per ſe cauſa, ut dicitur ſexto Metaphiſicæ. Verùm recurſus eſt habendus ad ea quę ſuperius adducta ſunt, ubi oſtendimus nihil adeò eſſe caſuale & fortuitum, quod non habeat

cauſam

uerſationem. quare dicitur & in Rubrica, eos qui omnia fato fieri dicunt, omnem humanæ uitę actionem auferre. Alexander itaq; primo ſuam proponit intentionem dicens qui facultatem hāc id eſt, Liberum arbitrium deſtruūt, coguntur, quantum ad eos attinet, uniuerſam hominū uitam cōfundere & euertere. Secundò quod propoſuit, probat ducēdo ad multa inconuenientia & improbabilia. primū eſt, quoniam ubi omnibus hominibus ſic conſtaret, uidelicet omnia fato fieri, fortaſsis omnes homines laudarent uirtutes cū ſint honeſtæ & bonæ: nullus tamen eas proſequeretur, quoniam uirtus eſt circa difficile, quare cum labore acquiruntur. Verùm unuſquiſq; naturaliter fugit laborem & ſequitur uoluptates, quæ ſunt delectabiles, ſecundum illatum quod iſti magiſtri ſic aliquos perſuadentes ue luti ſuos diſcipulos non rectè eos increparent, quodcunq; ſcelus perpetraſſet: quoniam ipſi diſcipuli à Magiſtris ſic docentibus ſe defenderent, quod aliter facere non potuiſſent. Tertium quod

infertur, eſt, quoniã obiurgationes, ſupplicia, orationes, laus & uituperium (legitimam namq; habent cauſam ſe defẽdẽdi: quandoquidẽ aliter facere nõ potuerunt. unde neq; ipſi obiurgatiões et ſupplicia inferentes) ſuam non ſeruabunt naturam, patent iſta, quoniam nõ obiurgãtes nõ inferimus ſupplicia ineuitabilibus, ſi taliter fuiſſent circumſtantionati aliter feciſſent. Quare ueluti ipſi obiurgantes, & ſupplicia inferentes ſi talia perpetraſſent nollẽt obiurgari & ſupplicijs affici: ſic & ipſi delinquentes non debent obiurgari neq; pœnis affici. Hortationes quoq; uanæ & irritæ eſſent: quandoquidem ſecundum quod cauſa ſuperior diſpoſuit fieri neceſſe ſit. Non enim ab aliquo occurrente quicquid ſit impediri poteſt, laus quę & uituperiũ penitus ẽ medio tollunt: quoniam non laudamus neq; uituperamus aliquẽ niſi ex his quorum nos ſumus domini. Aſt per poſitionem ducimur & non ducimur. Quartum, & hoc non eſt uidere, meo aliquid ad inconueniens demonſtratum, ſed magis

oſtendit

oſtendit ex rebus ipſis & ex his quæ in humanis conuerſationibus uidemus, hoc Stoicorũ placitũ eſſe falſum. Eſt autem hoc, quoniam ſanè uidemus neminem bonarum atq; honeſtarum actionum, fato atq; neceſsitati cauſam aſcribere, uerùm ipſos autores talium actionum dicimus eſſe cauſam, malos cõtra ob fatũ ipſum ſe dicentes eſſe huiuſmodi, adducũtq; tales Stoicos in teſtimonium ad ſui defenſionẽ. Quare hoc placitum ſceleratis maximum erit patrocinium. Quintum eſt, quod huiuſmodi poſitio à dijs ipſis omnem amouet prouidentiam. Quæ enim utiq; prouidentia eſſe poteſt, quæ non unicuiq; ſecundum ſui dignitatem impartitur & tribuit. Aſt ſecundum hoc placitum unicuiq; tribuit ex quadam prȩcurrente cauſa. Nulla igitur ſecundum hoc prouidẽtia remanet. Sextum eſt, quod deorum cultus ex toto corrumpitur & annihilatur in his qui credunt deos eſſe colendos, ſed à ſuperis denegatum eſt, quod eos colant, iniuſticiaq; uidetur eſſe in dijs ipſis qui non ex meritis, ſed ex dijs

ipſis

ma quidem, quoniam ſi Deum omniũ eſſe cauſam ponam9, omneſq; aliȩ cauſæ per Deum reguntur, totumq; quod ſunt & operantur à Deo ſunt & operantur, difficile eſt ſaluare, quomodo homo Dominus ſit ſuorum actuum, & ab extrinſeco non mouetur ad agendum quicquid agat. Nam quod cauſa ſecunda agat ſine prima, & iterum quod ſit cauſa adæquata pro aliquo effectu, & non ponatur eius effectus, ſitq; impotentia ad utrumq;, et tamẽ reducat ſe ad actum, quomodocunq; rationes Ariſt. in 8. Phyſicorum procedant: difficile, inquam, eſt apud me iſta ſaluare. ſed ratio eſt, quoniam nõ uidetur ueriſimile Deum aliquid ignorare, ſiue ſit præſens ſiue præteritum ſiue futurum, ſiue uniuerſale, ſiue particulare ponatur, ſiue materiale, ſiue ſit ex immaterialibus: quando quidem ipſum ponimus omnium eſſe cauſam, ipſeq; cognoſcat non quoniam à rebus accipiat, ſed quoniam de rebus cũctis ipſe dat omnia quȩ habẽt, eiuſq; ſcientia ſit longe certior omni alia ſcientia, quantumcunq; ipſa ſcientia eſſet

Mathe

Methaphyſicæ quæ in primo gradu certitudinis prohibetur, ſiue eſſet ad oculum rectiſsimè diſpoſitum demonſtrata. ſi igitur inquam talis eſt Dei ſcientia quæ igitur ineuitabilitas, uel quod Liberum arbitrium rebus ipſis relinquitur? Certiſsima enim uariari nõ poſſunt, neque quæ ſunt pro tempore pro quo ſũt non poſſunt non eſſe, ut manifeſtũ eſt. Tertio quoniam aut pauca aut nulla adducuntur argumenta aduerſus Stoicos quæ aduerſus auctores ipſos talium argumentorum retorqueri non poſsint, non minus ſic argumentantes anguſtias patiãtur, quàm ipſi in quos hæc iacula torquent, ueluti ex præhabitis eſt uidere, & ex ſubſequentibus melius hæc apparebũt, quapropter cum duę primæ rationes, uel ſaltem prima ex his quæ ſupra diximus manifeſta ſit, ad tertiam me cõuertam, quæ partim ex tertio huius noſtri propoſiti manifeſtari poterit, & hoc de ſecundo. Quãtum ad tertium cum Alexander infert hoc placitum uniuerſam hominum uitam euertere & confundere, dicitur hoc minime eſſe uerum

tum, & ad primum ibi allatum quod ſi hoc eſſet uerũ, omneſq́ue homines ſic eſſent perſuaſi, tanta eſt ueritatis uirtus & poteſtas, ut & ſi omnes homines laudarent uirtutes tanquam bonas & honeſtas, proſequerentur tamen uoluptates. quare faciliores ſunt uirtutibus ipſis quæ cum labore & triſticia acquiruntur: ad quod primo dicitur, ipſi ſic argumẽtantes reſpõdẽt apud ipſos. unde eſt quod multi ipſorum credunt uirtutes longe eſſe meliores ipſis uoluptatib. poſſuntq́ uirtutes ex ſe proſequi, nullo ad oppoſitum cogẽte: ſunt enim ut dicunt domini ſuorum actuum, & tamen neglectis uirtutibus uoluptates ſequunt̃, iſtud enim certè uidetur eſſe incredilibile, quandoquidem uolũtas nõ moueatur niſi ad bonum & magis moueatur ad magis bonũ, et ſi dicatur, cum homo neglecta uirtute proſequitur uoluptatem: tunc uirtus non uidetur eſſe ſibi magis bonũ, ut multi ſentẽtia mea magis approbati uiri dicunt: uel eſto quod uideatur uirtus ſibi eſſe magis bonum, tamen uoluptatem proſequitur:

quoniam & utrumq; poteſt ex ſe ferre nullo alio uariato, ueluti quidam alij dicunt. uerum quoduis iſtorum dederis non uidetur conuenienter neq; ſufficiēter dictum. quod enim pro ſecundo loco dicitur, uidclicet, quod hoc appareat ſibi magis bonum illo, & tamen hoc fugiat & illud proſequat̃ quod eſt minus apparens bonum, nihil aliud eſt dicere, niſi uoluntatem fugere, bonũq́ue bonum, & malum proſequi, qua malum: quo nihil apud me abſurdius uidetur, quodq́; omnes Philoſophi reclamant. Nam Plato, Ariſtoteles, Dionyſius, Arcopagita & omnes illud abhorrent, & ſi quis experimentum in ſeipſo fecerit, uidebit experimentnm eſſe in oppoſitum. neq; etiã quod primo loco dicebat̃ ualidum eſſe uidetur. Si enim Socrati, (exempli gratia) uirtus prius melior uiſa eſt quàm uoluptas. Nunc uero ſit cõtrariũ, ſcilicet quod uoluptas uideatur melior ipſa uirtute, uel ſi nõ ſit nunc talis collatio, ſiue comparatio, ſiue tãtum aſpicit ad uoluptatem, & non ad uirtutem, quare bonitas uirtutis nunc Socratem

tem non mouet. unde igitur prouenit nũc iſta mutatio? Nam & cauſam habere debet, quæ aut eſt naturalis, aut uolũtaria. ſi uoluntaria idem ſtabit argumentum, quod & eſt prius factum, uidelicet quod uoluntas nõ mouetur niſi ad bonum. Si igitur prius Socrati uirtus eſt uiſa melior uoluptate, nunc autem non: quoniam uoluntas noluit ut ſit uiſa melior, uel noluit amplius conſiderare de uirtute. quando igitur uoluntate apparebat uirtus melior, & poſtea non apparuit melior, quoniam uolũtas noluit ſic eam apparere, noluit autem: quoniam uiſum eſt ſibi melius, quod uirtus non appareat melior ſibi quâm quod apparuerit. Vnde illud igitur cauſatum eſt ſ. melius eſſe nolle ſibi uirtutem apparere meliorem, quam uelle ſibi uirtutem meliorem apparere, & tandem uel erit proceſſus in infinitum in cauſis uoluntarijs, uel ſtandum eſt ad cauſam naturalem: qua poſita uoluntas mouetur inevitabiliter. Quare uoluntas ab alio determinabitur, niſi quis dicat, uelut ſupra adductum eſt, uoluntatem tendere

in malum, qua malum eſt, quod tamen inopinabile uidetur. Vnde ad illatū inconueniens dicendum eſt, argumentū in duobus peccare. Supponit enim primo, omnes credere omnia fato prouenire, quod tamen ſecūdum poſitionem nedum falſum eſt, uerùm eſt impoſsibile. Nam ex quo non omnes credunt, neque credunt omnia fato prouenire, ut manifeſtum eſt. Aduerſarij enim ſunt in oppoſitum & quicquid erit, de neceſsitate erit: quoniam ineuitabiliter erit, q̄d autem ineuitabile eſt, aliter eſſe non poteſt. repugnat igitur poſitioni, admittere omnes homines credere omnia fato euenire. Peccat & ſecundo, quoniā ponit quod credēs omnia fato euenire, relinquet uirtutem, quā adipiſcitur cū labore maximo, & uoluptatem quę faciliter acquiritur. Hoc em̄ falſum eſt, & eſt oculis conſpicere oppoſitum. Nam Zeno, Seneca, & omnes ferè Stoici poſuerunt omnia fato euenire, necq; eos latuit uirtutem adipiſci cum labore, & uoluptatem faciliter & iocundè: & tamen ipſi uirtutē proſequuti ſunt, & uoluptates ne-

tes neglexerunt & deteſtati fuerũt, imò dicant ſic argumentãtes: unde eſt quod ipſorum multi qui tenent ſeipſos ſuorũ actuum eſſe dominos, & affirmant uirtutes eſſe proſequendas & uoluptates fugiendas: neglectis tamen uirtutibus, uoluptates ſequuntur. & certe ſi quis acriter eos torqueret, referrent & ipſi fatum in cauſam. Quare quaſi coguntur eandem quam Stoici reſponſionem dare, ad ſecũdum illatum, uidelicet quod Stoici diſcipulos ſuos ad hanc opinionem de fato perſuaſos de nullo quantũcunque facinore ſcelerato ab eis perpetrato poſſent increpare. Huic dicitur primo, ſecundum ſic arguentes. ſi quis aliquem increpat de aliquo ab eo commiſſo, an ideo increpat, ut illud non fecerit, uel ut illud factum non faciat ſecũdum numerum, & certè neque ſecũdum ipſos iſtud dici poteſt, quoniam etiam Deus non poteſt hoc facere ex Agatonis ſententia, quã 6. Ethicorum approbat Ariſtoteles: uerum dices ideo increpatur talis, quoniam pro delicto pœnam talem ſuſtinet, & ut uidentes talem increpatio

nem à conſimilibus caueant. Quare in exemplum alijs tale fit. Verùm quæritur an omnes uidentes tale exemplum ab eiuſmodi ſe caueant, an aliqui ſic, aliqui nõ. & manifeſtum eſt, quod non omnes tale exemplum habentes à talib. malis actis ſe cauent, & quę cauſa diuerſitatis: cum tamen omnes idem exemplum habeant, & certè nón poteſt referri hoc niſi in diuerſitatẽ hominum: quoniam aliqui ſic ſunt affecti, aliqui uerò ſic. Cumq; quæritur de cauſa diuerſitatis affectionis, certę non uidetur aliqua adduci ultimata, niſi in cauſam naturalẽ fataliter agentem reducamus. Si namque in uolũtatem hoc referatur, ſtabũt argumenta priora; quoniam uoluntas non fertur niſi in bonum ſibi oſtenſum, quod tandẽ opportet reduci in cauſam naturalem, niſi in infinitum procedam, aut oportet dicere uoluntatem ferri in malum qua malum, quod non uidetur intelligibile. Vnde & partem oppoſitã fato non minores anguſtiæ circumſtãt quâm partem affirmantẽ fatum. Quare dicitur: Deum uniuerſum regentem &
ordinan

ordinantem inſtituiſſe regulã, quæ neque uariari, necp̄ præteriri poteſt, ut ſcilicet ad quoſdam mala perpetrantes fiãt abiurgationes, ſiue increpatiões: et hoc fit tanq̃ inconuenienter ſequens ad illa mala perpetrantes, quaſi ueluti punitio fuerit & tales increpationes tanq̃ cauſæ præcedentes ad aliquos qui talia uidentes uel audientes non committũt talia male acta, licet non omnes ſic faciant. Cur autem aliqui ſe abſtinẽt aliqui uerò non abſtinent, ultimatè reducitur in Deum & fatũ ſic ordinantia Quod ſi ulterius quæratur, unde eſt, quod Deus ſic uult aliquos ex tali increpatione abſtinere & aliquos non, alia non eſt cauſa, niſi quoniam ſic expoſtulant Dei natura & uniuerſi pulchritudo. Vnde uidemus multa à Dijs fieri, quę nobis uidentur eſſe extra rationem, iuxta illud: uictrix cauſa Dijs placuit, ſed uicta Catoni. Pompeius quocp̄ cũ aduerſus patriã dimicaret, tulit triumphũ, cum pro patria & uicta cauſa ſuccubuit, ſic Dijs placitum eſt, necp̄ in aliam cauſam referri poteſt. unde nequeo non admirari de

aliquibus qui putant ultimam cauſam & immediatam in actionibus noſtris eſſe uoluntatem, cum tamen uolũtas habeat cauſam, ut ex dictis poteſt eſſe manifeſtum. quare & ad tertium cum inferebatur, uidelicet obiurgationes, ſupplicia, hortationes, laus & uituperium ſuã non ſeruarent naturam, dicitur, quod ſi iſta intelligantur de commiſſo à nobis, quod euitare per nos ipſos potuimus uel ex nobis facere, reuera nomina uana ſunt, nihilq́ eis ex natura correſpondet. Si tamen ſic intelligantur, quod iſtorum quædam fato ſubſequãtur, & quædam antecedãt: ſic reuera ſunt & propriam ſeruabunt naturã, nam fato ad ſcelera perpetrata aliquãdo obiurgationes & aliquando ſupplicia ſequãtur, & iſta eadem ſunt cauſæ præcedentes & ordinatæ, ut aliqui talia non cõmittant, non autem omnes, ſicut etiam negantes fatum dicunt. Vnde Diogenes Laertius in libro ſeptimo de Vitis philoſophorũ in uita Zenonis Stoici refert, cũ uerberaret ipſe Zeno famulum, qui furtum commiſerat: cumq́ ſeruus ille diceret

ſe fato

ſe fato furatum eſſe, fertur reſpondiſſe Zeno: & fatale eſt me te uerberare. quare ſicut peccata ſunt fatalia, ſic & pœnę. Idemq́ dicitur de hortatoribus: quoniam ſicut fatale eſt illos ſic operari, fatale eſt & illos mediantibus illis hortationibus ſic operari, ſineq́ illis nihil operatur, de illis quoq; qui operãtur ſine hortationibus eodem modo quo operãtur ſic fataliter operantur. cumq́ dicebatur de laude & uituperio pariter dicitur. q̃d ſi intelligãt laudẽ & uituperium eſſe de his quorum nos ſumus domini, uidelicet non impulſi ab extrinſeco: ſic ſunt uana nomina, nihil quod ſit in re, impotentia, ſed tantum ſecundum exiſtimationem aliquorum qui negant fatum. Si autem per laudem & uituperium, intelligamus quædam ſequentia acta & quædam præcedentia agenda quæ quãdam præeminentiam deſignare uidentur uel oppreſsionem, ſic ſunt ex parte rei & fatalia ſunt: ueluti & res quas ipſa ſcilicet laus & uituperium ſequũtur & antecedunt ſunt fatales. Cumq́ ulterius dicebatur, nemo laudatus uel uitupe

ratus de impoſsibilibus aliter ſe habere, dicitur, hoc non eſſe apud omnes uerum, ſed ſolum apud aliquos. Apud eñ Stoicos hoc ueritatem non continet, apud quos non eſt abuſus uerborum: apud uerò alios eſt uerborũ abuſus, diciturq; quòd propriè ſecundum ueram ſignificationẽ laudis & uituperij iſta non attribuũtur, niſi ubi ſunt conſultatio & electio, et non concurrit aliquod extrinſecum particulare nobis cognitum. Exempli gratia, ſi quis motus per uiolentiam ab aliquo homine innocentem uerberaret uel interficeret, iſtum non uituperamus: quoniam manifeſtum apparet quòd uiolentauit ipſum, & uoluntariè ipſum non interfecit. Si quis autem conſimilem effectum fecerit, nullo tali particulari apparẽte & uolũtario, iſtum uituperamus: quoniam exiſtimatur ex ſe tantum feciſſe, quanquam ex ſe nõ fecerit, neq; eſt poſsibile quod ex ſe fecerit. Quod ſi dicatur iſtud uidetur eſſe iniuſtum & contra rationem, cur namq; cum uterq; nõ potuit aliter facere, unus tãtum punitur alter uerò non. huic primo

mo dicitur, reſpondeant ſic argumentã tes: unde eſt, quod boni utplurimum ui tuperantur, deridentur, exulant, trucidantur, conculcantur & exterminãtur: mali uerò ſunt ſecundum oppoſitas diſpoſitiones. Aut enim Deus gubernat, aut non gubernat. Quare Epicurus, ut refert Cicero in fine lib. de Natura deorum, credidit non eſſe Deum, & ſi eſt, iſta non prouidere: cui ſententiæ mihi & ipſe Cicero in illo libro & in ſecundo libro de Diuinatione aſtipulari uidetur. Vnde & Auguſtin. in 5. de ciuitate Dei dicit de Cicerone: Dum Cicero uult facere nos liberos, facit ſacrilegos. Sed huic fortè dicit, Deus gubernat, & quãquam boni in hoc mundo patiãtur mala, & mali bona: in futuro tamen ſeculo erunt econtrà. Quare illa mala quæ patiũtur in hoc ſeculo, ſunt pro maiori bono in futuro ipſis bonis, malis econtrà: certè iſtud ſecundum leges eſt optimè dictum, minimè tamen ſecundum Philoſophos: quandoquidem iſtud futurũ ſeculum non eſt demonſtrabile aliqua ratione. Sed benè creditur, quod eſt pro

prium legibus, quæ creditis & non demonſtrationibus mouentur. Amplius uidemus multos malos male ſe babere in hoc ſeculo, & multos bonos econtrà quomodo iſta dicta ſtabunt? quod & firmatur. Nam ab iſtis quæritur, aliquis naſcetur ex ſceleratiſsimis parentibus, ſemperq́ inter ſceleratos uerſatus, adeò quod nunquam uidit aliquem uirũ bonum, cur iſte debet puniri in futuro ſeculo, cum ſemper hic mala ſit paſſus, neque uidetur quomodo ad bonũ potuit conuerti. Propterea, nonne per ſe ſic dicentes, Deus poſſet omnes bonos facere ſine aliqua difficultate. Igitur magna uidetur eſſe ipſius Dei iniquitas & inuidentia, cum hoc non faciat. quod ſi dicitur, ideo non facit: quoniam cuncta ſuauiter & ordinate diſponit, unde unumquodq; liberum relinquit, datq; poteſtatem benè agendi & malè agendi, unde maius meritum & demeritũ proueniunt. Certè hic ſermo uidetur eſſe difficilis ex plurib. Primò quidẽ, quid dicemus de hijs, qui non habent uſum rationis ueluti infantes pueri, in extremo ſenio

nio conſtituti amētes & infiniti, qui ex regionibus impedimētisq́ uarijs, ueluti ſunt complexiones, infinitaq́ occurrentia, uſum rationis impedientia quæ narrari non poſſunt. Quomodo igitur illi poſſunt benè agere & malè agere, cū uiuant tantum anima beſtiali. & ſi intellectiua, aut impoſsibile eſt, aut difficile bene uti: ueluti in extrema paupertate conſtituti quin furentur, uel maximè pni ad iram, quin excandeſcant. & ſic de ſingulis. Secundò, quoniam quemadmodum uiſum eſt, quomodo etiam iſti qui habent uſum rationis cum poſsint benè & non benè æqualiter eligere, unde fit determinatio: cumq́ non agant niſi mota, quomodo igitur ipſi agunt? Amplius & tertiò, nônne melius eſſet omnes homines eſſe bonos ſine aliqua macula quam tot eſſe malos: quamuis tot malis exiſtentibus ſunt aliqui clariores, quam ſi omnes eſſent boni, certè ex mille millibus neq́ unus reperitur bonus, alijs exiſtentibus malis. Quare longe melius eſſet omnes eſſe bonos, quā tot paucos. cūq́ Deus poſsit hoc facere

per

per poſitionem, vultq́ omnes homines bonos fieri; ergo omnes homines deberent eſſe boni. & certè nulla videtur de his rationabilis cauſa niſi quoniam natura uniuerſi exigit hoc, ut ſint homines vniuſcuiuſq́ ſortis, boni, mali, pauperes, diuites, potentes, impotētes, domini, ſerui, & ſic de reliquis, hoc exigente fato, cuius argumentū eſt, quod ſemper ſic fuit, ſemper ſic erit: quare neque aliter eſſe poteſt. Vnde redeundo ad illud de quo diſceſsimus. quæ igitur laus attribuatur, quando non apparet particulare extrinſecum mouens uolūtatē ad actionē bonam, ſed creditur ex ſe feciſſe, & laus non attribuatur ubi apparet, hoc eſt ex natura rei ſic expoſcente. Etiā ſuo modo dicatur de uituperio, quanquam & extendendo laudis & uituperij nomen etiā attribuūt dijs, beſtijs & rebus inanimatis. Laudamus em̄ deos, laudamus aliqua animalia, uituperamus et aliqua: laudamus aliqua uina, & aliqua uituperamus, & ſic de reliqs. Ad quartum cū dicebatur, quoniā in bonis operationibus nullus aſcribit fato, ſi ipſe

pſę tales egerit operationes, immò ſic dicētibus excandeſcit. Vnde ſi quis, exempli gratia, hoſtes debellauerit, moleſtè feret, ſi hoc dijs attribuatur uel fato. conſimiliter de medico aliquo curante. Quare Democritus, apud Hippocratē conqueſtus eſt de arte medica. Nam ſi infirmi moriuntur, hoc aſcribunt medicis, ſi ſanantur, attribuunt dijs: cum aūt aliquod ſiniſtrū occurrit præter uotum attribuunt hoc fato, ut ſuam famam defendāt non ex ipſa re. huic dicitur iſtud quod fuit aſſumptum non eſt uniuerſaliter uerum: quoniam Stoici & laudem & uituperium & omnes operationes uniuerſaliter fato attribuunt: quod uerò multoties, immò apud plures aliter ſentiatur, hoc eſt, extra naturam rei, neque hoc inconuenit: quoniam in quàmplurimis plurimi errant in opinionibus, & in dictionibus ſuis. Hoc etiam eſt fatale ſic expoſcentibus natura & ordine uniuerſi: quandoquidem & omni tempore ſic cōſpiciatur. Ad quintum etiam cum dicebatur, hoc placitum omnem prouidentiam ab ipſis dijs amouere: quæ enim

nim eſſet deorum prouidentia, quandò quidem non attribuunt ſecundum ſui dignitatem, uerùm ex cauſis præcurrentibus. Hoc argumētum non minus difficultatem infert ſic argumentantibus, quàm huic quod appellant placitum. Si enim Deus non tribuit niſi ſecūdum ſui dignitatem, cui tribuit: unde igitur eſt, quod aliqui naſcūtur in locis bonis, ut Italia, Græcia & Hiſpania: aliqui uerò in locis peſsimis uix habitabilibus, ut ſunt Aethiopes, Scythæ, & homines beſtiales peioresq́ ipſis feris: immò aliqui ſunt, qui ad humanitatē reduci non poſſunt: aliqui etiam naſcuntur Reges, Imperatores, Principes, diuites, fortes, pulchri: aliqui in oppoſitum, diſcurratq́ue ſic arguens per uniuerſum, & uideat diuerſitatem exiſtentem in mundo, & uidebit maiorem partem bonis affluentem hoc non ex ſe habere, ſed ex extrinſeco, & in malis ſimiliter Quo fit, ut Cicero refert de deorum Natura. propter hoc aliquos Deum non eſſe exiſtimaſſe: ſi namq́ eſſet, curaret & gubernaret hæc. Verùm quæ poteſt eſſe iſta guber-

gubernatio, cum omnia uideantur eſſe peruerſa. Aliqui uerò propter hæc quã-quam conceſſerunt Deum eſſe: ipſum tamen hæc inferiora non curare affirmauerunt, ueluti Epicurus, & qui eum ſequuti ſunt. Aliqui autem dixerunt Deum hæc curare: uerùm quoniam dimittit homines in ſua poteſtate, ideo tot incommoda & inordinata in uniuerſo conſpicimus. ſed ex ſuperioribus hoc uidetur eſſe impugnatum ab illis tribus rationibus ſuperius adductis, uidelicet quod minor pars hominũ habet uſum rationis, neq; illi qui habent, mouent niſi moti: quare ibi uideas. unde fit, ſi Deum ponimus, & ab ipſo cuncta moueri affirmamꝰ, ideo ſic aliquos imperatores à natura facit, aliquos diuites. & ſic de reliquis diſpoſitionibus & contrariis his, non ex meritis, ſed ex ipſo fato, & ex natura uniuerſi ſic diſponente & exigente. Neque enim aliter eſſet uniuerſum. Vnde non aufertur Dei prouidentia, imò maximè augetur & extollitur: quãdoquidẽ ad oĩa cõcurrat poſitione cõtraria oppoſitum faciẽte. Quo-

giam

niam ponit Liberum arbitriũ ſine cauſa exteriori & Dei prouidentia. Vnde argumentum militat magis aduerſus eos quàm aduerſus Stoicos. Ad ſextum autem, cum quærebatur, quomodo credẽtes deos eſſe colendos, ſi deos colere ex fato denegatũ eſt; quomodo igitur credẽt colendos eſſe. certè & ipſi habẽt conſimilem difficultatem ſoluere. Multi enim negantes fatum, credunt deos eſſe colendos, & tamen oppoſitũ operãtur, cũ furãtur, blaſphemãt: & ſic de ſingulis. Quod ſi dicatur eis nõ denegatũ eſt poſſe colere; ſed non colunt ex ſua mala uoluntate. Verùm eiſdem tormẽtis utendum eſt, quibus & prius uſi ſumus, uidelicet quomodo poſſunt uelle non colere, cum exiſtimant, melius eſſe colere quàm non colere; & repetas ea quæ dicta ſunt. Vnde dicendum eſt ꝙd nihil hoc inconuenit, quod aliqui credunt deos colendos & non colunt, non poſſunt colere fato actum impediente: multi enim experiuntur in ſeipſis, quod credunt aliqua eſſe bona & tamen non poſſunt proſequi. Vnde dicitur de Medea

deâ. poſtq̃ ratione furorem uincere nõ poterat. Fruſtra Medea repugnans, neſcio quis Deus obſtat ait: Multi quoq; cognoſcunt furta, & meretrices eſſe malas uel aliquod huiuſmodi: & tamẽ nõ poſſunt reſiſtere, dolentq; quod nõ poſſunt reſiſtere. Quare dicitur de amante: Iuraui toties rediturũ me ad limina nũquam. cum bene iuraui, pes tamen ipſe redit. Ad ſeptimum autem cum diceba-tur, artem diuinatoriam penitus tolli, nulliusq; namq; eſſe proficui, non quidem in malis: quandoquidẽ euitari non poſsint, neq; in bonis: quoniam rei perfectionem diminuũt. Ad quod dicitur, ipſos ſic opponentes reſpondere: ſi prenunciationes malorum ideo à dijs datas eſſe hominibus, ut ea mala euitare poſsint & debeant, cur igitur ſi dij ipſi propter hoc faciunt, poſſent ne & ipſi dij eos ab illis malis remouere ſine tali prænuntiatione aut non. Si non: non igitur ſecundum eos dij ſunt. Si poſſunt cur ſine talibus prenuntiationibus non remouent. Vanum enim uidetur, ſi dij uolũt ipſos in talia mala non incidere,

nam admonent eos & poſſunt ſine admonitiōe aliqua hoc facere, & ſic ipſos admonere. ſolemus enim admonere aliquos, cum per nos ipſos non poſſumus, & credimus alio modo ipſos ſic poſſe facere: quod ſi per nos ipſos bene facere poſſumus, & non facimus, increpamur, nam nos eos à tali malo præſeruantes ſine aliqua admonitione magis laudamur: Magis enim certi ſumus de ſuo bono. Admonendo enim dubij ſumus an obtemperabit admonitioni: at operando certi ſumus: bonum autem certum præeligitur bono dubio. Similiter arguitur de bono prænuntiato: quoniam aut Deus poteſt ſine prænuntiatione, aut non poteſt. & conſimiliter procedatur ut de malo, cum hoc quod etiā argumētum ipſorum retorquetur, quoniam bonum prænunciatum eſt minus perfectum. Amplius ſi prænunciantur mala à dijs, ut euitentur. unde eſt quod homines ſic timentes de talibus monitis omni cura, ſtudio & diligentia ſua et amicorum omnia procurant, ut euitentur talia mala, & tamen quanto magis

ſtudent

ſtudent hoc euitare, tanto magis in illa incurrunt. Vnde leguntur hiſtoriæ, & maxime Valerius Maximus, Plutarch. Iuſtinus, Liuius, & cæteri infiniti prope tales leguntur. Vidi & ego Petrum Leonem Spoletinum medicum & philoſophum celeberrimū, qui dum legeret Patauij, uidiſſetq́ ex peritia aſtrorum fatū ſibi minari aquas ipſum ſuffocaturas, ratus hoc ſibi cōtingere propter Venetias, quæ in aquis ſita eſt: ad eam enim urbem pro curandis infirmis à Venetis multoties aduocabatur. Quare hoc timens clàm petijt Florētiam quæ in mōtibus ſita eſt: dūq́ eſſet in cura illuſtriſsimi Laurētij Medices, poſt eius obitum una dierum in quodam puteo ſubmerſus inuentus eſt. quomodo hoc quod nunciatum eſt, ut hoc euitaret. unde dicendum quod diuinatoria eſt, neq́ fato tollitur, immò fato datur aliquando his quibus fiunt prænunciationes, euitant prænunciata, fato eos ab hoc compellēte: aliquādo non euitant eadem de cauſa. conſimiliter in bonis contingit ubi ſ. aliquando bona prænunciata eueniūt:

aliquando non prænunciata eueniunt etiam. immò & aliquando quæ prænũciata ſunt non eueniunt. cauſa autẽ huiuſmodi diuerſitatis eſt: quoniam fatũ in tali diuerſitate perficitur, eiusq; natura eſt, ut ſit tanta diuerſitas in uniuerſo: quà non exiſtente, nõ eſſet uniuerſum. ſic enim ſemper fuit, & ſic ſemper erit.

*Caput duodecimum, in quo continentur contẽta in duodecimo capitulo Alexandri.*

VT mihi uidetur, in hoc duodecimo capitulo Alexãder oſtendere intendit, Stoicorum opinionem in ſuis ſermonibus repugnantiam continere, ſic q̃d ex dictis ab eis infert euidenter ipſam eſſe falſam. Vnde dicitur in Rubrica; opinionem eorum qui omnia fato fieri dicũt his ſermonibus, eſſe falſam. Iſtud autem capitulum non bene à me intelligitur, & aut hoc fit ex ignorantia mea, aut ex uitio interpretis, aut quomodocunq; aliter: tamen dicam quod ſuſpicor ipſum uelle. Mihi itaq; uidẽtur eſſe tria quæ hic ab Alexandro intendũtur.

tur. Primum eſt: Opera Stoicorum non conueniunt his quæ à Stoicis dicũtur, unde unum dicunt, & oppoſitum faciunt. Ex quo poteſt argui, quod neq; ipſi conſentiunt his quæ dicunt: aliud enim dicunt & aliud credunt. dicunt ẽm omnia eſſe fato, ut patet. Verùm ex operibus eorum apparet, eos ſic non credere. Quare ſi opera extrinſeca ſunt uera, inditia interiorum & mentis. neq; ipſi hanc opinionem exiſtimãt eſſe ueram: aſſumptum autem ex aliquibus oſtendit, quoniam ipſi gloriantur hanc opinionem ab alijs non accepiſſe, uerùm eius opinionis ſe eſſe inuentores. Quod ſi ita eſt, non igitur hæc opinio ab eis inuenta, fato inuenta eſt nam ab extrinſeco habuiſſent, & ab alio: quare ex ſe nõ inueniſſent. quare multis conantur hãc opinionem confirmare, multaq; de hoc ſcribunt, ut alios in hanc opinionẽ trahant. Putant igitur ſuis perſuaſionibus homines uẽturos in ſuam opinionem. quod ſi tacuiſſẽt, forte fuiſsẽt, qui cõtraria feciſſent. At ſi ſic eſt, uidelicet homines perſuaſionibus induci ad operan-

dum,ueluti ipſi exiſtimant: aliter non perſuaderent,nec libros ederent.Non igitur putant hoc fato euenire,uerùm ſuis perſuaſionibus & ſcriptis, ut uidetur Alexander uelle. Et quoniam ipſi Stoici exiſtimant,aliquos non rectè operantes dignos uenia, aliquos uerò ſupplicio. At qui ignorantes faciunt uel coacti apud omnes leges et uulgares digni uenia exiſtimantur: aut nullus erit dignus ſupplicio,quod falſum eſt apud eos eſſe: at ſcientes & ex uoluntate peccātes à nullo extrinſeco moti ſupplicio digni ſunt.Verum tales fato non operātur, quoniam ex extrinſeco fatum eſt: quare non omnia fato ueniunt. Tertiū, quod intēdit,eſt hoc,ut exiſtimo,ſi duo ſunt dubia, & unum eorum ſit eligendum,illud, ad quod ſequitur minus malum,eſt preeligēdum:id ad quod ſequitur maius malum patet & ex ſe & ex tertio Topicorum: quoniam minus malum comparatum maiori malo rationē habet maioris boni. At magis bonum eſt,magiſq; eligendum eſt.Sed ſuppoſito quod ſit falſum, fatum nō eſſe,ſi quis

eligat

eligat & credat fatum non eſſe, minus incommodum incurrit, eo quod ſuppoſito fatum eſt, falſum credit fatum eſſe. Vir igitur ſapiens magis debet credere fatum nõ eſſe quàm fatum eſſe. omnia ſunt nota, excepto quod ad illud ſequatur minus incommodum, quod ſic declaratur. Si enim fatũ non eſſe falſum eſt, qui credit fatum non eſſe credit falſum: tamen impiger eſt in operationib. & multum procurat circa agenda: ſi uerò fatum eſſe falſum eſt, qui ſic credit falſum crdit, & piger fit in actionibus, & ſe fortunæ committit. Vtriq; ergo ſunt æquales ſtante ſuppoſito in falſitate. uerùm in deteriori conditione eſt, qui credit fatum eſſe, cum non ſit, quàm qui credit fatum non eſſe cum ſit. Primus namq; piger eſt & fortunę ſe cõmittit. Secũdus autem ſolers, neq; fortunæ ſe cõmittit. quare manifeſtũ eſt lõgè melius ſe habere qui negat fatũ, quàm qui ponit. Sed quis eſt ſanæ mentis, qui Philoſophum ſe profiteatur, qui non malis ſequi id quod eſt melius, quàm quod eſt deterius: ut enim eſt in prouerbio, In

rebus dubijs pars certior eſt tenenda. Quare magis tutum eſt tenere non omnia fieri fato, quàm omnia fieri fato. Hæc credo uoluit Alexander in hoc capite, & hactenus de primo. Quod ad ſecundum ſpectat, aliter non argumẽtor aduerſus ipſum, ſed oppoſitæ parti perſuademus per ea quę in ſuperioribus capitulis adducta ſunt: quare ad tertium deſcendamus. Et ad primum cum dicebatur, quod fać a à Stoicis differũt à dictis eorum, dicimus primò, quod credẽdum eſt iſtud uniuerſaliter non eſſe uerum. Stoici namq; dicentes fatum eſſe, & gloriantes de hac inuentione, non tamen adeò gloriabantur, nec affirmabãt ſic inueniſſe, ut principaliter hoc fato non aſcriberent, immò ſecundũ omnes qui dicunt deos curare mortalia & ad quẽlibet effectũ concurrere, quãquam fatum non affirmant, gloriam tamen principaliter dicunt dijs ipſis eſſe tribuẽdam, quanquam ſe non ſpoliant laude & gloria. quare ſic Stoici gloriantur, ſecundario tamen: ſed Deo principaliter gloriam dant. Quod ſi dicitur ab extrin

ſeco

ſeco habent & non poſſunt non habere, ergo nō debent gloriari. patet per antedicta non ſequi neque gloria neque laus ſunt in his, in quibus & nos & dij operãtur, licet dij principaliter & nos ab ipſis moti, ineuitabiliter tamen. Vnde & patet ad alia duo adducta in eadem parte uidelicet, de perſuaſionib. Stoicorum & libris ſcriptis, ut reliquos inducant: quoniam Stoici uolunt perſuaſiones & rationes nedum cõferre, uerùm eſſe neceſſarias in his quib. fato datum eſt fidẽ præſtare dictis, mediantibus perſuaſionibus & rationibus. Qui autem fato, dictis, uel quicquid ſit illud, ſine rationib. uel perſuaſionibus fidem præbent, nedum non ſunt neceſſaria, immò impoſſibile eſt per illas eis fidẽ præbere: quod igitur perſuadeant uel ſcribant non aufert, quod fatum ſit uel nõ credatur eſſe quoniam ſciunt in aliquibus res fato fieri & perſuaſionibus; in aliquibus fato ſed non perſuaſionibus. Secundò ad idem dici poſſet nõ ſequi, quòd facta cõtradicãt dictis, ergo dicta ſunt falſa patet hoc in intemperatis in quibus ratio

 eſt

eſt recta & operatio mala: unde Medea dicebat: uideo meliora proboq́;, deterióra ſequor. Et Petrarcha: io ueggio il meglio & al peggior me apiglio. Stat enim intellectum eſſe rectum, uoluntate exiſtente mala. Quare ſi qui Stoici uera ratione affirmabant, fatum eſſe, & ex paſſione aliquid operabantur. quod uidetur prima fronte aduerſari huic opinioni, non tamen rectè infertur, quod poſitio illa ſit falſa, ueluti dictum eſt de incōtinente qui operatur contra illud quod opinatur. iſtud tamen magnā habet dubitationem. Socrates namq;, ut Com. 7. Ethicorum dicitur, credidit hoc eſſe impoſsibile: quare exiſtimauit uirtutes eſſe ſcientias & cognitiones. uerùm de eis longo ſermone dicemus in ſequenti bus partib. iſtius libri, nunc tranſeamus ſic cum iſtis duab. reſponſionibus, quāuis prima ſit magis tuta pro iſto loco.
Ad ſecundum autem in quo dicebatur, tunc nihil eſſe dignum uenia neq; ſupplicio, dicitur illud negando, immò ſunt & digna uenia & digna ſupplicio: nam delinquentes ex ignorantia & coa

ctio-

ctione ſunt digni uenia, delinquẽtes autem ſcienter & ſponte ſunt puniendi. Non dicuntur autem ſponte, quoniam non coguntur fato & ab ipſis dijs: neq; quõniã ſic fato ducũtur, ideo ducunt̃ coacti: coactum enim eſt, quod eſt cõtra naturam ſuam & inclinationem propriã. Sed uoluntatem à dijs moueri & à proprio fato non eſt contra naturam, ſed bene ab altero quàm à Deo. Quare ſic ſcienter & uoluntarie delinquentes debent puniri: quandoquidem neq; ignoranter neq; coacte ſecũdum modum expoſitum delinquãt. quod ſi dicitur quãobrem cum utriq; impellantur à fato, unus tamen puniendus eſt, alter uerò dignus uenia. huic dicitur quod ſimilis quæſtio eſſet ſoluenda maximè in lege Chriſti. nam ſi infans ſine Baptiſmo moriatur, priuatur paradiſo: ſi alter infans cum Baptiſmo moriatur, non priuatur: nullus tamen in tanta diuerſitate illorum infantium aliquid operatus eſt, ſed totum eſt ex Deo ſic ordinante. Quare & ſecundũ Stoicos ut uidere eſt non minus rationabiliter dicitur, quod unus

ſit dignus uenia quam alter punitione, hoc eſt, quoniã diuerſæ ſunt cauſę mediæ, quandoquidem unus ſciẽter & uoluntarie, alter uerò è cõtrario. quod autem iſta media producant iſtos effectus tam uarios & diſpares hoc prouenit ex fato ſic diſponẽte ſicut ſecũdum Chriſtianos, quod infans unus priuetur paradiſo, alter non priuetur, eſt ex Deo ſic ordinante: quare nihil mirum hoc uidere ſi debet. Ad tertium autẽ, quod euidentiam ſatis apparẽtem uidetur facere, dicitur primo, illud argumentum, ſi teneret, procederet & contra ipſummet Alexandrum & omnes Peripateticos. Alexander enim ut notum & famoſum eſt, de eo uoluit humanam animã eſſe mortalem, uerùm ſic aduerſus eum argumẽtabimur. Si animã eſt mortalis, & credimus ipſam eſſe immortalẽ, falſum credimus, & poſt mortem nihil mali ſequitur. ſi uerò anima eſt immortalis, & credimus ipſam eſſe mortalem, falſum credimus, & poſt mortem ſupplicium ſequitur. de hoc ergo abſolute magis eſt credendum, animam eſſe immortalem

quàm

quàm mortalem, quod minimè tamen ipſe uoluit credere: ſimiliter ſi ſunt dæmones cruciãtes poſt mortem illos qui eos eſſe non crediderunt, & quis credat eos nõ eſſe, iſte decipitur & poſt cruciabitur. ſi uerò nõ ſunt dæmones, & quis credat eos ſic eſſe, ipſe decipitur, & poſt mortem non cruciabitur à dęmonibus. ergo magis credendum dæmones eſſe & poſt mortem cruciare non credentes quàm credere dæmones non eſſe, cum tamen Ariſtoteles & eum imitantes noluerunt talia credere: neq; Seneca Stoicus, ut patet in libro de Conſolatione ad Martiam, hoc uoluit credere. Quare ſi Alexander & Ariſtoteles ſoluẽt hoc argumentum, & nos hoc tertium adductum ſoluemus. Dicimus tamen ut nobis uidetur, argumentum fortaſsis teneret ubi ambo contradictoria eſſent poſſibilia & æqualiter dubia. Verùm ſi una pars eſt certa & neceſſaria & alia impoſsibilis, argumẽtum nullum eſt. nam apud Alexandrum impoſsibile eſt, animam eſſe immortalem, certumq; erat ſibi, ipſam eſſe mortalem. Apud Ariſtot.

impoſsi

impoſsibile eſt eſſe dæmones: quaré una conditionalium ſupponat impoſsibile, nihil mirum eſt, ſi ſequatur falſum. Vnde & ſecundum Stoicos fatum non eſſe eſt impoſsibile, unde ratio procedit ex impoſsibili ſuppoſito, nō autem ex poſsibili. Propterea argumentum tantum uidetur probare fatum non eſſe circa eligibilius uoluntati, quam fatum eſſe dummodo non conſtaret de impoſsibilitate, quanquam & uoluntas feratur in impoſsibile, nō autē quod fatum nō eſſe ſit credibilius. Voluntas enim noſtra uellet nos non morituros, ſed intellectus non credit hoc: quare probat fatum non eſſe, magis à nobis eſſe appetibile, quoniam ſic eſſemus dij: quandoquidem operamur ſine eis, non autem probat ipſum non eſſe, eſſe magis uerum. Aeternitas enim à nobis appetitur, non aſsentimus autem non fore æternos. Fit enim ibi ſaltus à bono ad uerum, & à uoluntate ad intellectum, cum tamen non ſemper conueniunt ratio & uoluntas, neq; enim quod uidetur magis uerum, uidetur magis bonū: neq;

neq; quod magis bonũ uidetur, & magis uerum uidetur. At intellectus mouetur uero, appetitus autem bono. quare procedendo ab uno ad alterum non recte proceditur. Dicitur ſecundo in argumento ſupponi falſum, ſcilicet quod qui fatum ponunt, ſunt pigri, et ſe caſui committunt. Oppoſitum patet de Stoicis, ueluti & ſupradictum eſt.

*Caput tertium decimum, in quo continentur contenta in tertiodecimo & in quartodecimo capitulis Alexandri.*

ALexander in tertio decimo capite ſui libri ponit rationem Stoicorum ſumptã ex ordine cauſarum in uniuerſo. Vnde dicitur & in Rubrica, ratio ſumpta ex ordine cauſarũ in uniuerſo, qua utuntur aſserentes omnia fato fieri: & quanquam Alex. ornatè & prolixè eam ponat, multum tamen inconnexam & incompactam ponit, ut mos eſt Rhetorum. Studui autem quantum potui, quãquam inornatè, breuiter & ſubtilites

tiliter eam rationem cõtexere. Nam ſic eius uis magis apparebit,q̃d ſanè Philoſophis cõuenit. Eſt itaq;,ut opinor,hęc ratio: Si Deus perpetuo & ineuitabili ordine cuncta diſpenſat & ordinat, ergo omnia quæ fiunt,fato fiunt. Primo media ſiue minor declaratur: quoniam ſi propoſitio aſſumpta negatur,aut igitur eſt,quoniam aliquid eſt cuius Deus diſpenſationẽ uel ordinem non habet; uel ſi habet, euitari non poteſt, ne fiat, ut ipſe diſpenſauit & ordinauit. Aſt q̃d uis iſtorũ detur,inconueniens eſt.quod enim aliquid ſit, quod Dei ordinem & diſpenſationem fugiat,eſt dicere Deum non eſſe Deum, neq; illũ eſſe ens. quomodo enim Deus eſt, niſi cunctorum ſit cauſa, & omnibus prouideat: non enim eſt prima cauſa,quia ſic eſſet Deus, quod minime ponitur:neq; cauſatum, cum omne cauſatum dependeat à prima cauſa, quæ eſt Deus. Deus autem non cauſat, niſi intelligendo & uolendo, quod eſt proprium diſpenſantis & ordinantis. ſic itaq; nihil poteſt ſubterfugere Dei prouidentiam. Alterum neque

que dici poteſt, ſcilicet quod quamuis cadat ſub Dei ordine, poteſt tamē illud euitari: quod ſic probatur. Quicquid factum eſt fato, & ineuitabiliter factū eſt: ergo pariter & quicquid eſt & erit, ineuitabiltier eſt & erit. Similis namq; ratio eſt. Probatur autem aſſumptum, uidelicet quicquid factum eſt, ineuitabiliter factum eſt. Quoniam detur A, exēpli gratia, quod cum factū ſit, potuit tamen nō fieri Si igitur A factum eſt, cauſa fuit adæquata A utpote B: qua poſita, neceſſe eſt & eſſe A. Aliter enim cauſa exiſtēte adæquata non eſſet effectus, quod dici non poteſt. Si itaq; B neceſſe eſt fuiſſe, neceſſe eſt & fuiſſe A: ſi enim antecedens eſt neceſſariū, & conſequēs eſt neceſſarium Sed fuiſſe B fuit neceſſarium, quod oſtenditur: quoniā in cauſis eſſentialib. eſt deuenire ad primam, ex qua de neceſsitate reliqua ſequātur. Cum itaq; prima de neceſsitate cauſat, & ineuitabiliter, aliter enim in Deo caderet mutatio: ergo & cæteræ de neceſſitate cauſabunt Quicquid igitur factū eſt, de neceſsitate factum eſt; nam pri-

ma de neceſsitate cauſante, aliæ de neceſsitate cauſabunt. Sed ſi, quicquid factum eſt, de neceſsitate factum eſt: ergo & quicquid eſt, de neceſsitate eſt, & quicquid erit, de neceſsitate erit, quod erat probandum. Maior autem propoſitio, quod ſi Deus cuncta perpetuo & incommutabili ordine diſpenſat & ordinat, omnia fato ſunt: nam fato fieri, eſt ineuitabiliter ex Dei prouidentia fieri. Quare & non fato fieri, eſt non ineuitabiliter ſecundum Dei prouidẽtiam fieri. Quare, cũ oppoſitum Prædicati inferat oppoſitũ Subiecti & econtrà tanquam conuertibilia, propoſitio eſt nota. In capite autem quartodecimo, multa aduerſus hãc rationẽ dicit, intenditq́ eã impugnare et ſoluere. Vnde & in Rubrica dicitur: refellitur prius dicta ratio, ceu falſas propoſitiões aſſumẽs ad refellẽdas propoſitiones aſſũptas: quandoquidem ſermone fatuo & rei ipſi apertiſsimè non conſonante, nihil manifeſtius in medium afferri poteſt. Cum enĩ in talibus utimur ratione ducente ad impoſsibile & improbabile: nihil tamen hoc ſer

hoc ſermone improbabilius adduci poteſt. Secundò dicit Alexander, Stoicos unum apertè falſum aſſumere, et rei ipſi diſsonum, ſcilicet ex quocunq; fato ſequi aliud factum, ueluti quodcunq; factum antecedit aliud factum. Primum enim eſt cõtra ſenſum: multi enim ſunt filij, qui nunquam generabunt alios. Non enim quilibet equus equum generat, nec quilibet homo hominem generat. In partibus etiam animatorũ multa excrementa naſcuntur, quæ nullius rei cauſa eſſe poſſunt. Mõſtra etiam & quę præter naturam ſunt, nullius ſunt cauſę effectiuę, cum permanere non poſsint, neq; aliquem finem habent: quãdoquidem ſi ꝓpter finem producta eſſent, nõ eſſet præter intentum, & ſic non eſſent præter naturam. Quare neq; monſtra, quod eſt id, cõtra quod ſupponitur, putrefacta etiam & tabefacta ſemina, quo modo ſunt cauſæ eorum quæ ſubinde fiunt. Foliorum etiam quorundam generatio cuius eſt, & quem finem habet, certi nullum eſt uidere. Et ſi dicatur ut ab ipſis dici conſueuit, quod prouidem

tię diuinæ eſt notum, nobis tamē igno-
tum,certe hoc eſt ſubſidium indigenti-
bus excogitatum. Sic etenim dicere po
terimꝰ,multa eſſe quæ impoſsibilia ſūt,
quoniam cauſas habēt, ſed nobis igno-
tas. Tertio Alexander reſpōdet ad unū
quod in ratione Stoica quærebatur,
an ſcilicet quod ſit fatum ſine cauſa, &
dicit,quod ſermo ſuus hoc conciliat.
Per hæc(ut exiſtimo)uerba intelligit A-
lexander: quod iſtud eſt uerum & con-
cedendum.Nam quæ ſunt per accidēs,
uere non dicuntur habere cauſam, ut ſe
xto Metaphyſicæ dicit Ariſt. Dicit ſecū
do an aliter dicendū eſt, cōcedēdo ſcili
cet,quod omne factū habet cauſam. Si
enim eſt factū per ſe, cauſā habet ꝑ ſe: ſi
autem factum eſt per accidens,habet &
cauſam per accidens. Verùm ſi cauſam
habet per accidens,non tamen neceſſa-
riam,neq; ſemper neq; ut in plurib. cau-
ſantem,ſed rarenter.Quare ſi factū non
habet cauſam neceſſariam, neq; ipſum
eſt neceſſarium: non igitur ineuitabili-
ter factum eſt:quare nō fato, ſiquidem
fatum eſt ineuitabile. Amplius,nonne

iſti

ſtiapertiſsimè peccant, ignorātes modum demonſtrandi in naturalibus. Phyſicorum namq; ſecundo & ſimiliter Poſteriorum ſecundo in naturalibus, ex prioribus non ſequūtur poſteriora. Verùm cōuertitur, ut ex poſteriorib. priora ſequantur, ueluti & in artibus. In partibus enim uidemus, ſi domus eſt, fundamentum fuit: non tamē conuertitur. Si fūdamentū eſt, ergo domus eſt. Quare ſi homo eſt genitus, fuit ſanguis menſtruus, non tamen ſi fuit menſtruus ſanguis, fuit uel erit uel eſt homo. Quartò impugnat Alex. illud, ſcilicet ſi quod ſequitur ad alterū, illud ex quo ſequitur, eſſe ipſi ſequenti cauſam. Videmus nāque quæ ſe tempore conſequūtur, non omnia ex prioribus et primis genitis fieri: nec enim eſt ambulatio propter ſurrectionem, nec nox propter diem, nec hyems propter æſtatem. Ratio autem ipſos mouens ad hoc monſtruoſum placitum, nullius eſt momenti. Dicunt em̄ quod niſi ſic eſſet, aliquod eſſet ſine cauſa. Alexander autem hoc non hic declarat, puto tamen ſic eſſe deducēdum. Vi-

demus aliquando ſedere, aliquãdo nõ ſurgere: aut igitur eadem eſt cauſa utriuſq;, aut hæc ſunt ſine cauſa, aut altera eſt cauſa ſeſsionis & altera ſurrectionis. Si detur ultimum, habetur intentum: quoniam oportet alteram præceſsiſſe, & illud alterum, & ſic in infinitum. Si detur primũ, hoc eſt impoſsibile: quoniam ab una cauſa non prouenit, niſi unus effectus, ergo dabitur tertiũ quod intẽdebatur, uidelicet quod aliquid eſt factum ſine cauſa. cui reſpõdent, quod ab una cauſa poſſunt prouenire diuerſi effectus, immò & contrarij. Idem namque homo eſt cauſa ſeſsiõis & ſurrectionis, idemq; cœlum eſt cauſa noctis & diei: neq; ſi non ſic fiat, ut Stoici dicunt, non tamen mundi & eorum quæ in ipſo fiunt, diuellitur unio: ſufficiunt nãque diuina corpora & horum circulatio ad ſeruandam eorum quæ in mundo fiunt, commutationem. Verùm neque ambulatio eſt cauſa ſurrectionis neque è conuerſo: quoniam ex ſurrectione ambulatio non habet cauſam. Quare hæc cauſarum ſeries à Stoicis dicta,

nullam affert rationalem cauſam huius quod nihil abſque cauſa fiat.

Nam quemadmodum motus ipſi & tempora cauſam aliquam habent, ſed nec motus motum, qui eum præcedit, nec tempus, tempus ipſum prius: ſic ſe habent, & quæ in ipſis & per ipſa res fiunt. Nam continuationis eorum quæ fiunt in aliqua cauſa, propter quam mũdus unus & ſempiternus ſecundum idem & eodem modo diſpoſitus, hanc ipſam continuationem eorum quæ fiunt in aliqua cauſa & ſeruat, & hunc oportet quærere & aſſumere cauſam, quæ tamen non eiuſmodi putanda eſt, vt ex antiquiori fiat recentius, ut uidemus in generationibus fieri ipſorum animalium.

Quintò dicit Alexãder, in dictis Stoicorum alterum rationi diſſonum continetur: in cauſis enim ducunt ad infinitum. Ponunt enim ex A factum eſſe B, ipſum uerò A adhuc ex alio utpote C, & ipſum C ex D. & ſic in infinitum. Verùm ſic ponere, eſt deſtruere cauſas & effectus, omnemq; ſcientiam

auferre. Sic enim in cauſis in infinitum proceditur, non erit prima cauſa. Quare ſi non primum neq; principiū: & ſi non principium neq; principiatum, uerùm quicquid eſt, aut principium aut principiatum eſt, nihil igitur eſt: quare nulla cauſa eſt. tollitur etiam omnis ſcientia: quandoquidē ſciētia ex primis & principijs Sextò dicit Alexāder neq; à Stoicis ipſis eſſe rectè dictum, cum dicunt, nullam eſſe in uniuerſo trāſgreſsionem & præter prouidētiam: quoniam ſic tollitur uniuerſi ordo. Hoc ſanè non ſufficienter dicitur. Nam ueluti quædā præter regis ordinem facta in regno ſuo, regnum non deſtruunt: ſic & quædam in uniuerſo præter ordinem & prouidentiam facta ſoluunt mundi fœlicitatem, ſicut nec domus, dominiue fœlicitatem quæuis ſeruorum iniquitas euertere poteſt.

Septimò Alexander Stoicos increpat, quantum ad Liberum arbitrium.

Nā & ſi rationabile ſit dubitare, tamen dubitatis fidem prçſtare, ubi manifeſtiſſimū ſit, & hominum uitam ludum ponere

nere propter umbratiles, immò uita hominis ſecundum ipſos umbratilis eſt, omnino inſanum eſt. Nam & ſi rationes Zenonis aduerſus motum, qui ſoluere non poteſt, iam et motus eſt auferēdus, magis ſiquidem ſatisfacit rei ipſius operatio ad aſſerendum, quā omnis ipſum deſtruit probabilitas. hæc Alexander. Exiſtimoq́ ſecundum ipſum per hæc ab eo dicta ſic formaliter ad rationem Stoicorum eſſe reſpondendum, uidelicet ad minorem rationis, quæ erat talis: Deus immutabili ordine & ſerie cūcta diſpenſat & ordinat, primo fortuita, & quæ ſunt præter naturam, non contineri ſub ordine & prouidentia Dei, immò fiunt extra ordinem & eius prouidentiam. neq; ex hoc ſequitur euerſio uel deſtructio ipſius uniuerſi, ueluti dictum eſt de regno & domo: quod quāquam in regno & in domo fiant aliqua extra ordinem regis & domini domus, non tamē ſequitur propter hæc regnum uel domum deſtrui. Amplius, quoniam talia non habent cauſam, quare horū Deus non eſt cauſa: unde neq; ſub ordine

& eius diſpenſatione continentur, propterea et ſi in aliquã cauſam referantur, non tamen in cauſam per ſe, ſed tantum per accidens. Verùm quæ per accidens ſunt, non ſunt neceſſaria, neque ut in pluribus, ſed rarenter. Vnde non ſequitur, ea eſſe ineuitabilia: quare neque ſub fato eſſe dicitur. Et ſecundo q̃d quanquam ea quæ per ſe intenduntur, & continentur ſub diuina prouidentia, cauſam habeãt per ſe, aut neceſſariam, aut in pluribus: non tamen talia ita facta ſunt, quin potuerint & non fieri, & etiamſi taliter facta ſint, aliter fieri non potuerint, quantum ad ea quæ cauſas habent vt in pluribus. cumq; dicitur ſi talia facta ſunt, ergo habuerũt cauſam ſui effectus, & quoniam talem cauſam neceſſe fuit eſſe, ergo neceſſe fuit & talem effectum eſſe. huic dicitur, hic multos eſſe defectus.

Primus quidem, quoniam vt uiſum eſt, hic modus demonſtrandi in naturalibus non conuenit: nam in eis ex priori non ſequitur poſterius, ſed ex poſteriori ſequitur prius, ueluti & artificialibus

ficialibus. ex fundamento namq; non ſequitur domus, ſed remeat ut ex domo ſequatur fundamentum. Vnde ſequitur, veluti & prius in artificialibus, quod neque ex cauſa quanquam adæquata ſequi effectum, ſit neceſſariũ, poteſt enim effectus ipſe impediri.

Amplius, quoniam veluti dictũ eſt, eadem poteſt eſſe cauſa contrariorum: idem namque homo eſt ſuæ ſeſsionis & ſurrectionis cauſa mediante electione: quare non ſequitur, quod eſto, quod ſit cauſa adæquata, illud tamen contrariorum determinate ſequatur.

Poteſt enim & alterum ſequi quod nondum probatum eſt, ſemper cauſam antecedentem eſſe neceſſariam. Quoniam aut eſt deuenire ad primam, & hoc non ſecundum eos, cum ibit in infinitum: aut ſi ſtabit ad primam, quam tamen non concedunt, quanquam neceſsario cauſat, non tñ oportet omnes, quæ ſunt poſt eã de neceſsitate cauſare. Nam quanq; Deus & corpora cœleſtia de neceſsitate moueant, non tamen hęc generabilia & corruptibilia de neceſ-

ſitate

ſitate mouēt. Non enim quæ diſpoſitio reperitur in principio, reperiť & in principiato, ut de ſe notum eſt. quare ſi non omne quod factū eſt, de neceſsitate factum eſt, quanto minus nō omne quod fiet ut exiſtimo, Alexander ad rationem ſic reſpondet, & hæc de primo. Quantum ad ſecundum, dico quod ſermo iſte Alexandri non uidetur eſſe ſanus, immò per totum corruptus, & Peripateticis ipſis aduerſari. quod itaque primo dicit caſualia & fortuita non contineri ſub Dei ordine & prouidētia, iſtud uidetur incredibile, ſi Deum ponimus cunctaq; gubernantem, ſi nūquam homo iſta cognoſcit, et ſcit quomodo fiāt, quanto magis Deus. unde Ariſt. in primo de Anima habet pro inconueniēti nos ſcire diſcordiam & Deū ipſa ignorare. Quare Auguſtinus 8. capit. 16. & 21. de Ciuitate Dei, deriſit eos qui negant iſta habere finem & nō eſſe à Deo facta. quodq; dicebatur talia non habere cauſas, certè iſtud uidetur intelligibile, quod ſint effectus & nō habeant cauſas. unde ſi non habent cauſas neq; ſunt effectus,

effectus, relatiuè enim dicũtur cauſa & effectus. quod ſi neq; ſunt cauſa neq; effectus,nihil ſunt. Quod autem dicebatur habere cauſas per accidens, ueluti ſunt,& effectus per accidẽs, certè firma ratione, ni fallor ſuperius oſtenſum eſt, quod nihil eſt à Deo per accidẽs quod nõ ſit & per ſe & in ordine ad aliquod, non habeat cauſam per ſe. Nam ueluti ſupra oſtẽſum eſt, naturales res defectibiles ſunt aliquãdo, unde ex quo tales ſunt, nónne incaſſum talem potentiam dediſſet,ex intentione oppoſuit impedimenta,utrumq; ergo intẽdit. quomodo igitur reſpectu naturę ſic intendentis poteſt in uniuerſum eſſe præter intentionem. nõ ſunt etiam abſq; fine,dicũtur namq; portenta, monſtra, prodigia & oſtenta, ueluti ſuperius dictum eſt,quoniam ſunt multòrum ſignificatiua aut ad bonum aut ad malum.Multis enim caſualia & diſfortunia profuerũt. Amplius, experiẽtia ſyderum & rerum naturalium ſciuntur eorũ euentus, quæ minimè fieri poſſunt, niſi in ordine ad ſuperiora eſſent per ſe intenta, in omni tempore

tempore quæ ſunt caſualia & fortuita, ſunt enim & æterna ſecundum ſpeciem veluti & alia, neque poſsunt non eſſe: habent igitur cauſam per ſe. Neque ex eo quod ſunt per accidens aufertur eorum neceſsitas, veluti prius oſtenſum eſt. Quare cum diffuſo admodum ſermone de his ſuperius diximus, ſi qd hoc in loco diminutum uidetur, ad locum illum recurras, vbi aduerſus Alex. oſtendimus, fatũ nõ deſtruere caſum & fortunã. Quod autẽ ulterius dicebatẽ de ijs quę ut in plurib. fiũt, quanq̃ cauſam habeât p ſe, non tñ ex cauſa ſeqtur effectus, q̃niã in naturalib. non licet ex priori inferre poſterius, ſed tantum econtrà. Huic dicitur, q̃d ſi in cauſis ædæquatis arguaẽ, certè reciprocãt effectus & cauſſa: vnde ſi nõ reciꝓcant, hoc eſt quoniã non ſumuntur adæquata veluti in propoſito ſumebatur. Si namque ex fundamento ſequitur domum non eſſe, hoc eſt, quoniam domus fundamentũ non eſt adæquata cauſa domus. at remeat: quoniam fundamentum eſt pars inclu ſa de neceſsitate in domo. Aſt nos ſumi

mus

mus adæquatã cauſã. Cũq; vlterius dicebat, ſtat quod ſit cauſa adæquata & nõ producatur effectus, quoniã impediri poteſt. certè ſi effectus impeditur uel cauſa non eſt adæquata cauſa effectus, cum ſic impediri uel non impediri teneant ſe ex parte cauſæ. Si nãq;,uolo mouere lapidẽ & vnus retineat me, in me non eſt adæquata cauſa huius motus: quandoquidem non habeo potentiam remouendi tale obſtaculum. cumq; dicebatur quod adhuc ſtante adæquata cauſa, ſtat non produci effectum qui produci poteſt: quoniam eadem eſt cauſa contrariorum, Idem namque homo eſt cauſa ſeſsionis & ſurrectionis, certè cauſa quæ duos cõtrarios effectus producere poteſt, aut igitur eſt naturalis aut volũtaria. Si naturalis & adęquata, hoc eſt impoſsibile: q̃niã ambo ꝓducerẽt aut nullũ. Si aũt volũtaria, certè niſi ꝑ aliq̃d determinet̃, neq; ad actũ deuenire poterit. Quod ſi determinat̃ ꝑ electionẽ, reuertet̃ idẽ argumẽtũ. Quoniã cũ poſsit eligere & nõ eligere, oportet aliq̃d eſſe determinãs ad alterã partem,

veluti

ueluti diffuſo ſermone ſuperius dictū eſt, vbi oſtenſum eſt, ſic dicere, eſt octauum librum Phyſicorum Ariſt. deſtruere. Quia ſi eadem cauſa, ſiue naturalis, ſiue uoluntaria poteſt in duo oppoſita: non tamen ſecundum eandem diſpoſitionem, vt dicit Ariſtoteles in 8. libro Phyſicorum. Vnde ſi eadem cauſa poteſt in oppoſita: non tamen adæquata, de qua eſt ſermo Cumq́ ulterius dicebatur, non probari primam neceſsario cauſare, quoniam ſecundum Stoicos ibitur in infinitum, & aſcendendo. Huic dicitur in cauſis eiuſdem rationis, quæ communiter dicuntur accidentaliter ordinatæ, neceſſe eſt in infinitum procedere, ſi mundus eſt æternus. In cauſis uero diuerſarum rationum quæ appellantur eſsentiales, non eſt ſic in infinitum abire, ſed eſt ſtatus ad primam quæ de neceſsitate cauſat: ipſaq́ de neceſsitate cauſante, oportet & alias de neceſsitate cauſare, ſi prima & adæquata cauſa ſecunde, & ſecunda tertiæ, donec ad ultimum deueniamus. Et quamuis non omnis diſpoſitio dicitur, quæ de prima

dicatur

dicatur de ſecunda, vt notum eſt: nam prima nullam habet ante ſe, ſecunda uerò habet: tamen ſi prima neceſſariò cauſat, & ſecunda de neceſsitate cauſat. Nã veluti non quicquid dicitur de antecedente, dicitur de conſequente, nam antecedens præcedit & conſequens ſequitur, antecedens eſt magis notum, conſequens verò minus, & ſic de reliquis diſpoſitionibus: tamen ſi antecedens eſt neceſſariũ, conſequens eſt et neceſſariũ. Cum itaq; poſterior ſe habet ad priorẽ velut conſequens ad antecedens. Si prima de neceſsitate cauſat, & ſecunda de neceſsitate cauſabit. Quod & cõfirmatur. Aut igitur cauſa ſecunda eſt naturalis, aut uoluntaria. Verùm cum ſupra oſtenſum ſit, tandem voluntariam determinari per naturalẽ, oportet quòd prima cauſante omnes cauſent eodem modo: cauſa namq; naturalis de neceſsitate cauſat, vt & ipſi concedunt, & hoc de ſecundo. Quantum modo ſit de tertio, reſtat reſpõdere ad illa ſeptem, quę Alexander adduxit aduerſus Stoicos. Ad primum itaq; cum dicebatur, ſermonem

 de fa-

tię diuinæ eſt notum, nobis tamē ignotum, certe hoc eſt ſubſidium indigentibus excogitatum. Sic etenim dicere poterim9, multa eſſe quæ impoſsibilia ſūt, quoniam cauſas habēt, ſed nobis ignotas. Tertio Alexander reſpōdet ad unū quod in ratione Stoica quærebatur, an ſcilicet quod ſit fatum ſine cauſa, & dicit, quod ſermo ſuus hoc conciliat. Per hæc (ut exiſtimo) uerba intelligit Alexander: quod iſtud eſt uerum & concedendum. Nam quæ ſunt per accidēs, uerè non dicuntur habere cauſam, ut ſexto Metaphyſicæ dicit Ariſt. Dicit ſecūdo an aliter dicendū eſt, cōcedēdo ſcilicet, quod omne factū habet cauſam. Si enim eſt factū per ſe, cauſā habet p ſe: ſi autem factum eſt per accidens, habet & cauſam per accidens. Verùm ſi cauſam habet per accidens, nōn tamen neceſſariam, neq; ſemper neq; ut in plurib. cauſantem, ſed rarenter. Quare ſi factū non habet cauſam neceſſariam, neq; ipſum eſt neceſſarium: non igitur ineuitabiliter factum eſt: quare nō fato, ſiquidem fatum eſt ineuitabile, Amplius, nónne

iſti

iſti apertiſsimè peccant, ignorãtes modum demonſtrandi in naturalibus. Phyſicorum namq; ſecundo & ſimiliter Poſteriorum ſecundo in naturalibus, ex prioribus non ſequũtur poſteriora. Verùm cõuertitur, ut ex poſteriorib. priora ſequantur, ueluti & in artibus. In partibus enim uidemus, ſi domus eſt, fundamentum fuit: non tamẽ conuertitur. Si fũdamentũ eſt, ergo domus eſt. Quare ſi homo eſt genitus, fuit ſanguis menſtruus, non tamen ſi fuit menſtruus ſanguis, fuit uel erit uel eſt homo. Quartò impugnat Alex. illud, ſcilicet ſi quod ſequitur ad alterũ, illud ex quo ſequitur, eſſe ipſi ſequenti cauſam. Videmus nãque quæ ſe tempore conſequũtur, non omnia ex prioribus et primis genitis fieri: nec enim eſt ambulatio propter ſurrectionem, nec nox propter diem, nec hyems propter æſtatem. Ratio autem ipſos mouens ad hoc monſtruoſum placitum, nullius eſt momenti. Dicunt ẽm quod niſi ſic eſſet, aliquod eſſet ſine cauſa. Alexander autem hoc non hic declarat, puto tamen ſic eſſe deducẽdum. Vi-

demus aliquando ſedere, aliquãdo nõ ſurgere: aut igitur eadem eſt cauſa utriuſq;, aut hæc ſunt ſine cauſa, aut altera eſt cauſa ſeſsionis & altera ſurrectionis. Si detur ultimum, habetur intentum: quoniam oportet alteram præceſsiſſe, & illud alterum, & ſic in infinitum. Si detur primũ, hoc eſt impoſsibile: quoniam ab una cauſa non prouenit, niſi unus effectus, ergo dabitur tertiũ quod intẽdebatur, uidelicet quod aliquid eſt factum ſine cauſa. cui reſpõdent, quod ab una cauſa poſſunt prouenire diuerſi effectus, immò & contrarij. Idem namque homo eſt cauſa ſeſsiõis & ſurrectionis, idemq; cœlum eſt cauſa noctis & diei: neq; ſi non ſic fiat, ut Stoici dicunt, non tamen mundi & eorum quæ in ipſo fiunt, diuellitur unio: ſufficiunt nãque diuina corpora & horum circulatio ad ſeruandam eorum quæ in mundo fiunt, commutationem. Verùm neque ambulatio eſt cauſa ſurrectionis neque è conuerſo: quoniam ex ſurrectione ambulatio non habet cauſam. Quare hæc cauſarum ſeries à Stoicis dicta,

nullam

nullam affert rationalem cauſam hu-ius quod nihil abſque cauſa fiat.

Nam quemadmodum motus ipſi & tempora cauſam aliquam habent, ſed nec motus motum, qui eum præcedit, nec tempus, tempus ipſum prius: ſic ſe habent, & quæ in ipſis & per ipſa res fiunt. Nam continuationis eorum quæ fiunt in aliqua cauſa, propter quam mū dus unus & ſempiternus ſecundum idem & eodem modo diſpoſitus, hanc ipſam continuationem eorum quæ fiunt in aliqua cauſa & ſeruat, & hunc oportet quærere & aſſumere cauſam, quæ tamen non eiuſmodi putanda eſt, vt ex antiquiori fiat recentius, ut uidemus in generationibus fieri ipſorum animalium.

Quintò dicit Alexād̄er, in dictis Stoicorum alterum rationi diſſonum continetur: in cauſis enim ducunt ad infinitum. Ponunt enim ex A factum eſſe B, ipſum uerò A adhuc ex alio utpote C, & ipſum C ex D. & ſic in infinitum. Verùm ſic ponere, eſt deſtruere cauſas & effectus, omnemq; ſcientiam

auferre. Sic enim in cauſis in infinitum proceditur, non erit prima cauſa. Quare ſi non primum neque principiũ: & ſi non principium neque principiatum, uerum quicquid eſt, aut principium aut principiatum eſt, nihil igitur eſt: quare nulla cauſa eſt. tollitur etiam omnis ſcientia: quandoquidẽ ſciẽtia ex primis & principijs Sextò dicit Alexãder neque à Stoicis ipſis eſſe rectè dictum, cum dicunt, nullam eſſe in uniuerſo trãſgreſsionem & præter prouidẽtiam: quoniam ſic tollitur uniuerſi ordo. Hoc ſanè non ſufficienter dicitur. Nam ueluti quædã præter regis ordinem facta in regno ſuo, regnum non deſtruunt: ſic & quædam in uniuerſo præter ordinem & prouidentiam facta ſoluunt mundi fœlicitatem, ſicut nec domus, dominiue fœlicitatem quæuis ſeruorum iniquitas euertere poteſt.

Septimò Alexander Stoicos increpat, quantum ad Liberum arbitrium.

Nã & ſi rationabile ſit dubitare, tamen dubitatis fidem pręſtare, ubi manifeſtiſſimũ ſit, & hominum uitam ludum ponere

nere propter umbratiles, immò uita hominis ſecundum ipſos umbratilis eſt, omnino inſanum eſt. Nam & ſi rationes Zenonis aduerſus motum, qui ſoluere non poteſt, iam et motus eſt auferẽdus, magis ſiquidem ſatisfacit rei ipſius operatio ad aſserendum, quã omnis ipſum deſtruit probabilitas. hæc Alexander.
Exiſtimoq́ ſecundum ipſum per hæc ab eo dicta ſic formaliter ad rationem Stoicorum eſſe reſpondendum, uidelicet ad minorem rationis, quæ erat talis: Deus immutabili ordine & ſerie cũcta diſpenſat & ordinat, primo fortuita, & quæ ſunt præter naturam, non contineri ſub ordine & prouidentia Dei, immò fiunt extra ordinem & eius prouidentiam. neq; ex hoc ſequitur euerſio uel deſtructio ipſius uniuerſi, ueluti dictum eſt de regno & domo: quod quãquam in regno & in domo fiant aliqua extra ordinem regis & domini domus, non tamẽ ſequitur propter hæc regnum uel domum deſtrui. Amplius, quoniam talia non habent cauſam, quare horũ Deus non eſt cauſa: unde neq; ſub ordine

& eius diſpenſatione continentur, propterea et ſi in aliquã cauſam referantur, non tamen in cauſam per ſe, ſed tantum per accidens. Verùm quæ per accidens ſunt, non ſunt neceſſaria, neque ut in pluribus, ſed rarenter. Vnde non ſequitur, ea eſſe ineuitabilia: quare neque ſub fato eſſe dicitur. Et ſecundo q̃d quanquam ea quæ per ſe intenduntur, & continentur ſub diuina prouidentia, cauſam habeãt per ſe, aut neceſſariam, aut in pluribus: non tamen talia ita facta ſunt, quin potuerint & non fieri, & etiamſi taliter facta ſint, aliter fieri non potuerint, quantum ad ea quæ cauſas habent vt in pluribus. cumq́ dicitur, ſi talia facta ſunt, ergo habuerũt cauſam ſui effectus, & quoniam talem cauſam neceſſe fuit eſſe, ergo neceſſe fuit & talem effectum eſſe. huic dicitur, hic multos eſſe defectus.

Primus quidem, quoniam vt uiſum eſt, hic modus demonſtrandi in naturalibus non conuenit: nam in eis ex priori non ſequitur poſterius, ſed ex poſteriori ſequitur prius, ueluti & artificialibus

ficialibus. ex fundamento namq; non ſequitur domus, ſed remeat ut ex domo ſequatur fundamentum. Vnde ſequitur, veluti & prius in artificialibus, quod neque ex cauſa quanquam adæquata ſequi effectum, ſit neceſſariũ, poteſt enim effectus ipſe impediri.

Amplius, quoniam veluti dictũ eſt, eadem poteſt eſſe cauſa contrariorum: idem namque homo eſt ſuæ ſeſsionis & ſurrectionis cauſa mediante electione: quare non ſequitur, quod eſto, quod ſit cauſa adæquata, illud tamen contrariorum determinate ſequatur.

Poteſt enim & alterum ſequi quod nondum probatum eſt, ſemper cauſam antecedentem eſſe neceſſariam. Quoniam aut eſt deuenire ad primam, & hoc non ſecundum eos, cum ibit in infinitum: aut ſi ſtabit ad primam, quam tamen non concedunt, quanquam neceſsario cauſat, non tñ oportet omnes, quæ ſunt poſt eã de neceſsitate cauſare. Nam quanq; Deus & corpora cœleſtia de neceſsitate moueant, non tamen hęc generabilia & corruptibilia de neceſ-

ſitate

ſitate mouēt. Non enim quæ diſpoſitio reperitur in principio, reperit̄ & in principiato, ut de ſe notum eſt. quare ſi non omne quod factū eſt, de neceſsitate ſactum eſt, quanto minus nō omne quod fiet ut exiſtimo, Alexander ad rationem ſic reſpondet, & hæc de primo. Quantum ad ſecundum, dico quod ſermo iſte Alexandri non uidetur eſſe ſanus, immò per totum corruptus, & Peripateticis ipſis aduerſari. quod itaque primo dicit caſualia & fortuita non contineri ſub Dei ordine & prouidētia, iſtud uidetur incredibile, ſi Deum ponimus cunctaq; gubernantem, ſi nūquam homo iſta cognoſcit, et ſcit quomodo fiāt, quanto magis Deus. unde Ariſt. in primo de Anima habet pro inconueniēti nos ſcire diſcordiam & Deū ipſa ignorare. Quare Auguſtinus 8. capit. 16. & 21. de Ciuitate Dei, deriſit eos qui negant iſta habere finem & nō eſſe à Deo facta. quodq; dicebatur talia non habere cauſas, certè iſtud uidetur intelligibile, quod ſint effectus & nō habeant cauſas. unde ſi non habent cauſas neq; ſunt effectus,

effectus, relatiuè enim dicũtur cauſa & effectus. quod ſi neq; ſunt cauſa neq; effectus, nihil ſunt. Quod autem dicebatur habere cauſas per accidens, ueluti ſunt, & effectus per accidẽs, certè firma ratione, ni fallor ſuperius oſtenſum eſt; quod nihil eſt à Deo per accidẽs quod nõ ſit & per ſe & in ordine ad aliquod, non habeat cauſam per ſe. Nam ueluti ſupra oſtẽſum eſt, naturales res defectibiles ſunt aliquãdo, unde ex quo tales ſunt, nonne incaſſum talem potentiam dediſſet, ex intentione oppoſuit impedimenta, utrumq; ergo intẽdit. quomodo igitur reſpectu naturę ſic intendentis poteſt in uniuerſum eſſe præter intentionem. nõ ſunt etiam abſq; fine, dicũtur namq; portenta, monſtra, prodigia & oſtenta, ueluti ſuperius dictum eſt, quoniam ſunt multòrum ſignificatiua aut ad bonum aut ad malum. Multis enim caſualia & diſſortunia profuerũt. Amplius, experiẽtia ſyderum & rerum naturalium ſciuntur eorũ euentus, quæ minimè fieri poſſunt, niſi in ordine ad ſuperiora eſſent per ſe intenta, in omni

tempore quæ ſunt caſualia & fortuita, ſunt enim & æterna ſecundum ſpeciem veluti & alia, neque poſsunt non eſſe: habent igitur cauſam per ſe. Neque ex eo quod ſunt per accidens aufertur eorum neceſsitas, veluti prius oſtenſum eſt. Quare cum diffuſo admodum ſermone de his ſuperius diximus, ſi qd hoc in loco diminutum uidetur, ad locum illum recurras, vbi aduerſus Alex. oſtendimus, fatũ nõ deſtruere caſum & fortunã. Quod autẽ ulterius dicebatᷣ de ĳs quę ut in plurib. fiũt, quanq̃ cauſam habeãt p ſe, non tñ ex cauſa ſeqtur effectus, q̃niã in naturalib. non licet ex priori inferre poſterius, ſed tantum econtrà. Huic dicitur, q̃d ſi in cauſis ædæquatis arguatᷣ, certè reciprocãt effectus & cauſſa: vnde ſi nõ recipꝛcant, hoc eſt quoniã non ſumuntur adæquata veluti in propoſito ſumebatur. Si namque ex fundamento ſequitur domum non eſſe, hoc eſt, quoniam domus fundamentũ non eſt adæquata cauſa domus. at remeat: quoniam fundamentum eſt pars inclu ſa de neceſsitate in domo. Aſt nos ſumi

mus

mus adæquatã cauſã. Cũq; vlterius dicebat, ſtat quod ſit cauſa adæquata & nõ producatur effectus, quoniã impediri poteſt. certe ſi effectus impeditur uel cauſa non eſt adæquata cauſa effectus, cum ſic impediri uel non impediri teneant ſe ex parte cauſæ. Si nãq; uolo mouere lapidẽ & vnus retineat me, in me non eſt adæquata cauſa huius motus: quandoquidem non habeo potentiam remouendi tale obſtaculum. cumq; dicebatur quod adhuc ſtante adæquata cauſa, ſtat non produci effectum qui produci poteſt: quoniam eadem eſt cauſa contrariorum. Idem namque homo eſt cauſa ſeſsionis & ſurrectionis, certe cauſa quæ duos cõtrarios effectus producere poteſt, aut igitur eſt naturalis aut volũtaria. Si naturalis & adęquata, hoc eſt impoſsibile: q̃niã ambo p̄ducerẽt aut nullũ. Si aũt volũtaria, certe niſi p aliq̃d determinet̃, neq; ad actũ deuenire poterit. Quod ſi determinat̃ p electionẽ, reuertet̃ idẽ argumẽtũ. Quoniã cũ poſsit eligere & nõ eligere, oportet aliq̃d eſſe determinãs ad alterã partem, veluti

ueluti diffuſo ſermone ſuperius dictũ eſt,vbi oſtenſum eſt,ſic dicere, eſt octauum librum Phyſicorum Ariſt.deſtruere. Quia ſi eadem cauſa,ſiue naturalis,ſiue uoluntaria poteſt in duo oppoſita: non tamen ſecundum eandem diſpoſitionem, vt dicit Ariſtoteles in 8. libro Phyſicorum. Vnde ſi eadem cauſa poteſt in oppoſita: non tamen adæquata, de qua eſt ſermo. Cumq́ ulterius dicebatur, non probari primam neceſſario cauſare,quoniam ſecundum Stoicos ibitur in infinitum,& aſcendendo.Huic dicitur in cauſis eiuſdem rationis, quæ communiter dicuntur accidentaliter ordinatæ, neceſſe eſt in infinitum procedere,ſi mundus eſt æternus.In cauſis uero diuerſarum rationum quæ appellantur eſſentiales, non eſt ſic in infinitum abire, ſed eſt ſtatus ad primam quæ de neceſſitate cauſat :ipſaq́ de neceſſitate cauſante,oportet & alias de neceſſitate cauſare,ſi prima & adæquata cauſa ſecundę,& ſecunda tertiæ,donec ad ultimum deueniamus. Et quamuis non omnis diſpoſitio dicitur, quæ de prima dicatur

dicatur de ſecunda, vt notum eſt: nam prima nullam habet ante ſe, ſecunda uerò habet: tamen ſi prima neceſſariò cauſat, & ſecunda de neceſsitate cauſat. Nã veluti non quicquid dicitur de antecedente, dicitur de conſequente, nam antecedens præcedit & conſequens ſequitur, antecedens eſt magis notum, conſequens verò minus, & ſic de reliquis diſpoſitionibus: tamen ſi antecedens eſt neceſſariũ, conſequens eſt et neceſſariũ. Cum itaq; poſterior ſe habet ad priorẽ velut conſequens ad antecedens. Si prima de neceſsitate cauſat, & ſecunda de neceſsitate cauſabit. Quod & cõfirmatur. Aut igitur cauſa ſecunda eſt naturalis, aut uoluntaria. Verùm cum ſuprà oſtenſum ſit, tandem voluntariam determinari per naturalẽ, oportet quòd prima cauſante omnes cauſent eodem modo: cauſa namq; naturalis de neceſsitate cauſat, vt & ipſi concedunt, & hoc de ſecundo. Quantum modo ſit de tertio, reſtat reſpõdere ad illa ſeptem, quę Alexander adduxit aduerſus Stoicos. Ad primum itaq; cum dicebatur, ſermonem

de fato aduerſari aperte rei ipſi, eſſeq́ue manifeſtum falſum: quare non oportebat adducere demonſtrationem aduerſus talē ſermonem. huic dicitur eſſe manifeſtum, quod nos conſulte operamur & modo vnū & modo oppoſitum. verum occultum eſt, quod ſit illud determinans magis ad vnum quâm ad alterum: Cumq́ꝫ probatum ſit, quod idem eodem modo ſe habens non in oppoſita, vnde neceſſe eſt determinari, nullumq́ue apparet determinans, niſi fatum, quod occultiſsimum eſt: ideo ipſum oportet ponere. quare neque ſenſui neq́ꝫ rei ipſi fatum contrariatur, ſicut verum vero non contradicit. Vnde veluti dictum eſt ſuprà ex eo quod occultū eſt determinans, exiſtimatur voluntatem à nullo determinari, quod tamen oſtenſum eſt impoſsibile. Ad ſecundum autē cum dicebatur, non quodcūq́ꝫ factum eſſe cauſam alterius facti, dicitur ſi intelligitur de cauſa effectiua. verū dicitur, vt ibi oſtendebatur. Non enim quilibet filius alium generat, & ſic de ſingulis. Verùm ſi intelligatur vniuerſaliter de

omni

omni cauſa, ſi quod aliquod ſit factum; & in nullo genere cauſæ ſit alicuius cauſa, hoc eſt merũ impoſsibile: nihil enim eſt adeò vile, quod ad nihil factum ſit. Si namq; Socrates nullũ generabit ex ſeipſo, tamen generabitur cadauer. Cũ quę dicitur de excrementis animalium, vel plantarũ, quæ nullo modo ſunt cauſæ, patet hoc eſſe falſum: multa nãq; excrementa multas habent vtilitates, vt ſordes, auium ſtercora, & ſic de reliquis, ex ſe ipſis tãquam ex materia multa generantur. Idem quoq; dicatur de monſtris, nam oſtenſum eſt, & ipſa habere finem, & ipſa eſſe intenta, & ex ſeipſis aliqua generari, & ipſa præcedere aliqua, quæ ſi non fierent, neq; poſteriora fierent. Et quoniam dicebatur Stoicos dicere quod hæc ſunt cauſæ aliquorum poſteriorum, ſed nos latet. Pariter dicere poſſumus impoſsibilia habere cauſas, ſed nobis ignotas. Certè hic ſermo Alexandri videtur eſſe deriſibilis: quoniam ſi ſunt impoſsibilia, non poſſunt eſſe. Quare neq; notas, neq; ignotas habere poſſunt: creduntur tamen aliqua

eſſe impoſsibilia, quæ habent cauſas incognotas, vnde per hoc creduntur eſſe impoſsibilia. Sed de monſtris ſecus eſt: euidenter enim videmus multa monſtra eſſe intenta à natura vniuerſali, vt oſtenſum eſt, & multorum aliorum eſſe cauſas ſecundum diuerſa genera cauſarũ. Quare ſic veriſimiliter arguimus & de alijs impoſsibilibus aut talia tũ conſpicimus. Ad tertium uerò in quo Alexander contendebat multa fieri ſine cauſa, vel ſi cauſam habent, habent ſolum per accidens, quare nõ neceſſariam, & quod in naturalibus demonſtrationes ſunt ex poſterioribus ad priora & non remeant. Quoniam de omnibus his abunde diximus in ſecundo propoſito, ideo hic pertranſimus. Ad quartum verò in quo dicebat, falſum eſſe omne præcedens eſſe cauſam poſterioris. Huic dicitur illud dictum non vniuerſaliter eſſe intelligendum. Certũ enim eſt, quod Papa, qui fuit iam mille annis, nihil ad me attinet, niſi fuiſſet cauſa alicuius mihi attinentis. vnde intelligitur de præcedente ordinato in ſubſequentem. quare non

re non omnis ſurrectio eſt cauſa ſeſsionis, niſi ſit in eodem ordine, & vnius cõnexionis. cumq; dicebatur quod vna cauſa producit duo oppſita, oſtenſum eſt illam non eſſe cauſam præciſam & ædęquatam, ſiue ſit cauſa naturalis ſiue voluntaria: dicitque illud eſſe falſum & non poſſe ſtare cũ Ariſtot. quod nox præcedẽs nõ ſit cauſa diei ſubſequẽtis & ſic ſucceſsiue. Quoniam quanquam Deus ſemper eodem modo ſe habens ſit cauſa continuationis motus & temporis, vt dicebatur in 8. Phyſicorum: tamen q̃d nũc ſit dies, non eſt niſi quoniã nox præceſsit, & nox non ſuccedet niſi quoniam dies præceſsit. Nam nunc eſt dies, (exempli gratia) & prius non erat dies, oportet igitur ſecundum Ariſtotelẽ aliquã pręcedere cauſam huius quæ non fit niſi per motũ quare de nęceſsitate præcedit motus, & tempus præcedit tempus. dato enim propoſito, quo d ponit Alexãder motus poſſet eſſe non cõtinuus & æternus, non dico tamen motum effectiuum facere motum, ſed eſſe neceſſarium pro alio motu. Quare eſſe

cauſam ſecūdum aliquod genus cauſæ aut principaliter aut ſecundario.
Ad quintum in quo dicebatur, Stoicos deſtruere cauſas, cum eas ducant ad infinitum, huic dicitur quod cauſę eiuſdē rationis, neceſſe eſt ſecundum Peripateticos ducere ad infinitum, quod contēdunt & Stoici facere, in hisq́ non eſt aſſignare primā, licet quoquo modo poſſit aſsignari vltima non ſimpliciter, ſed in hoc, vtpote quod hæc dies eſt vltima quę fuit: non tamen ſimpliciter cum ſuperſunt adhuc infinitæ in eſſentialibus, tamē eſt prima ſimpliciter, et vltima ſimpliciter, cū ſpecies non ſunt infinitæ: verùm quoniam prima de neceſsitate cauſat, & vltima de neceſsitate cauſat, veluti in ſecundo propoſito dictum eſt.
Ad ſextum cum dicebatur, non oportet, ſi in vniuerſo multa ſint præter ordinē & Dei prouidentiā, propterea vnionem uniuerſi euerti, quoniam & in regno & in domo multa fiunt præter ordinem, regis & domini, & tamē propterea neq; regnum neq; domus euertuntur: huic dicitur, iam eſſe oſtenſum impoſsibi

poſsibile eſſe, aliqua in uniuerſo præter ordinē & prouidētiam diuinam. Quoniam, ut bene dicit Cicero in libro de Natura deorum: Deus non eſſet, vel ſi eſſet, non gubernaret totum, illudq́; q̄d affertur in ſimile, minimè eſſe ſimile.

Rex enim & dominus, neq; quicunque homo ſit, poteſt cuncta perſpicere quæ tamen Deus perſpicit, cum ſit auctor totius entis: nam regnum euellitur aliquando & deſtruitur, quod de vniuerſo fieri non poteſt. Nihil enim Deus habet ſupra ſe, quod longe aliter euenit in hominibus, vt notū eſt. vnde ſi illud regnum eſt melius, in quo fiunt pauciora præter ordinem & regis prudentiam, & quanto talia minus fiunt, tanto Rex eſt potentior & ſapientior, Deo ergo qui eſt Rex regum, & Dominus dominantium, & ſumma ſapientia, nihil præter ordinem & ſuam prouidentiam, in ſuo regno debet contingere.

Ad ſeptimum autem cum dicitur, inſani eſſe negare Liberum arbitriū, quod nobis ineſſe manifeſtum eſt, præter ſophiſticas rationes, & vitam hominis lu-

dum & vmbram conſtituere. Dicitur primo nos multa operari, cum voluerimus, ſi non adeſt aliud impedimentum vel ex parte noſtri uel extrinſeci, maniſeſtiſsimum eſt. Neq; hoc negamus neque rationē aliquam afferimus ad hoc: verùm illud quòd nos negamus & dubitamus, eſt, quomodo ineſt nobis talis voluntas, & quod eſt determinatiuum ipſius uoluntatis, cum nos & ipſi confitemur eſſe uoluntatem in potētia æquali, quæ non exit ad actum, niſi prius ſic determinata. Vnde ex quo non apparet veriſimile aliquod determinans niſi fatum: ideo principaliter fato attribuitur actio, neq; ꝓpter hoc uolūtas excluditur. Vnde veluti nos intelligere non dubitamus, quandoquidem hoc in nobis experimur, ſed dubitamus, quomodo fit in nobis intellectio, ſic nos uelle & nolle nō dubitamus, ſed dubitamus quod cauſat uelle & nolle, vnde non eſt ad immediata reſoluta quęſtio, cum dicimus hoc fieri, quoniā uolui. Nam & ſi feci, quoniam uolui: quod tamen uolui, habet aliam cauſam: quādoquidem volun-

voluntas eſt in potentia æquali, quæ debet ab aliquo determinari. quare nihil, quod ſit in nobis manifeſtum, negatur vel dubitatur, ſed immanifeſtum dubitatur, & quod videtur falſum, negatur. cumq; vlterius dicitur, Stoicos vitã humanam facere ludum & vmbram. Quæritur à ſic obijcientibus, qualem igitur ipſi vitam humanam conſtituunt? nam ſiue fato moueatur voluntas ſiue ex ſe, nullo extrinſeco concurrente: rariſsimi tamẽ aut potius nulli ſunt homines uere boni, & non tantum ſic eſt nunc, verùm & ſic ſemper erit, ſi extraneum. Igitur Alexandro videtur homines ſic fato compelli, quoniã humana vita eſſet quidam ludus & veluti umbra. Nónne & monſtruoſum eſt, & omnes ſunt inſani, ſi in eis eſt poſſe benè agere, ſemper tamen male agunt. Si quis enim ex neceſsitate facit aliquod, illud inſaniæ nõ attribuitur neq; vituperatur. ſi quis (aut ut ipſi dicunt) poteſt aliter facere: quoniam bene agere cum male agat, hic inſanus cõmuniter dicitur. Quare ſi Stoici vitam humanam ludum faciunt, iſti

vero humanam vitam faciunt quãdam inſaniam, quæ longe deterior eſt ludo, propterea mirum eſt (ſi voluntas eſt in tali poteſtate, vt ex ſe exeat ad actũ naturaliterq́; ſemper inclinetur ad bonũ) quod ipſa aut ſemper aut quaſi ſemper ſequatur malũ. Quod enim ſemper in pluribus eſt, illud magis naturale eſt: naturalius igitur eſt uelle malũ quàm bonum, quod ratio non admittit. Amplius, ſi eſt in poteſtate volũtatis velle, poſſibile eſſet mundum deſtrui, ſecundum ſpeciem humanã. Si autem ſpecies humana deſtruitur, non eſſent reliqua generabilia & corruptibilia: quoniam homo eſt finis omnium generabilium & corruptibiliũ. deſtructa machina materialium, cœli non mouerentur, non motis cœlis non eſſent cœli, vt exiſtimauit Ariſtoteles, non exiſtentibus cœlis non eſſent dij. Si itaq; voluntates humanæ eſſent liberę, ad modum Alexandri, Deus dediſſet eis poteſtatem, vt poſſent deſtruere Deum. Hoc autem eſt falſum, quo nihil falſius: igitur & poſitio forſaſsis negabitur, quod eſſet in poteſtate homi-

hominum deſtruere ſpeciem humanā. Sed hoc probatur: quoniam ſecundum Ariſtotelem Sol & homo generant hominem, neq; homo poteſt generari niſi ab homine ſecundum ipſum. Cum itaque quilibet homo poteſt ſe uelle abſtinere ab actu generatiuo, tandem homines penitùs deſtruerentur: quare ſequit̃ quod prius dicebatur. Amplius, homo multotiens experitur in ſe ipſo, quòd non poteſt nō uelle aliqua, non poteſt non nolle alia. Quare uelle & nolle nō uidẽtur eſſe in poteſtate ſua. propterea uolumus multoties aliqua cũ prius decreuerimus ea nolle &c. cōtrà ſi quis interrogauerit nos, quomodo iſtud uoluiſti, cũ decreueris uoluiſſe, dicimus nos neſcire uel ecōtrà. Vnde uidetur, quod hęc fato attribuantur. Quare Plutarch. in uita Marci Bruti dicit, Deus mouet uoluntates, ut libet ei. Adhuc admodũ difficile uidetur, quomodo uoluntas, quæ eſt in potentia & æquali, determinet ſe: ſic enim eſſet in actu & in potentia & multa alia quæ adduci ſolent, quæ pro nunc relinquantur.

Caput

## *Caput quartumdecimum, in quo continentur contenta in quintodecimo capitulo Alexandri.*

IN quintodecimo capitulo Alexander exponit quandam Stoicorum rationem, & eam ſoluit. Dicitur in Rubrica, exponitur ratio ſumpta ex habitib. animi, quę auferebat Liberum arbitriũ, & ſoluitur. Perſtringẽdo igitur ab Alexandro dicta, ut mihi uidetur: Stoicorũ ratio tendit ad id quod non ſolum laudamur de his quæ ſunt in poteſtate noſtra, neq; etiam uituperamur: uerùm & de his quæ in noſtra poteſtate non ſunt conceſſa ab Alexandro & reliquis fatũ negantibus. Quare ratio Peripateticorum inducta aduerſus Stoicos inualida eſt, cum dicant, neminem laudari uel uituperari, niſi in his quorum nos ſumus Domini. Ratio itaq; Stoicorũ eſt, quoniam qui adepti ſunt uirtutes, de his laudantur, quæ & ſecundum negantes fatum non amplius ſunt in noſtra poteſtate: quandoquidem habent habitum uirtutis,

tutis, nõ poteſt nõ eſſe ſtudioſus: ueluti habens ſcientiã Geometriæ, non poteſt nõ eſſe Geometer: pariter habẽs habitũ uitij, uitioſus eſt, neq; poteſt nõ eſſe uitioſus, & tamen uituperatur. Non igitur de re, quã fugere non poſſumus, negandum eſt, non poſſe laudari & uituperari, ueluti oſtenſum eſt. Secundò Alexander hãc argumentationem infringit, & ſoluit, dicens: hic deceptionem eſſe, quoniam nequaquam laudantur uel uituperantur ſtudioſus & flagitioſus ex eo quod uirtutẽ uel uitiũ habeãt: ſed quoniã ipſi in præterito adepti ſunt, non quidem ex natura, quãquam ei adiutrix fuerit, ſed ex bonis uel malis conſuetudinibus, quæ tunc erãt in poteſtate ſua acquirendi & non acquirendi. Quo fit ut præſentia & præterita nõ habent eandem uirtutem cũ futuris: quandoquidẽ quod iam eſt, aut quod factũ eſt, impoſsibile ſit nõ eſſe aut factũ nõ eſſe: at q̃d futurũ eſt, poſsibile eſt & fieri et nõ fieri. Quod ſi tales operatiões fuiſſent eis cõgenitæ, uel ſi nõ cõgenitæ, uetum currentes, ſecundum curſum natu

tæ, ueluti pubeſcere in iuuentute, & in ſenectute caneſcere, quæ omnibus uel pluribus ad illas ætates peruenientibus contingunt: profecto non laudarentur uel uituperarētur, ſed quæ dijs ipſis uel beſtijs attribuuntur, pariter eis attribuerentur. Nam in naturalibus neq; laudamur neq; uituperamur, ſed quid maius laude & uituperio attribuimus, ueluti notum eſt. Quod ſi quis dicat, uirtutes & uitia hominibus non eſſe naturalia, ſed ab eis acquiſita bonis uel malis conſuetudinibus. Verùm has conſuetudines fuiſſe fatales, & ab eis ineuitabiles: quare non natura ipſis ineſſe, unde eis laus attribuitur, quandoquidem naturalibus propriè laus non ſit attribuenda. Dicit Alexander: tunc Stoici habent dicere hominem, quem fœliciſsimum animalium eſſe ponunt, omnium tamen eſſe infœliciſsimum. Nã apud Stoicos nihil eſt melius uirtute & deterius ipſo uitio: ponũtq;, omnes homines eſſe uitioſos, nam uix duo perfectè ſtudioſi reperiuntur in uniuerſo. Quare cum infœlicitas cõſiſtat in ignorantia & flagitio,

tio, quandoquidem omnes homines quaſi per totum tales exiſtunt. Horum autem alia animalia non participet, homo omnium animalium erit infœliciſsimum. Dicimus etiam (inquit Alexander:) quod homo uirtute præditus, non ideo laudatur, quoniam uirtutem habeat: ſed quoniam cum non haberet, non natura neq; ſecundum curſum naturæ adeptus eſt ex bonis conſuetudinibus, quæ erant in poteſtate ſua: tamen quoniam quo ad actus procedentes à uirtute, etiã in ſua poteſtate. ſumus enim domini noſtrorum actuum, à principio uſq; ad finem, ut dicitur ſecũdo Ethicorum. Cum itaq; bonos actus exerceat, quos poſſet non exercere, ideo laudandus eſt. Quod autem tales actus poſſet exercere, nemini dubium eſt, licet cum difficultate. Nam ueluti aſſuetus malis, difficulter bona opera facit: facit enim aliqua, ut notum eſt: ſic aſſuetus bono difficulter mala facit: facit autẽ bonus aliquando mala opera, ut oſtendat non omnia fato fieri. Contingit enim aliquẽ uatem ſibi prædixiſſe ipſum, ſcilicet ſtudioſum

dioſum certum bonum facturũ, quod ipſe ut oſtenderet,uatem falſum eſſe nõ facit. Verùm facit oppoſitũ unde callidi uates euitant aliquibus aliqua enunciare,ubi cognoſcunt, quod in illis ſic eos uates arguere, quod certè euidẽtiſsimũ argumentum eſt,non omnia fato euenire. Hæc perſtringendo & non uagando iſta mihi uidentur eſſe, quæ ab Alexandro in hoc capite pertractantur: & hæc de primo. Quantum uerò ad ſecũdum; quoniam tota conſtat in hoc quod uera de præſenti & de præterito aliter uera ſint quã de futuro, quoniam illa ſunt ineuitabilia; ueluti teſtatur Ariſtoteles in fine primi Perihermenias: Ideo ad hæc & de hoc uera aliqua facimus.

Si inquã,ita eſt,unde igitur eſt quod nihil in naturalibus, ſiue uoluntarijs,ſiue fuerint per ſe intenta, ſiue caſualia, ſiue fortuita fuerunt,quin talia et conſimilia non erunt, & ueluti talia & conſimilia infinities fuere,ſic talia & conſimilia infinities erunt, neq; mundus abſolui poteſt à tali ordine. Si namq; præterita determinata ſunt, ſic quod non poſſunt

non

non eſſe, certè ſecundum principia poſſibile eſt, ut talia in futurum non euenirent. quod manifeſtè falſum eſt. Amplius, quamuis quod eſt præteritum, non poſsit non eſſe præteritum, tamen eſſet poſsibile. Imò de facto debuiſſet contingere quod non oporteret. idem ſecundum ſpeciem totiens multiplicari, imò infinities multiplicari. Sequitur enim ſecundum poſitionem, quod ex quo caſualia & fortuita ſunt per accidens, non ſunt neceſſaria, & abſolute poſſunt non eſſe. Patet autem illud eſſe falſiſsimum. Dum enim mundus ſtat, neceſſe eſt talia eſſe. Quare cum hijs mũdus abſolui non poſsit, cauſas igitur habent determinatas & neceſſarias, quæ euitari non poſſunt. Verùm quoniam præſentia & præterita ſunt uel fuerunt in actu, ideo nobis nota ſunt, & dicuntur determinatę ueritatis. Futura autem, quoniã ſunt in potentia, ideo nobis ignota, manifeſtum eſt, & dicuntur indeterminatæ ueritatis, quãuis in ſe certè ſint indeterminatæ ueritatis. Vnde ueluti apud ignorãtes Aſtrologiã prima eclipſis uentura eſt

ra eſt indeterminatæ ueritatis, in ſe eſt tamen determinatæ ueritatis. Sic etiam eſt apud nos de futuris euentibus: quoniam cauſas ignoramus. quare cum tota ſolutio ſtat in hac diuerſitate, ſi inter præteritum & futurũ, quæ ut oſtenſum eſt, nulla eſt, ideo ſolutio reddit̃ uana. et ſic de ſecundo. Quantum autem ad tertium, videlicet quod ſolutio non euacuat, veluti in ſecundo propoſito oſtendimus, manifeſtum eſt. Quod verò dicebatur uirtutes non eſſe ex natura, neque ſecundum curſum naturę, ſed tãtũ ex conſuetudine, dicimus hoc eſſe uerũ vnde fit cũ conſuetudo bona laudatur & mala vituperatur, virtutes & uitia pariter laudantur & vituperantur. cumq́ ulterius dicitur, quod ſi conſuetudines fato fierent, cum omnes homines ſint mali, malitia autem nihil infœlicius & ipſa ignorantia cum hęc amoueantur à beſtijs homo eſſet animalium infœliciſſimum. Huic dicitur argumentum hoc magis procedere aduerſus ſuum autorem quàm aduerſus Stoicos: nam ſiue conſuetudines fato fiant, ſeu mæræ uoluntarię

luntarię, omnes homines ſunt mali: nā rariſsimi ſunt boni. ſunt enī uelut Phœnices in Aethiopia. Cum autem fato ſit, ſecundum eos non eſt flagitium: ſi autem uoluntarie, eſt flagitiū. Vere igitur ſecundum fatum negantes, omnes homines ſunt flagitioſi. Aſt & ſecundum ipſos flagitia & uirtutes remouentur à beſtijs & dijs, flagitiumq́ facit hominē infœlicem: homo igitur ſecūdum ipſos uere eſt animaliū infœliciſsimus. Quare & ipſi, imò etiā magis ipſi habēt hoc argumētū ſoluere. Dicimus tñ quod & ſi humana natura talis ſit, ut dictū eſt, & docet ex periētia: natura tñ humana eſt longe nobilior quātumcūq; flagitioſa, quacūq; beſtia. Eo enim quod de intellectu & uolūtate participat (etſi admodum obſcurè, ideo omni ſpecie animalis eſt perfectior, ueluti & quodcūq; ſentiens, quanquam uiliſsimum, eſt perfectius quocunq; non ſentiente, ut Ariſtoteles & Auguſtinus ſenſerunt concordes: dicitq́ Auguſtinus 9. de Ciuitate Dei capit. 9. quod anima quanquam uitioſa & infirma ſit, melior tamē eſt quo-

cunc corpore firmiſsimo & ſaniſsimo: quod homo igit dicat infelix, eſt in ordine ad deos, & unus homo alio homine dicitur fœlicior & econtrà, ſecũdum uirtutes & ignorantiam: unuſquiſq; tamen homo eſt fœlix in ordine ad beſtias, ſi beſtię fœlices dicit poſsint. Cumque ulterius dicebatur, quod homo poteſt laudari & uituperari, ſi ſit ſtudioſus uel uitioſus, ratione actuum ſubſequentium, dicitur hoc eſſe uerum. Sed non alia ex cauſa, quam laudetur uel uituperetur ratione operationum præcedentium. In utriſq; enim concurrunt & fatũ & intellectus & uoluntas. & cũ poſtea dicebatur, multos operari contra uirtutem. quanquam enim ſint ſtudioſi, ut fatum redarguant, dicitur hoc eſſe poſsibile & de fato fieri, minime tamẽ fatum redarguunt. Et cum probabatur uates precauere ab enuntiationibus, in quib. poſsũt redargui, certe dicam hic, quod de Diagora refert Cicero in lib. de Natura deorum. hic Diagoras negauit eſſe deos. Cumq; in Samothraciã ueniſſet quidam eius amicus, nomine Atheus,

pus, fertur ei pictas ueterũ tabulas oſtendiſſe, eiq; dixiſſe: tu qui deos putas humana negligere, nónne adnimaduertis ex tot tabulis pictis, quã multis uotis tempeſtatem effugerunt. Aſt ad Atheum Diagoram ſic reſpondiſse, ferunt. Ita ſit, illi autem nũquam picti ſunt qui naufragia fecerunt, & in mari perierũt. Iterum idem cum ei naufraganti rectores aduerſa tempeſtate timidi & perterriti dicerent, non iniuria ſibi illud accidere, qui illum in eadem naui recipiſsẽt, oſtendit eis in eodem curſu multas alias laborantes, quæſiuitq;, num etiam in his nauibus Diagorã uehi crederent. Quare & ego dicam. Si multi redarguerunt uates, quoniam nõ ſecuta ſunt prænunciata à uatibus, quoniam ipſi oppoſita ad hanc intentionem fecerũt. Cum igitur multi conati ſunt redarguere uates, & quanto magis hoc ſtuduerunt facere, tanto magis in laqueos inciderũt, ut de Cicerone alibi et infinitis alijs narrant hiſtoriæ. Ergo uates & fatidici ueriſsimi ſunt: quandoquidẽ ab ipſis prænunciata nunquam per aliquod ingeni

uum redargui potuerunt, dicimus tamē quod prænuntiata à dijs non ſemper eueniunt, & ab ipſis prænunciata aliquā do ſunt ineuitabilia: nunquam tamen dij falſi ſunt nec mendaces. cum namq; prænunciata ab eis non eueniunt, non ſunt ipſa ſic eſſe determinata, vt dicunt, verùm ſunt minatoria, vt illud de Niniue, ſcilicet, quod poſt quadraginta dies ſubuerteretur Niniue, cum tamen tunc non fuit ſubuerſa, ſed ordinauit ſic Deus, vt mediantibus illis prænuntiationibus & orationibus non ſubuerteretur: in aliquibus autem prænunciant, vt fiant, vt legitur de Sodoma vel quouis alio. Cauſa autem iſtius diuerſitatis eſt nobis immanifeſta, licet fortaſsis dici poteſt, naturam fati & ordinis vniuerſi ſic exigere pro pulchritudine eius: quare & uates aliquando prænunciant ut uenturum eſt, aliquando ut non eſt uenturum: nunquam tamen dij falſi ſunt.

Caput

*Caput quintumdecimum, in quo continentur contenta in ſextodecimo capitulo Alexandri.*

IN hoc capitulo intendit Alexander eam rationem Stoicorum euertere, quæ eſt, q̄d eo q̄d Deus futurorũ habet præcognitionem, ideo futura ineuitabiliter fiũt. Et hoc deſignat Rubrica, cum dicit: ex deorum præcognitione non inuehi futurorum neceſſarium euentum.

Primò itaq; ponit motiuũ Stoicorum, quod eſt tale. Si Deus præcognoſcit futura, ipſa futura ineuitabiliter eueniũt: Aſt nephas eſt dicere, Deum non præcognoſcere futura, ergo ineuitabiliter futura eueniũt. Minor eſt manifeſta, Maior etiam patet, Quoniam ſi Deus præcognoſcit Socratem futurũ, & Socrates poterit non eſſe, poterit igitur aliter eſſe quàm Deus ipſe præcognoſcit. Quo dato, Dei ſcientia incerta & uariabilis eſt, quod abſit à Deo. Secundò reſpondet Alexander, concedendo Minorem, & negando Maiorem, & retor-

quetur argumentum: quoniã ſi illa conditionalis teneret, recte ſequeretur non ineuitabiliter, quæ ſunt futura, erunt, quoniam contingenter erunt, ut manifeſtum eſt: ergo Deus non præcognoſcit futura, quod eſt falſum, & etiam ab ipſis negatum eſt. unde recte negatur illa conditionalis: ſi Deus præcognoſcit futura, ergo ipſa ineuitabiliter erunt.

Nam cum ipſa contingentia ſunt, præcognoſcit ipſa eſſe contingentia et non aliter: quod ſi aliter cognoſceret, quam ſit eorum natura, pariter & impoſsibilia poſſent cognoſci & ſciri, quod omnino abſurdum eſt. Vnde dicitur Deum ſcire Socratem futurum contingẽter: quoniam & Socrates contingenter erit, neque aliter Deus poteſt ſcire futurum: aliter enĩ poſſet ſcire impoſsibilia. Cum itaq; dicitur, Deus ſcit Socratem futurum, & poterit Socrates non eſſe futurus, ergo aliter poterit eſſe, quàm Deus ſcit. Huic dicitur, quod Deus non ſcit abſolute Socratem fore: ſed tantum Socratem fore contingenter. Vnde neq; aliter eſſe poteſt: quare non poteſt eſſe

aliter

aliter, quam Deus ſcit. Vt itaq; mihi uidetur, Alexander negat Deum ſcire Socratem fore abſolute, ſed tantum cum hac conditione, ſcilicet contingenter: adiungitq;, quod præcognoſcere, non eſt facere: & quia præcognitio Dei non eſt factio, unde neq; rebus neceſsitatē imponit, neq; factionem, ſed uoluntas ipſa in humanis electionibus eſt ipſa factrix: quæ quoniam liberè eligit, ideo contingenter facit. Tertiò, ut mihi uidetur, adducit rationem aduerſus Stoicos quæ talis eſt. Prædictio futurorum hominibus data ab ipſis dijs eſt, ue' uti conſultatio hominis ad hominem: aliter enim nullius eſſet utilitatis: ſed homo homini non conſultat neq; de impoſsibilibus, neq; de neceſſarijs, ueluti manifeſtum eſt: ergo deorum prædictio & prænotio non eſt de ineuitabilibus.

Quartò huic argumentationi interponit Stoicorum reſpōſionem, & eam refellit. Reſponſio eſt, quod deorum prædictio non eſt, ut aliquid euitetur: quandoquidem nihil quod fiet, euitari poſſit, ſed pro tanto eſt: quoniam eſt ordi-

nata ad talem effectũ, & ſine ea talis effectus prouenire non poteſt, utpote ſi d fiat a c, & c a b & b ab a fiat a, ut fiat b & b, ut c & c fit, ut ultimatè ueniat d quod ſi aliquod illorum prætermitteretur, nequaquam fieret d. Quare exempli gratia, cum ex Laio debuit generari filius ſceleratiſsimus, mediante oraculo Phithij, factum eſt oraculum Phithij, ut fieret filius ſceleratus Laij, quod oraculũ niſi factũ fuiſſet, filiꝰ ille nõ fuiſſet genitus. Verũ Alex. dicit has eſſe uerſutias & tergiuerſiones ipſorũ reſpõdentium. Primò quidẽ dij etiã ſecundũ ipſos differũt à poëtis ſiue à uatib. quoniã uates tantũ dicũt, et nõ cooperãtur: dij ipſi & dicunt, & cooperantur: poëtæ namq; deos laudant, quod, ſcilicet mortalibus datores bonorum ſunt. Si itaq; non ſolum hæc flagitia à dijs prædicuntur, verùm ſunt cooperatores, immo impulſores, nónne ipſi dij flagitioſiſsimi erũt et homines non erunt flagitioſi: quando quidem hoc euitare non potuerunt?

Præterea ad quid dij ipſi hæc facerent cum nullum bonum in his operibus appareat.

pareat: non enim propter ciuitates, non propter leges, cum ciuitates talia poſſe ſint infœlices, leges reclamant, non propter elementa, non propter cœlum: nullius igitur videntur eſſe vtilitatis, ſed tãtum damni. Quomodo igitur hęc à dijs fiunt? niſi aliquam maiorem fabulam fingant, noua impoſsibilia concedant. Stoicis profectò ſatius eſſet, tales ſuppoſitiones manifeſtè negare, ne talia cogerent concedere, quàm talia concedere, ne ſuppoſitiones negēt. Quintò per multa verba epilogat circa capitulum præcedens. & hoc capitulum totum patet. & hoc de primo. Quantum verò ad ſecundum, dico, quod quamuis iſtæ rationes Alex. & reſponſiones, quæ communiter etiam ab alijs ponuntur, videantur in primo cõgreſſu admodum efficaces: interius tamen perſcrutanti, nõ uidentur ad plenum ſatisfacere. Quare de primo dicitur, quod dictum eſt illã rationem mouiſſe Stoicos, illud verum eſt, eſtq́; de potiorib. rationibus: quemadmodum in ſubſequentibus dicetur. De ſecundo verò, in quo dicebatur &

reſpondebatur ad illam rationem, ſta-
batq; reſponſio in negando, Deum de-
terminate cognoſcere Socratem fore:
quandoquidem determinate Socrates
non erit. Quoniam in fine primi Peri-
hermenias in contingentibus & futu-
ris non eſt veritas determinata. Ad hoc
dicitur, quod ex multis hæc reſponſio
debilitatur: primo quidem, quoniam ſi
Deus de his certiorem non haberet ſci-
entiam quàm homo, etiam mediocriter
inſtructus, quod rationi diſſonum eſſe
videtur: nam vnus homo certius iudi-
cat de euentibus futuris, quàm alter. pri
mò reperiuntur aliqui raro in hoc dece
pti, ergo Deus videtur de his eſſe certiſ-
ſimus & determinatus, & non alternati
uè. Secũdò, quoniam hoc non teſtatur
experimentis & rationibus: quoniam
dij multoties eos petentes, de determi-
nata parte contradictionis eis reſpon-
detur. Quod ſi dij dicerent, hoc fore cõ-
tingenter, non ad petita reſponderent:
quandoquidem & ipſi ſic reſponden-
tes illud ſciebãt, vnde dij eſsent fallaces
deceptores & ænigmatici. Tertiò quo-
niam

niam ſic præterita & futura non omnia eſſent præſentia & aperta Deo: quoniam ſi Deo ſunt præſentia, ſunt & determinata: hoc autem nedum videtur abſurdum, verùm apertè ipſi Ariſtot. aduerſatur in fine libelli de bona fortuna. Quartò, quoniam ſumit fundamẽtum falſum, & Ariſtoteli repugnans, dicit: quod Dei præcognitio contingentis, non eſt factiua, neq; præcognoſcere & facere. Nam Deus quicquid extra ſe cognoſcit, ideo illud cognoſcit: quoniam illius eſt cauſa. Nam ſcientia Dei à reb. non cauſatur, ſed res ipſas cauſat: vt etiam dicit Auerrois in Commento libri 12. Methaphyſicę, neq; alio modo Deus alia à ſe cognoſcit, niſi quoniam eſt cauſa aliorum. Quare ſua præcognitio eſt cauſa contingentium, & non contingẽtia ſunt cauſa præcognitionis Dei, vt uidetur Alexan. ſentire, vt fugiat incommodum, quod videbat ſequi ex eius poſitione. Vnde ſi ſcientia Dei cauſa eſt rerum, Deusq; quæ de neceſſitate ſcit, videtur & quod res de neceſſitate erunt. Tertium etiam ſuum dictum, in quo aſ-
ſimilabat

ſimilabat deorũ prænunciationem humanis conſultationibus, videtur inualidum. Quoniam ſi currit ſimilitudo, cũ in humanis conſultationibus, ſi conſultans poteſt ipſe per ſe conſultatum præcauere à malo, ſi maximè diligit illum qui conſulit, futilis & vanus exiſtimatur ille conſultor, neq; reputatur optimus amicus: quandoquidem amicitia magis factis quàm verbis oſtendatur. Cumq; Deus magis diligat hominem quocunq; altero amico, poteſtq; reipſa ſuccurere, quid igitur verbis opus eſt: intendit enim bonum illius melius quã qui poteſt ſuccurere factis: igitur deberet ſuccurere. Propterea factum eſt & iniquum alicui bene conſulere de agendis, & oſtendere ſibi velle ſuccurere: ex altera autem parte præbere fauorem ſuo aduerſario. Cùm igitur nihil poteſt nocere petenti conſilium à Deo, niſi Deus eo agat, immò non tantum eo agat Deus, immò eſt principaliter mouens. Quare melius eſſet ſic aduerſarium non monere, quàm conſilium dare. Præterea ſi Deus eſt incertus de omnibus futu

bus futuris, quoniam omnia contingẽtia futura ſunt incerta: quod igitur conſilium poteſt dare? Aeque enim Deus erit dubius, veluti & homo: quandoquidem non plus de futuris dederit determinata reſpōſa. Quoniam tamen affirmauit vel negauit vnam partem contradictionis, quæritur igitur aut ſemper ſic fuit aut erit ut prædictum eſt, aut non ſemper ſic fuit. Si detur ſecundum, fuit igitur Deus mendax, quod nephas eſt dicere. Si verò ſemper ita fuit, & ſemper ita erit, mirum eſt, quod poſsit & aliter eſſe: & tamen iſta potentia nunquam fuerit ad actũ reducta. Videtur autem definitio impoſsibilis, quod nunquam reducitur ad actum: quare videtur Dei præcognitionem eſſe de re neceſſaria.

In quarto verô, in quo dicebatur, quod ſi deorum conſultatio eſſet neceſſaria pro tali effectu fiendo, cum Deus ſecũdum placitum Stoicorum non ſolum prædicat verum & coagat. Tunc igitur Deus flagitioſorum eſſet auctor. Sic arguens reſpondeat, an ſecũdum ſcientiam Deus agat in flagitijs perpetrãdis, ſiue poſitiue,

ſitiue, ſiue permittendo, quomodocun que dicatur: idem enim ſequitur. Nam & peccamus omittendo, veluti & com mittendo, ſi dicatur quod agit, ipſe igi tur & ſoluat; ſi non coagit. non igitur Deus eſt primum agens; ſine quo ni hil poteſt agere, & ſic non omnis actio ſecūda reducitur ad primam. Similiter quod dicebatur, ſi in talibus Deus agit, ad nullum bonum coagit, vt dedu cebatur: quoniam nullus homo eſt bo nus. Dicit quod ſi Deus vel coagat vel non coagat, in hominibus fere nulla ſunt bona neq; fuerunt neq; erunt: quæ ſi ipſi Deo nota ſint, cum Deus ipſe his malis obuiare poſsit: non tamē obuiat: ad quod igitur bonum hanc ſuam ceſ ſationē ordinat, & cur tanta flagitia per mittit fieri? Quod ſi dicitur hoc ideo fa cere, quoniam permittit Liberum arbi trium vnicuiq;. At iſtud non uidetur ſufficere. Primò, quoniam ſi Deus vni cuiq; permittit libere viuere, quoniam bonum eſt: quare igitur Prælati & ſu periores non debent permittere inferio res libere viuere tanquam bonum. Præ
terea

ferea aut ſic permittendo eſt melius aut deterius. Non deterius: quoniam videtur hoc Deo non conuenire: ſi uero melius, & ſic permittendo fere omnes homines labuntur in ſcelera, ergo pro bono vniuerſi conuenit, omnes fere homines eſſe ſceleratos. Quod igitur apud Stoicos Deus coagat in flagitijs, eſt pro bono uniuerſi: nam per reſponſionem mala eſſe in uniuerſo, eſt pro meliore ipſius uniuerſi, neq; ut uidetur poteſt negari, quod mala facere ad decorum uniuerſi non pertineat, quoniam de malis naturæ hoc eſt maniſeſtiſsimũ. Vnum namq; animal interimit alterum: ſunt diluuia per ignem et aquam, & ſic de reliquis quæ decorant uniuerſum. de malis etiam culpæ manifeſtum eſt: quoniam mundus nunquam his caret, caruit, uel carebit. Quare neceſſariũ eſt, cum ſemper ſit. Amplius, auferuntur iuſticia, miſericordia, pœnitentia & ſic de reliquis uirtutibus, ſine quibus mundus non uidetur eſſe perfectus: quare ut inquit Plato in Timæo cum mundus melius non potuit fieri, quàm factus ſit, ne

Mm que

que gubernari quàm gubernatur, neq; diſponi quàm diſponitur: cum nunquã ſit ſine malis, mala uidentur facere ad uniuerſi perfectionem: neq; inconuenit deſpicere partem, reſpiciẽdo ad totum. & ſic de ſecundo propoſito. De tertio poteſt faciliter apparere & quartum.

Ad primum dictum eſt, illam eſſe ualidam rationem Stoicorum. De ſecundo dicitur conuerti illam cõditionalem ſcilicet, ſi quę ſunt futura, non fato erũt, Deus illa non præcognoſcit. Verùm negatur minor, ſcilicet futura non fato fieri, neq; iſtud eſt ſenſui manifeſtum, quã quam ſenſui manifeſtum ſit multa fieri, quæ quandoque ſunt & quandoq; non ſunt. Verùm cum toto hoc ſtat, quod fato fient, & fato non fient, cum nõ fient, quia Deus cognoſcit, ſecundum quod natura ſunt: nam natura ſunt fatalia. Vnde cum impoſsibilia, natura ſint impoſſibilia: ideo Deus nouit ipſa eſſe impoſſibilia. Quare cum futura ineuitabilia & determinata ſint: ideo & determinata Deus cognoſcit. Ad tertium dicitur, quod conſultationes hominum & deorum

deorum ſunt fatales: quare conſilium eſt de ineuitabili. Cumq́ dicebatur, neque de neceſſarijs nec de impoſsibilibus conſultamus, dicitur, hoc vniuerſaliter non eſſe verum, quanquam de neceſſarijs & impoſsibilibus, quę non pertinent ad nos, non ſit conſilium, & de his quæ pertinent ad nos, ſi credimus certe, illud eſſe impoſsibile. Quare de morte nec conſultamus, verum de dilatione mortis bene conſultamus: quoniam non ſumus certi de aliqua parte, licet una ſit impoſsibilis, & altera neceſſaria: & hoc exigit natura conſilij. Ad quartum verò dicitur, vt dictũ eſt, illud non incõuenire pro uniuerſi perfectione: nam & ipſi habent hoc concedere. Quo fit, vt quod Alexãder dixit aduerſus Stoicos, non minus procedat aduerſus eum, ſcilicet Deum concurrere ad flagitia: & ſic cum Alexandro dixit, melius videtur dicere Epicurus, negãs deos curare mortalia, quàm Stoici. Certè & hoc æqualiter militat aduerſus Alexandrum. Quare Cicero in lib. de Natura deorum dicit: Cum tres ſint ſectę de

ſato vnaquæq; patitur anguſtias. Nam Stoici & Peripatetici non uideatur poſſe euitare Deum, producere flagitia & vniuerſa mala. Epicurei verò fugientes iſta, negant deos eſſe, uel ſi ſunt, non curant inferiora: ad quā etſi multa ſequātur incommoda: uerior tamen priorib. videtur. Scias tamen, & ſecundum Peripateticos nō uidetur eſſe concedendū, Deum ſcire Socratem fore contingenter: nam cum in contingētia recludatur eſſe & non eſſe, Deus cognoſceret priuationem. Aſt ſecundum ipſum tertio de Anima nihil, quod eſt tantum in actu, agnoſcit priuationem: quare neque contingentiam.

*Caput decimumſextum, in quo continentur contenta in decimoſeptimo capitulo Alexandri.*

IN hoc capite Alexander, vt mihi uidetur, vult confutare Stoicorum rationes, quibus contendunt oſtendere Liberum arbitrium ſeruari penes ponētes fa

tes fatum eſſe. Et hoc ſignificatur in Rubrica cum dicitur: confutantur dicta illorum qui aſſerunt, ſe ſeruare id quod in nobis eſt in uero ſenſu, eo q̃d id non ſit in omnibus, quæ per impulſum agunt. Et quamuis hoc capitulum apud me ſit obſcurum: ut tamen ſuſpicor Ariſtot. hic duas rationes Stoicis attribuit. Prima eſt: in hominibus actiones procedunt à potentia uolēte & nolente, vt de ſe manifeſtum eſt: & unusquiſq; in ſemetipſo experitur. Tales autem operationes non attribuuntur inanimatis, ut patet, neq; beſtijs, cum propriè beſtiæ voluntatem non habeant.

Sed vbi uoluntas, ibi eſt Liberum arbitrium, vt etiam Peripatetici cōcedunt.

Ergo in hominibus apud Stoicos eſt Liberum arbitrium: quoniam uelle & nolle. Secunda ratio: quicquid natura fit, fato fit, ut etiã Peripatetici: ſed actiones uoluntariæ fiuat natura, ergo fiunt fato. Quod autem actiones uolũtariæ natura fiunt, patet: quoniam naturale eſt homini & rectè operari & non recte operari. Recta autem & non recta ope-

ratio ſunt à voluntate. Huic concluſio-ni adiungitur, ſi naturaliter velimus & nolimus, naturaliter rectè operamur, & non rectè. Cum autem ad recte operari ſequatur uirtus, ad non rectè peccatum ad uirtutē laus, ad uitium vituperium: naturaliter ergo ſunt laus & vituperiū, virtutes & vitia. Ergo cum fato ſtant Liberum arbitrium, virtus & vitium, laus & & vituperium, quod intendeba tur. Hæ, vt mihi uidentur, ſunt rationes Stoicorum, quas Alexander contendit deſtruere. Primum quidem, quod Stoi-ci non rectè ſumūt Liberum arbitrium. Non enim ſi eſt velle vel nolle, ideo eſt Liberum arbitrium, non eſt abſq; velle & nolle, non tamen conuertitur. Præ-ter enim nolle & velle, non tamen con-uertitur. Primo enim nolle & velle re-quiritur vt conſultè & ex deliberatio-ne agat, & quod in poteſtate ſua ſit eli-gere nullo extrinſeco ad talem electio-nem impellente, quod negatur ab ipſis Stoicis. Similiter dicitur ad ſecundam rationē, quod uelle & nolle non omne ſit à natura. nam quod fit à deliberatio-

ne &

ne & conſultatione pręcedente, nullus diceret à natura fieri. Quæ enim naturalia ſunt, non ſunt in noſtra poteſtate, neque conſultatione indigent, vt patet in viribus vegetatiuæ & ſenſitiuæ. Et quã uis potentia conſultandi & eligẽdi ſint naturales: non tamen actu ſunt naturales. Verùm cum adiungebatur, quod ad uelle & nolle ſequebantur rectæ actiones & non rectæ, & has uirtutes & vitia, ad quæ & laus & uituperium: illud intelligitur in humanis, non autem in diuinis. Dij namq; quanquam bene agant, non tamen recte agunt: non eſt enim recte agere, niſi in his in quib. eſt, & non recte agere: quod eſt remotum à dijs ipſis. Quare neq; proprie dij laudantur neq; uituperantur: & hęc de primo. Quantum ad ſecundum, non uidetur Alexander, contra uehementer dicere, neq; difficultatem euacuare, & maximè difficultatem ſecundam: Deus namque non poteſt facere, quin homo poſſit rectè agere & non rectè agere: hoc enim aut eſt de eſſentia hominis, aut eſt paſſio ſequens ad eſſentiam, quæ & ſe-

cundum Peripateticos & Theologos noſtros inſeparabilia ſunt:aut à ſuis diſfinibilibus, aut à ſuis ſubiectis. obiecta etiam potentię ſunt naturalia:nam potentia refertur ad actum. Impoſsibile eſt autem unum relatiuorum eſſe,niſi ſit & reliquum. Cum itaq; natura fecerit potentiam rectè & non rectè operandi, neceſſe eſt & eandem nāturam feciſſe actum:aliter enim ocioſa fuiſſet. Vnde dicit Commentator Comm.48. ſecundi Phyſicorum,cum natura fecerit contingens vt in pluribus,poſſe deficere ut in paucioribus: ideo natura dedit & impedimentum,aliter enim fuiſſet ocioſa, eſſetq; potentia ſine actu. Quare cum homo de neceſsitate habeat potentiam rectè & non rectè operandi, de neceſsitate rectè & nō rectè operabitur,& nedum aliquando non rectè operabitur, immò & in pluribus,quod & experientia docet,vt manifeſtum eſt. Verùm & manifeſtum coagit: quoniā homo poteſt peccare,quoniam plus habet de nō eſſe quàm eſſe. quare magis inclinatur ad defectū quàm ad perfectum. Vnde

quāquam

quanquam recte agere & non recte agere ſint homini naturalia: magis tamē nō recte agere, eſt homini naturale: quādoquidem rariſsime & magna difficultate recte agat. Vnde Ariſtot. primo de Anima dicit, ignorātiam eſſe magis naturalem homini quàm ſcientiam: quoniam magis tempus apponit in ignorātia quàm in ſcientia. Si itaq; neceſſe eſt hominem recte agere & non recte, neceſſe eſt, uirtutes eſſe & uitia, laudes & uituperia: hæc enim omnia, ſecundum ſequelam ſe habent. Quare ſtante fato & neceſsitate ſunt uirtutes & uitia, laudes & uituperia. Non igitur recte concludit Alexander, quod ubi neceſsitas, ibi neq; eſt recte iudicare ſeu agere, neq; non recte. Amplius, impoſsibile eſt hominem non peccare, ſed ad peccatum ſequitur uituperium: ergo cum actione ineuitabili ſtant peccatum & uituperium. Aſſumptum probatur: quoniā homo dum ſe cauet ab uno peccato, in alterum incurrit: vnde ſi cauet ſe ab auaritia, uidemus incurrere inanem gloriam uel aliquod alterum. Vnde homo ſe ha=

bet ad peccata euitanda, ueluti circundatus ex omni parte ab hoſtibus cũ gladijs nudis: dum enim ab uno ſe defendit ſecundum unum latus: ab alijs tamẽ effoditur ex alijs lateribus. Idem paret ex hiſtorijs. Non enim legimus, aliquẽ uirum quamtumcꝫ excellentem & ſtudioſum, qui in multis non peccauerit, niſi in hiſtoria Chriſtianorum de admodum paucis, qui ex diuina gratia ſeruati ſunt. Præterea hoc uidetur eſſe mirabile uidelicet, quod Deus uelit omnes homines rectè agere, & tamen dederit naturam magis inclinatã, immò maximè ad male operandum: necꝫ hoc fuerit cõtentus, imò poſuerit tot inſidiatores, ut quocũcꝫ pergas, innumeros inuenias. Videas enim quanta mouent homines ad cupiditates Venereas, non minus intrinſeca quàm extrinſeca. Fecit enim tãtam formoſitatem, tot laqueos in oculis, in nutibus, in ſermone, & ſic ferè de infinitis, quos longiſsimum eſſet enarrare. Poſuit & tantam delectationem, vt cũ homines etiã maxima damna & vituperia ſuſtineant: tamen eas nõ poſſunt

ſunt relinquere. Adde quod tantam dif ficultatem dedit in capeſcēdo uirtutes: nam videtur, quod ſtudioſè hoc Deus fecerit, vt homines ſint flagitioſi, & pauciſsimi ſint ſtudioſi: ueluti docet experimentum. Quia naturale & neceſſarium videtur multa eſſe peccata, & pauciſsimas eſſe uirtutes: ſicuti etiã uidemus in vnaquaꝗ ſpecie, utpote equina uel quauis alia. Pauciſsimi ſunt equi perfecti, et plurimi imperfecti: Multo enim plura ſunt praua bonis. Quod ſi dicatur, ideo vitijs appoſuiſſe tot adminicula & tot inſidias, virtutibus uero tot impedimēta & tot labores: quoniam illud arguit vitiorum turpitudinem & vtilitatem: hoc uerò virtutem, honeſtatem et excellentiã, cũ uirtus in raro cõſiſtat & in difficili: uitiũ uerò in facili: nã facilis & patens eſt via, quæ ducit ad inferos. Certè hęc dicta multã in ſe implicãt ambiguitatem: primò quidē, quoniã ſi dominus vult omnes hoĩes rectè agere, et eſſe ſtudioſos: virtꝰ verò in raritate cõſiſtit, aut impoſsibile eſt, illud eſſe ꝗd Deus uult. Quare Deꝰ uellet ĩpoſsibilia: et ſic fatuitas erit

tas erit in Deo: quandoquidem fatuum ſit aliquem uelle aliquod quod impoſſibile eſt eſſe. Præterea Deus vult homines vniuerſaliter eſſe ſtudioſos, & apponit eis tanta & talia impedimenta, ut potius & uerius dicatur eſſe impoſsibile, quàm difficile ea euitare, & ſcit Deus, quod ipſi homines non euitabunt: quoniam cognoſcit quaſi, omnes eſſe, fuiſſe & fore malos. Quare aut Deus uidetur eſſe præſtigiator, ſubdolus & deceptor, aut non vult omnes homines eſſe ſtudioſos, ſed magis nullos quàm paucos. Quis enim diceret aliquem cupere alicui optimum, & tamen dat ſibi ſocietatem infidelem, perfidam, quam ſcit eum interfecturam. Quomodo enim Deus tantum amat hominem, vt uelit ſibi optimum, & tamen poſuit Deus hominem inter tot inſidias: tantamq; difficultatē oppoſuit uirtutib. & ſcit ipſum hominem ſuperandum fore à uitijs.
Profectò iſta uidentur habere maximā inter ſe pugnantiam. Quia cum hæc Stoicos non moleſtent. potior uidetur via Stoicorum, niſi ad Epicurum conuertamus,

uertamus, qui negauit Deum mortalia curare. & hęc de ſecundo. Quantum ad tertium, reſpondetur, Stoicos non dicere omnem operationem prouenientem à uoluntate eſſe Liberi arbitrij, niſi illa ſit præmeditata & conſulta, ueluti eſſe concedunt Peripatetici. Verùm differunt Stoici à Peripateticis, quod pręmeditatio & conſultatio ſunt fatales, ueluti & reliquæ operationes: immò & ipſæ electiones uoluntatis ſunt fatales. neq; uerũ eſt, quod neceſsitas tollat electionem, uirtutem, uitium, laudem & uituperium: quandoquidem in ſecũdo propoſito oſtendimus, de neceſsitate eſſe uirtutes, uitia, laudes & uituperia. Vnde conſimiliter dicitur ad ſecundam obiectionem: non enim neceſsitate aufertur recte agere, & non recte agere. Et hæc quanquam à dijs ipſis remouentur quoniam ibi ſit neceſsitas, & ineuitabilitas, ſed quoniam ibi non eſt nouitas, neq; defectus & omnino potentia.

Quod uerò aliqui deficientes ſint digni uenia, aliqui uerò non, ſuperius uiſum eſt: quare non eſt opus repetere.

& hæc de tertio.

*Caput decimumſeptimum, in quo continentur contenta in decimooctauo capitulo Alexandri.*

IN hoc capite Alexander vult ponere rationes Stoicorũ, quibus tentant oſtendere, fato leges non auferri. Vnde & dicitur in Rubrica, falſam eſſe rationem illam quæ nititur oſtendere, quamuis fato omnia fiant, leges tamen non auferri. Alexander autem in hoc loco eſt ualde prolixus: mihi tamen tota uis uidetur eſſe hæc. Fatum & Nemeſis idem ſunt: ſed ſi Nemeſis eſt, lex eſt: ergo ſi fatum eſt, lex eſt: non igitur fatum & lex aduerſantur inuicem.

Prima à Stoicis conceditur: quare etiam accipiunt tanquam manifeſtam. Minor uerò patet ex deſcriptione Nemeſis: Nemeſis enim à diſtributione dicitur, qua cuiuſuis fata ſecundum merita exhibere dicuntur: modò diſtributio ſecundum merita, iuſticia eſt: ut etiam dicit Ariſtoteles in quinto Ethicorum:

rum: lex autem non eſt, niſi iuſticia.

Quare ſi Nemeſis eſt, lex eſt: uerùm Nemeſis & Fatum idem ſunt, ergo ſequitur intenta concluſio.

Huic autem rationi obuiat Alexander. Primò tamen dicit, ſi Stoici fato impulſi hoc dicunt, nihil eſt quod eis ſuccenſendum ſit: quandoquidem impulſis & circumſtantionatis, neque laus neque uituperium ſit.

Si autem ex ſe dicant, maximè damnandi ſunt.

Dicit ſecundò, fatum & legem maximam oppugnationem inter ſe habere. Nam quæ natura & impulſione fiunt, neque uerbis neque perſuaſionibus remouentur.

Si namque lapis natura deorſum fertur, uerbo aliquo neque perſuaſione ex ſe ſiſtet, uel ex ſe aſcendet. Similiter quę impulſa uel quouis modo coacta agant, aliter agere non poſſunt ſolis uerbis uel uiſionibus.

Aſt lex oppoſitam rationem agendi habet quàm natura uel impulſum: uana namq; eſt lex, quæ de naturalibus uel im-

uel impulſis data eſt. Quæ enim lex dari poteſt, quod lapis non detentus ab alio ubi ſurſum ſit, deorſum non cadat. Aſt lex datur, ubi utrumque contingere poteſt, & recte fieri. Quare omnino rationes oppoſitas habent fatum & lex. Recte igitur argumentandum eſt ordine retrogrado: Si lex eſt, fatum non eſt: nam unũ oppoſitum deſtruit alterum: Aſt lex eſt, ut manifeſtum eſt: ergo fatũ non eſt. Quod uerò dicebatur de nemeſis deſcriptione, illa non admittitur. & hoc de primo. Quantum uerò ad ſecundum, oſtenditur, Alexandrum falſo inniti fundamento: uult enim Alexander neceſsitatem deſtruere legem. Hoc uerò oſtenditur eſſe falſum: quoniam ſecundum Alex. ubicunque eſt recte agere & non recte agere: quoniam ſi neceſſe eſt, eſſe homines, neceſſe eſt, ut poſſint & recte & non recte agere, ut ſuprà oſtenſum eſt. Verùm iſtæ potentiæ nõ poſſunt in totum fruſtrari, ergo de neceſsitate exibunt in actum: & ſic de neceſsitate erit lex, quod intendebatur. & hoc de ſecundo. Quantum ad tertium,

dicitur

dicitur ad primum illud eſſe falſum, ſcilicet quod ſi eſt fatum, non eſt alicui ſuc cenſendum: nam uiſum eſt ſupra, qualiter cum fato ſtant laus & uituperium, quanquã & Stoici in hoc laudãdi ſunt cum ueritatem dicant, & Peripatetici uituperandi. Quoniam falſitatem tenẽt & utriq; fataliter dicunt. Ad ſecundum autem dicitur, minime legem & fatum inuicem pugnare, & quamuis inanimata & irrationabilia lege non indigeant: rationabilia tamen lege indigent. Imò in quibus actionibus utimur lege, nullo modo tales actiones prouenire poſſunt ſine lege. Vnde nõ ideo lex datur, quoniã aliquo modo ſic aliquid fieret, & per legem prohiberetur ſic fieri: uerũ ideo datur, quoniam lex eſt medium, quod hoc fiat iſto modo: quo dempto, non fieret. Veluti ſi ignis debet generari, oportet caliditatem præcedere: qua non præcedente non eſſet ignis Sic qui parent legibus, illa quæ faciunt uel non faciunt, mediantibus legibus faciũt uel non faciunt, neq; aliter quàm per tales leges poſſunt facere. Vnde breuiter, ſi

quis ꝓpter leges colit Deum,nullo pa-
cto poteſt iſte Deũ colere, niſi mediãti-
bus legibus, quãuis vnus aliter ſine le-
ge colet, lex nõ minus fatalis eſt, quàm
ipſa operatio:quia cum dicebatur,retro
grade,arguendum eſt: Si eſt lex, fatum
non eſt,patet iſta inuicẽ aduerſari. Lex
enim non eſt de eo quod reſpectu eius
&c. Quare Socrates indifferẽter poſsit
eſſe & non eſſe, ſed eſt de eo quod ſine
ipſa non poteſt ad perfectum finem per
uenire, ſcilicet reſpectu eius, cui fatale
eſt ſic per legem operari.

*Caput decimumoctauum, in quo continen
tur contenta in decimonono ca
pitulo Alexandri.*

IN hoc capitulo Alexander ponit ar-
gumentationem,qua Stoici conan-
tur oſtendere,cum fato ſtare uirtutes &
uitia.Vnde dicit & in Rubrica, & imꝓ-
batur ratio eorũ quæ arguit,& ſi omnia
fato fiant, non auferri uirtutes & uitia.
Stat autem ratio in hoc:ſi fatum eſt,De
us eſt,ſi Deus eſt,bonus eſt,ſi bonus eſt,
virtus

virtus eſt, ſi virtus eſt, prudētia eſt, ſi prudentia eſt, & ſcientia agendorum & nō agendorum: ſed agendis annumerantur virtutes & uitia: ergo ſi fatum eſt, ſũt virtutes & uitia, quod intendebatur.

Poteſt autem & adiungi, virtutes ſunt honeſtæ & laudabiles, vitia turpia & vituperabilia, quæ laudamus honore afficimus, quæ vituperamus ſupplicio: & qui honorat, præmio afficit, & qui punit, caſtigat. Cum fato igitur ſtant uirtutes & uitia, laudes & vituperia, præmiũ & pœna, quod Peripateticis Stoici obijciunt. Hanc autem rationem deſtruit Alexander multipliciter: Primo, quoniam non bene infertur: Si fatum eſt, Deus eſt, immo ſi fatum eſt, Deus non eſt: quoniam ſi Deus eſt, ſi conuenienter mundus diſpenſatur, ſunt neceſſaria contingentia ad vtrumque ut in pluribus & caſualia. At ſi talia ſunt, fatũ non eſt, veluti ſupra oſtenſum eſt. quare ex fato ſequitur, Deum non eſſe. Amplius, non bene infertur: Si virtus eſt, prudentia eſt: quoniam aut prudentia eſt in dijs ipſis: aut in hominibus, non in

dijs: nã prudentia eſt in agendis & non agendis, quæ dijs ipſis attribui non poſſunt: non enim cõſultant, neq; mutabiles ſunt: at prudentia cum his eſt. Si verò detur, prudentiã in ipſis hominibus, profecto nulla erit utilitas, ſi fatum ponatur: quæ enim utilitas eſſe poteſt huius cognitionis ijs qui nihil eorum quæ agũt, vitare poſſunt. Si autem nihil utilis ſcientia eorum eſt, prudentia quoq; iure ſublata fuerit. Sic itaq;, nõ ſi fatum eſt, prudentia eſt. & hoc de primo. Quã tum ad ſecũdum & tertium, ſimul dicitur, quod ſi fatũ eſt, Deus eſt: Deus nãque ponitur in definitione fati, quando quidem ſit ordo & Dei prouidentia ineuitabilis. dicitq;, quod cũ fato ſtat Deum rectè uniuerſum diſpenſare, in neceſſaria, contingentia & caſualia, quod quomodo fieri habeat, ſatis abunde in ſuperioribus dictum eſt. Nam quanq; contingens ſit, & caſuale, non aufertur ipſum eſſe fatale. Cumq; dicebatur, nõ bene inferri, prudentiam eſſe, ſi fatum eſt, quoniam prudentia non erit in dijs, hoc conceditur: negatur tamen ipſam pruden-

prudentiam non eſſe in hominibus. Cumq́ dicebatur ipſam eſſe immutabilem, quoniam per eam mala euitare nõ poſſumus: huic dicitur ipſam prudentiam nedum utilem eſſe hominibus, immò neceſſariam illis qui mediãte prudẽtia recte operantur. Diciturq́ quod prudentia non eſt utilis: quoniam per eam mala euitare poſſumus, quoniam fatũ ineuitabile eſt. Sed dicitur ideo utilis & neceſſaria illis quibus ex fato datũ eſt, ſine ea prudentia non poſſe operari, ueluti ſi ignis generari debet, oportet calefactionem præcedere: quia ad obiecta reſponſio manifeſta eſt. Poſtea Alexander epilogum facit, vt patet. & ſic eſt finis primi libri.

# PETRI POMPONATII DE FATO LIBER ſecundus.

*Caput primum, in quo ponitur intentio, & enumerantur opiniones de Fato.*

IN primo volumine vidimus Alexandri arbitrio, quid Ariſtoteles ſenſerit de fato: & quanquam Ariſtot. ipſe fatum eſſe affirmauerit, non tamen ſecũdum eam ſignificationem, qua fatum cõmuniter homines intelligunt. Exiſtimatur enim id fato prouenire, quod ineuitabiliter prouenit: idq; fato non eſſe, cuius oppoſitum ineuitabiliter euenit. Secundum hanc enim ſignificationem fatum nullo modo ex parte rei poſſe eſſe Alexander Ariſtotelem ſenſiſſe dicitur, veluti Chimerã, verum eſſe & Tragelaphus, quibus tamen nomina correſpondent, & non res. Verùm, quoniam noſtra

noſtra intentio non eſt inquirere, an ſit fatum, ſecundum quaſcunque ſignificationes ſumatur: (ſunt enim admodum multiplices ſignificationes, de quib. habetur in egregijs ſcriptoribus) ſed tantũ intendimus de fato ſecũdum cõmunẽ ſignificationem fati, ſcilicet an futura euenire, ineuitabiliter eueniunt, quæcũque ventura non ſunt, non poterunt euenire: ſic quod ſi aliquod erit de neceſsitate, & ineuitabiliter erit, & ſi aliquod non erit, impoſsibile eſt ipſum euenire. Hinc eſt, quod tantum ſermonẽ noſtrum extendemus ad talẽ fati ſignificationem, connumerando opiniones huic intentioni attinentes: & quoniam duo præcipue videntur eſſe, in quib. cõſtructio uel fati deſtructio fundatur, hinc eſt, quod ſecũdum talia principia opiniones de fato commemorabimus, ſecundum tamen prius aſsignatam fati ſignificationem: vt namque dictum eſt, de ea tantum intendimus. Ea igitur, quæ fatum conſtruere uel deſtruere mihi uidentur, ſunt, Dei prouidentia & Liberum arbitrium. An verò Liberum

arbitrium ſit in Deo & in angelis, ſiue in intelligentijs, non eſt præſentis negocij: quandoquidem ſit uel non ſit, noſtrum propoſitum uariari non uidetur: neq; exiſtimo naturali ratione probari poſſe in ipſis eſſe, ſic intelligẽdo, quod Deo uel intelligentijs aliquo propoſito ſit in eorum poteſtate utrãuis partẽ eligere uel facere. Verùm in ipſis hominibus hoc magis manifeſtum eſt, & uidetur, quod homo hoc in ſeipſo experiatur: uelle enim & nolle me hunc tractatum ſcribere, in mea poteſtate eſſe, mihi uidetur. Dico igitur, ut mihi uidetur, iſta ſunt illa in quibus uidetur ſtare tota uis fati. Si namq; proſpexerimus diuinam prouidentiam omnia gubernantem, & omnia infallibiliter cognoſcentem, ſic uidetur, quod omnia quæ fiunt, fato fiant. Si uerò concedimus, in nobis eſſe Liberum arbitrium: ſic non omnia ſaltem ea quæ ex nobis dependent, uidentur fato fieri. Quare & ſapiẽter Boëtius dixit in quinto de Cõſolatione, videtur quod prouidentia deſtruat Liberum arbitrium, & Liberum arbitrium

trium prouidentiam deſtruat: vnde hęc impoſsibilia ſimul videntur. Quo fit, ſi prouidentiam ponas, fatum ponas, & Liberum arbitrium deſtruas: ſi uerò Liberum arbitrium ponis, & prouidentiam & fatum ſimul deſtruis. Videtur tamen, vt idem Boëtius ait, vnumquodq; horum, ſi alteri non coniunxeris, eſſe in re. Impium enim & ſacrilegum uidetur, negare Dei prouidentiã contra experimẽtum. Videtur, quod homo non ſit ſuarum electionum dominus: quia vtrumq; diuiſum uidetur eſſe concedendum. Verum cum hæc duo coniunxeris, naturamq; vtriusq; perfectè conſideraueris, quæ tibi diuiſa poſsibilia eſſe perſpexeris, incompoſibilia & repugnantia eſſe exiſtimabis. Vnde fit, vt diuerſi modi dicẽdi in tãto quęſito reperiãt. Et quãq; tot & tãti reperiãtur: nullus tñ eſt, q maximas anguſtias nõ patiatur neq; ex toto ſatisfacere uidetur. Cũ igit aliq. quę dicta ſũt, animaduerterẽt & exiſtimarẽt ꝓuidentiã diuinã & Liberũ arbitrium humanũ poſſe non ſimul ſtare, experiẽtes in ſeipſis eſſe Liberum arbi-

trium, ipſum conceſſerunt, & diuinam prouidentiam negauerunt, & hij bipartiti ſunt: horum namq; aliqui negauerunt eſſe diuinam prouidentiam: quoniam Deus nihil eſt, veluti fuit Diagoras Atheus dictus quaſi ſine Deo: cui ꝓximus fuit Prothagoras, qui quãquam non negauerit deos eſſe, non tamen affirmauit. dicebat enim multa eſſe, quæ dant deos eſſe, & multa quæ dant deos non eſſe, quia non auſus eſt deos affirmare, vel ipſos negare. Alij autem quãquã deos eſſe affirmauerint: eos tamen alia à ſeipſis curare uel gubernare negauerunt, exiſtimantes eos qui talia curãt eſſe negocioſos uel in continuo labore & pœna: quare infœlices eſſe. Infœlicitas autem nõ videtur dijs ipſis poſſe cõtingere, quandoquidem maximè beati ab omnibus concedentib. deos eſſe ponantur, Quorum caput fuit Epicurus atq; princeps. copioſe de his autem ſectis à Cicerone pertractaĩ in his lib. q̃s de fato & de deorũ Nat. et de Diuinatione cõſcripſit: quare qui exquiſitius de his intelligere deſiderat, libros illos legat

gat. Quidam verò alij & diuinā prouidentiam conceſſerunt, & etiam in nobis eſſe Liberum arbitrium. uerùm quoniam, vt diximus, prouidentia & Liberum arbitrium inuicem pugnare videntur, ideo in alio diuinam prouidentiam ſtatuerunt, & in alio Liberum arbitriū. Non enim cadit per ſe oppoſitio, niſi in eodem & ſecūdum idem, veluti primo poſteriorū & primo Elēchorū habetur. Quia uolūt prouidentiā diuinā tantū ſe extendere uſq; ad lunam incluſiue: de corruptibilibus uerò æqualia ſunt, quæ infra lunam continentur, diuinam prouidentiam ſe intromittere negauerunt, quandoquidem ſunt inordinata, incerta & caduca, & prorſus ab omni ſtabilitate remota. Non enim fas eſt diuinam prouidentiam talem exiſtimare eſſe: videmus enim ſi Deus de his prouidentiam haberet, uel igitur certam & inſtabilem, nō primum, quoniam res aliter ſcirentur, quam ſit eius natura. Hoc autem in intelligibile eſt, ſic enim impoſsibilia ſciri poſſent, neq; ſcientia & ſcitum adæquarentur. ſi uerò detur, quod ſua pro

uidentia

uidentia ſit inſtabilis & incerta, hoc nõ uidetur eſſe poſſe, niſi qa ſuæ ordinatio- ni & uoluntati aliquod aduerſatur: uel fortaſsis ſi non aduerſatur, non eſt aptũ recipere regulã & ordinem ſibi à diui- na prouidentia inſtitutum. Horum au- tem quoduis Deo conuenire non uide tur. Si nãq; detur, hæc inferiora diuino ordini & eius uolũtati aduerſari, ſequi- tur eſſe in Deo impotentiam & inuolũ- tarium. Hæc aũt non ſtant cũ Deo, qui ſumma beatitudo ponitur. Quomodo enim impotẽs, & cui aliquid præter uo- luntatem euenit, beatum eſſe poteſt? Hoc enim rationi beatitudinis aduerſa tur. Si uerò detur, quod hæc irregulari- tas & preuaricatio procedat ex defectu ipſius rei non potentis talem ordinem recipere: tunc Deus ipſe ab inſipientia non excuſabitur. Velle enim alicui le- gem imponere, quod non eſt aptum le gem illam recipere, eſt omnino fatuum & deriſibile: perinde enim eſt, ac ſi quis uellet aſinum docere Philoſophiã. Ne igitur talia incõmoda ſubeamus, uidẽt neceſsarium, Deũ abſoluere à prouidẽ-

tia ca-

tia caducorũ. Amplius, Liberũ arbitriũ auferetur ipſis hominib. quoniã ſi Deus hominẽ gubernat et regulat, cũ regulatũ nõ moueatur, niſi ſecũdũ regulã dirigentẽ, veluti ſerra nõ mouetur niſi ſecundũ q̃d mouetur & dirigitur à ſecante. quid igitur erit, q̃d homini attribuatẽ tãq̃ ſuũ. Totũ em̃ erit dirigẽtis & gubernãtis, quia ex toto aufertur q̃d eſt in nobis ſiue Liberũ arbitriũ: nã quicq̃d erit aſcriptũ ſiue attributũ ipſis hoĩbus: aut totũ erit dirigẽtis & gubernãtis, utpote in his quę fiũt ſecũdum eius gubernantis intẽtionem: aut totũ erit à caſu, ſi erit præter eiuſdem gubernantis intẽtum: veluti contingit in Grammatica & in unaquaq; arte. Si em̃ quid rectè factũ eſt, illud eſt artificis: ſi uerò obliquũ, caſuale & præter intentionẽ eſt, p̃uenitq; aut ex inaduertẽtia ſcribẽtis, aut defectu inſtrumenti, aut ex aliquo alio impedimẽto. Quare ut inferebaẽ, nihil erit in poteſtate hoĩs. Imò ex poſitione ſequitur uniuerſaliter, q̃d neque in hominib. neq; in alio caduco poſsit aliq̃d contingere pręter intentũ: aut ſi poteſt, Deus in ſuo opere

opere impedire poteſt: quoniam præter intentum gubernantis & regulantis aliquod contingit aut nihil. Si nihil cum omnia ab eo gubernentur, & ſecũdum ſuam regulam moueantur necp aliam habent regulam quam Dei: nihil igitur erit præter intentum abſolute. Si verò aliquod euenit præter Dei intentum, hoc igitur erit ex aliquo impediente Dei regulam. Sed horum quodlibet uidetur eſſe longè remotũ à Deo.

Nam nihil abſolute eſſe per intentũ & caſuale eſt contra cõmuniter opinãtes, & ferè contra ſenſum. Similiter etiam quod Deus impediri poſsit, nedum nephas eſt dicere, verùm & cogitare. Quę enim eſſet Dei potentia, cum aliquid aduerſaretur ei, ipſãq; gubernaret & eſſet referta ſua uolũtas inuoluntarijs, ô prę- claram Beaditudinem. vt itaq; talia fugiamus incommoda, neganda eſt Dei prouidentia de caducis: qualia ſunt omnia quæ ſublunaria ſunt, & ponenda eſt in æternis, quæ certa & immutabilia ſunt. Hanc autem opinionem Chalcidius Platonicus, in Timæũ Platonis ſcribens

bens attribuit Ariſtoteli: immò hæc uidetur, & eſſe Platonis in Timæo ſententia, cum diſtinguit de triplici prouidētia. Cicero quoq; in libro de Diuinatione videtur eſſe huius diuinatiōis. Quare diuus Auguſtinus in 5. de Ciuitate Dei dicit: Cicero dum vult facere homines liberos, facit ſacrilegos. Quidā uerò alij partim ab hijs diſceſſerunt, partim uerò conuenerunt cum his: à prioribus enim diſceſſerunt cum taliter diuinam prouidentiam à caducis remouerunt. Si namq; ipſi corpora cœleſtia gubernant, & eorum prouidentiā habent, cum experimētum & ratio teſtantur omnia caduca tranſmutari, ad talium corporum tranſmutationē: elementa enim & mixta inanimata ſiue perfecta generantur & corrumpuntur, ſecundum diſpoſitionem corporum cœleſtium, ut eſt apertum uidere. Plantæ quoq; & beſtię eandem diſpoſitionem patiūtur, quam & inanimata: homines quoq; diuerſificari uidemus in quanto & quali, ſecundum diuerſitatem plagarum cœli, non ſolum quantum ad corpus, uerum quā-

tum

tum ad mores & etiam quo ad intelle/ctiuam partem. Quomodo igitur fieri poteſt vt Deus horum caducorum curam non gerat:quandoquidem ſit cauſa omnium iſtorum caducorũ. Si enim corpora cœleſtia cauſant hæc inferiora ſuis motibus, ſubſtãtia autem & motus corporum cœleſtium à dijs ipſis cauſantur: euidentiſsimũ eſt,deos hæc caduca cauſare. Non autem Deus aliter horũ caducorum cauſa eſſe poteſt,niſi intelligendo & uolendo & prouidẽdo: quia Deus & caducorum prouidentiã infallibiliter habebit. Verum cum uideatur neceſſarium,Dei prouidẽtiam eſſe certam & firmam,& quod nihil eius uolũtati & ordinatiõi aduerſari poſsit, ipſis autem caducis exiſtentibus incertis & immutabilib. hoc profecto maximã parit anguſtiam & difficultatem. Quare uolentes utrumq; ſaluare, uidelicet & caducorum diuinam eſſe prouidentiã, & ipſam eſſe contingentiã, & Liberum arbitrium eſſe in hominibus, imaginati ſunt caduca & corruptibilia dupliciter conſiderari poſſe.uno modo in uniuerſali,

uerſali, alio modo in particulari: ſi quidē in vniuerſalē cōſiderent, ſi cadūt ſub diuinam prouidentiam. namq; ſecundū iſtū modū caduca vel variabilia ſūt: quandoquidem uniuerſale æternū ſit, abſtrahatq; à loco & à tempore: ipſum enim ſemper & vbiq; eſt. Quare ueluti ſecundum tale eſſe inuariabile eſt, ſic & ipſum neceſſariū & ineuitabile eſt: vnde ſubſtantiæ, accidentia, caſualia & nō caſualia, ſimplicia & compoſita, & quo modocunq; ſe habent ſecūdum tale eſſe ſubijciuntur diuinæ prouidentiæ, & ineuitabilia ſunt. Si uerò conſiderētur ſecundum eſſe particulare, quoniā oppoſitas conditiones vniuerſalibus habent: ideo ſic directè & primo non cadunt ſub diuina prouidentia: quare propriè eſt uerè, neq; ab ipſo Deo intelligūtur. ſic itaq; cum diuina prouidentia caducorum, ſtant & eorum contingentia & poteſtas Liberi arbitrij: diuina enim prouidentia certa & impermutabilis eſt, ſecundum illud quod primo & per ſe reſpicit. Quantum uerò ad ea quæ ſecundario & per accidens reſpicit, non

Oo ceitā

certa eſt neq; tamen cõcedimus ipſam eſſe incertam, quoniã incertitudo præſupponit aliquã cognitionẽ rei, de qua determinati nõ ſumus. Nullus em̃ diceret aliquẽ eſſe incertũ de aliquo, de quo non cõſiderat. Aſt Deus de ſingularib. caducis nullã ꝓrſ9 cognitionẽ habet ſecundũ eſſe ſingulare: qa neq; ea cognoſcit, neq; de ipſis ꝓprie ꝓuidentiã habet. Quare ex dictis manifeſtũ, ꝗmodo cũ Dei ꝓuidẽtia caducorũ ſtat eorũ cõtingẽtia, & quomodo nõ ſtat: ꝗmodo etiã ſtat, ꝗd in nobis eſt: & ꝗmodo non ſtat. vnde cũ contradictio ſit ſecundũ idem, nulla uidetur oppoſitio. Hanc autem ſententiam, ut mihi uidetur, Alexander Themiſtius & Auerrois attribuerũt Ariſtoteli, & hãc ipſi inſequuti ſunt: & mihi uidetur, quod hæc fuerit Ariſtotelis mens. Multi autem uiri moribus grauiſſimi & doctrina euidentiſsimi, viã hãc non approbauerunt, immò ualde defectuoſam eſſe dixerunt: quod enim ſingularia per ſe non cadant ſub Dei prouidentia, & à Deo non cognoſcãtur, irrationabile atq; impium uidetur. Irrationabile

nabile quidem: quoniam ſi ſingularia à Deo non cognoſcerentur, neq; ſingularium Deus eſſet cauſa. Non aliter enim Deus eſt cauſa alicuius, niſi quoniam cognoſcit & vult, vt etiam Peripatetici confeſsi ſunt. Verùm nihil cauſatum eſt, quod à Deo non cauſetur: quandoquidem ipſe Deus eſt omniũ prima cauſa, nedum cauſa. Amplius, quoniam ſecundum illud Deus videtur cognoſcere ſecundum quod cauſat: cauſat enim Deus maximè ſecũdum eſſe indiuiduale, quoniam operationes ſunt ſuppoſitorum. Non enim ſanatur homo, ſed Calias, vt dicitur in primo Methaphyſicæ: quia Deus cognoſcit Caliam ſecũdum quod Calias. Præterea ſenſus cognoſcit ſingulare: quanto igitur magis intellectus diuinus. Abſurdum enim uidetur, quod beſtiæ aliqua cognoſcant, quę à Deo non cognoſcuntur. Ad hęc, quoniam in his dictis uidetur eſſe repugnantia, & quod negare contendunt, maximè affirmant. Volunt enim Liberum arbitrium, & ipſam cõtingentiam non eſſe in vniuerſali, ſed tãtum in par-

ticulari. Verùm vniuerſale non ſaluatur in eſſe reali, niſi ſecundum ſua particularia. quomodo igitur erit in uniuerſali neceſsitas & ineuitabilitas, niſi neceſſarium ſit & ineuitabile in ipſis particularibus. Aliter enim vniuerſale ſecundum conditiones reales non dependeret à particulari. Impium eſſe uidetur, quòd Deus ſingularia non cognoſcat, quoniam ſic auferuntur pręmia & pœnæ, orationes, & deprecationes. Quis enim præmiabit uel aliquem puniet? ſi eum non cognoſcit. quomodo exaudiet preces Socratis, ſi eas nō audit? Quare alij dixerunt Dei prouidentiam non tantum ſe extendere ad vniuerſalia, verùm ad omnia particularia quęcunque ſint illa. Hij verò tripartiti ſunt: nam aliqui volunt, quod cum hoc, quod Deus ſic omnium curam gerat, ſcilicet caducorum & non caducorum, vniuerſalium & ſingularium: tamē in caducis eſt contingentia, & in hominibus ſaluatur Liberum arbitrium. In rebus enim irrationalibus eſt contingentia: quoniam quanquam corpora cœleſtia de neceſsitate

tate agunt,non tamen de neceſsitate caduca reciperent impreſsionem corporũ cœleſtium. Poteſt enim impedimentũ incidere aliunde,& materia eſſe inobediens, ſtante etiam diuina prouidentia de humanis actibus. Propter hoc non auffertur libertas voluntatis: quoniam Deus vult & prouidet ſic homines agere. vnde quemadmodum præuiſit, ita homo operatur. Voluit enim homines liberè agere, & ſic homines operantur: quia ſtante libertate voluntatis certiſsima & ineuitabilis eſt Dei prouidentia. Neq; enim operabitur aliter homo, ꝙ ipſe prçuiſit & voluit:& quoniam liberè præuiſit ipſum operari,& libere operabitur:verùm quoniam ſic dicere non videtur Dei prouidentia eſſe ſecũdum vltimam certitudinem.Nam ſic præuidere, & ſic cognoſcere, eſt veluti in genere cognoſcere, & non in ſpecie: ſcire enim quod Socrates eſt peccaturus vel non peccaturus, & ignorare quam partem faciet,eſt perinde ac ſi quis ſciret aliquem eſſe piſcẽ & ignorare in qua ſpecie piſcis ſit.Hęc autem cognitio eſt val

de leuis & ſatis obſcura, quę etiam rudibus hominibus debetur. Ideo ij præter hoc quod dicunt Dei prouidentiam eſſe certam & infallibilem, quoniam pręuiſit vt liberè agãt homines, & aliter facere quàm faciãt, poſſunt. ponunt inſuper, quod etiam Deus certus eſt de determinata parte contradictionis, quod qualiter hoc poſsit ſtare, non eſt facile videre. Sic enim, vt ſuperius dicebatur res non cognoſceretur ſecũdum ſui naturam, & cognitio & cognitum nõ adæquarentur. Si namq; res in ſe incerta ſit, & variabilis, qui igitur fieri poteſt vt certa & inuariabilis de ipſa re cognitio habeatur. Quare ſubtiliſsimè imaginati ſunt quod de Socrate exempli gratia, peccaturo apud Deum duplex poteſt haberi conſideratio: vna quidem ut reſpicit fututum, & eſt in ſua cauſa proxima, & ſic Deus nõ plus cognoſcit niſi quoniam poteſt peccare & non peccare ex libera voluntate ſibi à Deo attributa. Vnde ſi ſecundũ iſtam conſiderationẽ Dei cognitio eſſet certa de determinata parte cõtradictionis, aliter Deus

us cognoſceret aliquod quàm ſit uatura ipſi9 cognoſcibilis. & hoc eſt impoſſibile, vt bene arguebatur, neque ut ſic plus iſta pars cōtradictionis eſt cognoſcibilis quàm ut dictum eſt, videlicet quod hoc poteſt liberè à Sotrate produci. Sicuti em̄ de ipſo Socrate quatenus eſt animal, non poteſt plus cognoſci ꝙ quod eſt ſubſtantia animata ſenſitiua, quod ſi vltra hoc etiam cognoſceretur eſſe rationalis, iam egrederemur cognitionem animalis qua animal eſt. Sic & in propoſito, ſi Socrates cōſideret̄ qua peccaturus præter hoc quod liber & contingenter poſſet peccare, cognoſceretur determinatè, & certe quod peccaret, ſiue peccaturus eſſet, tunc aliter Deus aliquod cognoſceret quā ſua natura exigeret: & ſic nedum illa cognitio eſſet certa immò & falſa. Sed ſtando in tali conſideratione, reſolute & certe cognoſcitur quantum eſt cognoſcibile cognoſcendo tantū quod poteſt peccare & merè contingenter & libere, uelu ti reſolutiſsime ſcitur aliquod eſſe animal qua animal eſt, cognoſcēdo ipſum

eſſe animatã ſubſtantiã ſenſitiuã poteſt et alio modo Socrates peccaturꝰ à Deo conſiderari, non quidem ut eſt talis effe ctus in cauſa, uerũ veluti egreſſus à ſua cauſa proxima & in actu: & quoniã ut ſic non habet rationem futuri immo pręſentis vel pręteriti, Deusq́ ſua æternitate circuit & cõtinet omne tempus, ideo vt ſic Deus eſt certꝰ de determinata parte contradictionis, & vt ſic res eſt firma & ineuitabilis. Quoniam ſecundum iſtam conſideratione͂ habet ratione͂ præſentis vel pręteriti, quæ ut ſic mutari nõ poſſunt. Quare cum certitudine diuinę prouidentiæ optimè uidetur ſaluari cõtingentia & uoluntatis libertas: vt nam que diuina prouidentia reſpicit futurũ, certiſsima eſt, ſecũdum quod conuenit futuro, & quãtum exigit natura talis futuri: quoniam ut eſt futura res, eſt in cõtingentia æquali, neq; plus poteſt ſciri de ea niſi quoniã cõtingẽter erit. quod ſi ut ſic aliter ſciretur, ſciretur aliter quã ſua natura ſcit, quod eſt omnino impoſſibile Si uerò cõſideretur res futura nõ qua futura eſt, ſed ut erit extra ſuas cauſas

ſas & ad actum reducta: ſic & Deus certiſsime ſcit & ſol ipſe ſua æternitate circuit & complectitur omne tẽpus. Quæ æternitas, ut dicit Boëtius in quinto de Conſolatione, tota ſimul eſt. non igitur repugnat Dei prouidentia & Liberum arbitrium. vnde prouidẽtiã non aufert Liberum arbitrium, neq; Liberum arbitrium prouidentiam, & ſic prouidentia certiſsima et ineuitabilis eſt: neq; unq; aliter ſcitur res, quam ſit natura rei ſcibilis. neq; unquam Dei cognitio eſt ambigua uel incerta uel impropria, ſi cuncta ſuis et determinatis ordinibus referantur. unde nullus uere dicere poſſet, aliquem incerte inpotentia cognoſcere Socratem, qua animal eſt, ſi ipſum cognoſceret eſſe ſubſtantiam animatam ſenſitiuam. Quod ſi talis incerta eſt in ordine ad hominem uel ad reliquas ſpecies: non tamen qua animal eſt. ſi enim qua animal eſt, eſſet cognitio incerta et in potentia, idem eſſet in potentia ad ſe metipſum quod eſt inintelligibile. quare ſi Deus cognoſcens futurum, qua futurum eſt, in materia contingenti, tantũ

futurum eſſe cõtingenter & nullã parte determinate cognoſcat, non dicitur Deus incerte cognoſcere futura: quandoquidẽ hoc non exigit natura futuri qua futurũ eſt, ſicut cognoſcẽs Socratẽ qua animal, cognoſcendo ipſum eſſe ſubſtãtiam animatam ſenſitiuam, & non rationalem, non dicitur incertus de cognitione Socratis, qua animal eſt, neq; diminutus neq; in potentia. quod ſi aliter cognoſceret, vtpote quod etiam eſſet rationalis, non cognoſceret qua animal eſt. Certiſsima etiam eſt ſua ſcientia de futuro, non qua futurũ eſt, ſed ut eſt uel erit extra ſuas cauſas: quoniam ſua æternitate continet & circuit omnem temporis differentiã. Hic autem modus dicẽdi proculdubio ſolus eſt uerus, quem noſtri Chriſtiani ponunt & affirmant. Verùm quanquam, vt nuperrime diximus, hic ſolus verus ſit, & multas habeat difficultates, de quibus in ſubſequentibus uidebimus: vna tamen mihi uidetur eſſe ſuper omnes alias quæ eſt hæc: quoniam ſecundum dicta, Si apud Deum conſideretur futurum contingens,

qua futurum contingens, tantum ſcitur ipſum contingẽter futurum, neq; ut ſic determinate ſcire poteſt aliqua pars cõtradictionis, quoniam egrederetur naturam futuri contingentis. Quare eſſe contingens & non contingens, modo difficultas ſtat. Vnde eſt ergo, quod ſecundum illam conſiderationem, nõ poteſt certificari de vna parte contradictionis, & ſecundum aliam conſideratione͂ videlicet, vt erit extra ſuas cauſas de facto, eſt apud Deũ certificatio. Certè non poteſt aliud dici, niſi quoniam in prima cõſideratione non eſt determinatio ad unam partem contradictionis: in ſecunda uerò, eſt determinatio ad aliam partem. Quæritur igitur à quo depẽdet & habet eſſe iſta determinatio, an igitur à Socrate peccaturo, an ab ipſo Deo? Veriſimiliter enim aliud excogitari nõ poteſt, ſiquidem detur quod illa determinatio eſt à Deo: tunc duo de neceſsitate ſequuntur, primum quidem, quoniam tunc Socrates nihil in ſua poteſtate habet quod peccet, uel quod non peccet. Nam libertas uoluntatis datur à Deo.

Dat

Dat eñ Deus quod Socrates poſsit libere operari, determinatio per cōceſsū eſt etiam à Deo. Tota igitur iſta actio à Deo dependet: nihil igitur eſt quod Socrati attribuatur. Secūdum quod ſequitur, eſt, & ſequitur ex primo, quod Deus illa conſideratione & antequam exeat effectus ad actū eſt determinatus de parte contradictionis, quoniam determinatio totaliter eſt à Deo. Fatuum eſt enim dicere, quod aliquis dubitet de aliquo uel neſcius ſit, cuius totū eſſe dependet ab ipſo, & à nullo impediri poteſt. Si uerò detur quod determinatio depēdeat à Socrate & non à Deo, non minus & duo abſurda uidentur ſequi. Primū quidem, quod aliquis ſcit q̄d à Deo non depēdeat. Hoc aūt videtur impoſsibile. Sic enim Deus non eſſet prima cauſa vniuerſalis, à qua omnes cauſæ dependent. Sequitur ſecundo & ex primo, quod illa determinatio neq; q̄d ſemper ex determinatione à Deo cognoſci poſsit: omne nāq; quod à Deo cognoſcitur, & non eſt ipſe Deus, ideo cognoſcitur, quoniam Deus eſt cauſa il-
lius

lius. Conuenerunt enim Philoſophi & Theologi ponētes Deum cognoſcere alia à ſe, quod ideo cognoſcit: quoniā illorum cognitorum eſt cauſa, quare orta illa vniuerſalis propoſitio. Scientia Dei cauſat res, res uerò cauſant noſtrā ſciētiam. Si igitur determinatio illa eſt à Socrate, aut Deus illam nō cognoſcit aut ſi cognoſcit, dependet in tali cognitione ab ipſo Socrate, et ſic à Socrate cognitionē reciperet, quod nō poſſet eſſe niſi aliquod nouum cauſaretur in Deo & cognoſcet recipiendo. Si ergo talia incommoda euitare velimus, aut igitur à Deo remouenda eſt humanorum prouidētia, vt Epicurus & Cicero fecerunt, aut omnia fato eueniunt, q̄d Deo impellente ſecūdum nexū indiſſolubilem, vt Stoici apertiſſime affirmauerūt, ſed forte ad hanc rationem dicitur minime talia incōmoda ſequi, dicitq; quod illa determinatio voluntatis ad vnā partem contradictionis eſt ab vtriſq; ſcilicet à Deo & à voluntate Socratis: quia pro quanto eſt à Deo, non conuincitur aliquod eſſe quod à Deo non depende

at;

at, vnde & à Deo ſciri poteſt, quoniam & talis determinationis eſt cauſa: eſt etiam & illa determinatio ab ipſo Socrate quoniam concurrit Socrates ad illã determinationem, & vt ſic Deus quomodo dependet ab actione Socratis. Quare in prima conſideratione de Socrate peccaturo non poteſt determinate ſciri quod Socrates acturus ſit. Quandoquidem ſecundum illam conſiderationem abſtrahitur à Socratis determinatione. & iſta mihi videtur eſſe ſententia diui Auguſt. in quinto de Ciuitate Dei, & exiſtimo Theologos ſic reſpõſuros. verùm iſtud minime uidetur ſatisfacere: quoniam ſi iſta determinatio eſt à Deo, & à Socrate, ſunt igitur Deus & Socrates cauſa huius effectus. Cum autem iſtę cauſę non ſunt eiuſdem ordinis, non enim ſunt veluti duo trahentes nauim, ſed ſicuti duo ſubordinata, ſic quod vnum alteri ſubordinatur: nõ eſt autem fingere quod Deus ſubordinetur Socrati, veluti manifeſtum eſt. Socrates igitur ſubordinatur Deo, & eſt veluti inſtrumentum Dei, inſtrumentum autem nõ

moue-

mouetur niſi ſecundum motum princi-
palis dirigentis. Tota igitur iſta actio,
Deo attribuitur, nihilq́ eſt, quod Socra
ti attribuatur, uel imputetur: quãdoqui
dem nihil habeat vel operetur, niſi ſecũ
dum quod à Deo habet, vel à Deo mo-
uetur. Quod ſi dicitur, vt dici ſolet, ra-
tionem procedere de inſtrumento tali
quale eſt terra mota à ſecãte, quoniam
totum motum habet à ſecante: non au-
tem procedit ab inſtrumento, quale eſt
voluntas reſpectu Dei. nam & præter
operationem Dei habet & proprium.

Certe ſine aliqua paſsione loquendo,
ſermo iſte videtur intelligibilis, diſputa
tioq́ ſiue reſpõſio uidetur eſſe per uer-
ba multiplicata, & nõ qui ſignificata ſi-
ue per res: quoniam quæritur, nunquid
in voluntate Socratis determinate in v-
nam partem cõtrãdictionis ſit aliquod
quod non dirigitur & mouetur à Deo,
aut nihil. Si aliquod: ſtant priora argu-
menta: quoniam illius Deus non erit
cauſa, & per conſequẽs neq́ à Deo co-
gnoſcetur, neq́ de illo habebit prouidẽ
tiam: quoniam prouidentia non poteſt

eſſe

eſſe ſine cognitione. Si verò nihil eſt: vnde igitur eſt iſta libertas? quod autem dicitur de illa diſtinctione inſtrumenti, certè non uideo aliquam differentiam inter vnum inſtrumentum & alterum, niſi in Socrate ponatur aliquod quod non dependet à Deo, & à mouente principali: quò dato, ſtant argumenta ſuperiora. Profectò quamuis multa, imò ferè innumerabilia fiant argumenta cõtra iſtam poſitionem multum difficilia: iſtud tamẽ mihi uidetur eſſe potiſsimũ. De quo tamen iterum dicetur, cum de iſta opinione copioſe pertractabitur: ideo fortaſsis Stoici huiuſmodi difficultates uidentes dixerunt, incompoſsibilia eſſe prouidentiam & Liberum arbitrium, ſumendo Liberum arbitrium, ut communiter ſumitur, ſcilicet quo ex nobis fiat aliquid, in qua factione nõ moueatur ab extrinſeco, & ne tantum moueamur, immo in tali actiõe nihil in nobis eſt, quod non ſuperior mouens moueat nos, non minus ut ſecans mouet ſerram: quia Stoici contrario ſe habuerunt Epicuro & Ciceroni, qui adhęrentes

tes Libero arbitrio, & uolentes eum ſal uare, uidẽtes ipſum Liberum arbitrium non poſſe ſtare cum prouidentia Dei, ipſam ſuſtulerũt de medio, quia iſti magis uoluerunt eſſe impij & ſacrilegi, quã ſine Libero arbitrio. At Stoici Epicuro conſentientes prouidentiam non poſſe ſtare, & habitare cum Libero arbitrio, libertatem abſtulerunt, et prouidentiam diuinam poſuerunt, uolueruntq; magis eſſe ſerui dicti quàm impij & ſacrilegij: quia omnia poſuerunt fatalia, & ſecundum diuinam prouidentiam diſpenſari, nihilq; eſſe in nobis, quod à diuina prouidentia non fiat. Vnde ſi diuina prouidẽtia neceſſaria eſt, Deusq; de neceſsitate agat cuncta quæ erunt, de neceſsitate erunt. Si uerò Deus contingenter agit, neq; res ab eo productæ erunt de neceſsitate: quoniam effectus non poteſt eſſe neceſſarius, cauſa non exiſtente neceſſaria. Verùm effectus erunt neceſſarij ex ſuppoſitione, ſcilicet, quod ſi agit, & rebus prouidet, res ipſę infallibiliter erunt, ut prouidet. Numquid autem Deus de neceſsitate proui-

deat & agat infra diſputabit. quare quã quàm Stoici negãt Liberum arbitrium, laudes & uituperia, præmia & pœnas ſecundum modũ à Peripateticis, & à legibus poſitum, uidelicet quod iſta ſint ex nobis totaliter ab intrinſeco & non ab extrinſeco, nõ tamen abſolute ea auferũt, quod qualiter hoc cõtingat, ſatis abunde dictum eſt in primo uolumine huius libri: non eſt igitur opus eá repetere. Hæc igitur eſt Stoicorum opinio, aduerſus quã uiſa ſunt multa in primo uolumine adducta ab Alexandro & ab alijs communiter: diſputatumq́ eſt in eodem libro, quantum fuerit pro uiribꝰ noſtris adducendo argumẽta aduerſus Alexandrum & ſua dicta refellendo, & ad obiecta per eum reſpondendo. Verũm & propter illa quę ibi adducta ſũt, uolumus & in præſentiarum adducere alia argumenta aduerſus eoſdem Stoicos: primò quidem, quoniam ex iſta poſitione uidetur, quod Deus ſit omnium crudeliſsimꝰ carnifex, ſuper omnes carnifices iniuſtiſsimus, & deniq́ omni malitia refertus, immò omnis malitię & de-

fectus

fectus auctor: neque videtur, quod aliũ diabolũ vel tentatorẽ malignũ oportet ponere, niſi ipſum Deũ. Quid aũt inopinabilius, quid ſtultius dici poteſt, quàm talia de Deo dicere, imò horret animus, mẽbra tremũt, totus homo efficitur extra ſe in audiẽdo vel excogitando talia de Deo. Apertũ autem eſt iſtud secũdũ Stoicos ſequi: quoniã aut anima humana ponitur immortalis aut mortalis. Si immortalis: maxima pars hominum in æternum cruciabitur in inferno. quibus autem cruciatibus ineffabile eſt dicere, veluti dicunt leges. Verùm hoc non eſt ex defectũ ipſarum animarum, quãdoquidem ſecundum poſitionem ad talia ſunt impulsæ & ipſo fato. Verùm quid aliud de Deo dici poteſt, niſi ipſum maxime gaudere cruciatibus & ipſis delectari: aſt parum lætari bonis hominis, quãdoquidem viri boni ſint velut Phœnices in Aethiopia. Quanta ſit etiam eius iniuſticia, nõ eſt difficile videre, quã do aliquos nullo merito præcedente tã tum extollit, aliquos & nullo demerito deprimit, quod maxime iniuſtum uidetur

tur concludere. Cum autem omnia ma la ab ipſo procedant, quid opus eſt ten tatorem ponere. Vnde & ſi aliqua bona ab eo procedant, cum bona lõgo interuallo à malis ſuperentur, aliquiſq; dicitur malus ex ei9 operib. magis Deus nuncupandus eſt malus, quàm bonus. Secundò aduerſus eandem poſitionem arguitur, quoniam ſecũdum poſitionẽ eſſe & poſſe cõuertuntur, & non eſſe ſimiliter. quo fit, ut quę non erunt, non poterunt eſſe; & quæ erunt, ineuitabiliter erunt. quo fit, ut homo qui nũquam ridebit non poterit ridere, & qui nunq; Grammaticam addiſcet, Grãmaticam non poterit addiſcere: & ſic, qui non ridebit, non eſt riſibilis, nec qui Grammaticam addiſcet, nõ eſt Grãmaticæ ſuſceptiuus. Aſt qui non eſt riſibilis, non eſt homo, & ſimiliter, qui non eſt diſciplinabilis. Sed Socrates non addiſcet Grãmaticam neq; ridebit, ergo Socrates neque eſt riſibilis, neq; Grammaticæ ſuſceptiuus. Aſt iam talis non eſt homo, ergo Socrates non eſt homo, quod eſt ridiculum dicere. Tertiò, quoniam in no-

bis

bis ipſis experimur, quod poſſumus in utramque partem contradictionis. Nam poſſum & de facto ſcribere & non ſcribere, nihil enim uidetur, quod hoc habeat prohibere, ergo determinatio uidetur eſſe noſtra. Quartò, quoniam ſi fatum neceſsitat, & eſt illa connexio à Stoicis ficta, cadit quæſtio: Nunquid quando Socrates generatur ex tali conſtellatione in Socrate, imprimitur aliquod, per quod omnia ſua opera fataliter exercebit, aut nihil imprimatur? Si uerò aliquid imprimitur, nunquid talis impreſsio cõtinuè foueatur ab ipſis conſtellationib. aut non: ſi uerò imprimitur, quomodo igitur inferiora à ſuperioribus regulantur & diriguntur, immò compelluntur? Nã non eſt facile intelligere, quomodo hoc fiat. omnes autem iſtæ difficultates locum habent, ſi etiam humana anima ponatur mortalis, ut patet conſideranti. Cum itaque ſex ponantur poſitiones de fato, ueluti uiſum eſt, nulla uidetur eſſe, quæ magnas non patiatur difficultates.

*Caput ſecundum, in quo diſputatur contra primam opinionem aſcriptam Diagoræ & Prothagoræ.*

IN ſuperiori cap. numeratæ ſunt ſex opiniones, fati materiam concernentes, ideo in ſubſequentibus huius libri capitibus ſigillatim & peculiari ſermone de vnaquaque videamus. Prima igitur opinio erat, quæ ut Liberum arbitrium ſaluaret, negauit Deum eſſe, fortaſſe ſic argumentans: Si Deus eſt, omnium prouidentiam gerit: ſi omnium prouidentiam gerit, in nobis Liberum arbitrium eſſe non poteſt: aſt in nobis Liberum arbitrium eſt, ergo Deus nõ eſt. à deſtructione enim vltimi conſequentis, ad deſtructionem primi antecedentis, argumẽtum tenere manifeſtum eſt. Minor autem propoſito experimento in nobis ſumitur: experimur namque in nobis eſſe uelle & nolle, nullo extrinſeco agente. Amplius, quoniam ablato à nobis Libero arbitrio omnis auferť humana cõuerſatio, ueluti eſt apertũ uidere: nã iuſticia aufertur, & per conſequẽs omnis reſpublica, & humana conuerſatio.

tio. Prima pars Maioris eſt ab omnibus fere conceſſa, quod ſi Deus eſt, omniũ prouidẽtiam gerit: nulla enim cauſa cogit Deum ponere ex cõmuni oĩum conſenſu, niſi quoniã omnis natura ab eo dependet & gubernatur. Secũda autẽ pars, videlicet ſi Dei prouidẽtia eſt, tollitur Liberum arbitrium, patet per lõgum proceſsũ in ſuperiori capitulo, & maxime ex argumentatione facta contrã quintam opinionem: & veluti ſuperius diximus, Diagoras fuit huius opinionis aſſertor, quãq; & alias huiuſmodi opiniones, quib. conatus eſt ad Deum negandum eſſe, ueluti eſt uidere ex primo lib. Ciceronis de Natura deorum. Verũ mirabile eſt de hac opiniõe: quoniã ſi multa uideãtur eſſe, quę nõ uideãtur in aliã cauſam referri, quã in uoluntatẽ noſtram, multo tñ plura conſpicimus, quæ in noſtrã uoluntatem referre non poſſumus, imò multoties aduerſantur noſtræ uoluntati: & multoties apertum eſt, noſtram uoluntatem in ipſis nihil operari, ueluti eſt in multis beſtijs, quibus nos imperare non poſſumus. Conſimi-

liter in plantis, in mineris, mixtis, in perfectis elementis, & motibus cœlorum. Imo in noſtris operibus videmus ſecundum diuerſas plagas cœli, homines diuerſimode operari, adeo quod vna regio habet homines diuerſos in morib. & doctrinis ab alia regione. Conſpicimus & iſta ſublunaria à ſuperioribus corporibus gubernari, ſic quod illa dāt vitam & mortem, modo quod tale eſt, Deum appellamus; credimus enim Deum eſſe cunctorum datorem, ſiue modo illud ſit corpus, ſiue non corpus. Illud euidenter ſcimus, ſcilicet quod à ſuperioribus inferiora gubernātur: ergo Deum negare eſſe eſt omnino fatuum: Deum namq; eſſe, eſt motorem vniuerſi eſſe. Aſt aliquē uel aliquos eſſe tales, valde perſpicuum eſt, quanquam quot ſint, & quales ſint, difficilimum eſt: ut Simonides Poëta declarauit. Qui cum à Cyro rogaretur, ut quid Deus eſſet, ſibi manifeſtaret, dixit poſt triduum hoc facturum: cumq; dies data perueniſſet, duplicauit terminum: quo peruento iterum duplicauit, illud inſinuans: ut

quanto

quãto magis de Deo cõſideramus quid ſit, tanto magis cognoſcimus, ipſum à nobis perfecte cognoſci non poſſe. Verũm ipſum eſſe, eſt ſatis perſpicuũ, quia inſipiẽter Diagoras negauit Deum eſſe: Prothagoras autem, quanquam ipſi Diagoræ proximus fuerit, excuſabilior tamen uidetur eſſe, cum neq; affirmare neq; negare deos eſſe uoluerit. Rationẽ enim ſatis apparentem habuit. Cum enim multa bona in mundo uideret, quę ab alio dependere cognouit, quandoquidem enim in ipſis talia non eſſe perſpiceret, quoniam de nouo acquirunt & acquiſita amittunt, exiſtimauit hæc bona ab alio bono profluere, quod in ſe eſt bonum, et bonitatem ab alio non recipit. Hoc autem uidetur eſſe Deus: quia hęc ratio uidetur cogere Deum aliquem eſſe. uerum cum ex alia parte, ſi cuncta ab eo procedunt, cur igitur tot mala fieri permittit? quare dixit: Si Deus nõ eſt, unde igitur bona: ſi autem eſt, unde mala? quare ex hac parte non uidebatur Deus aliquis eſſe, unde modeſtior fuit Prothagoras ipſo Diagora, &

habuit rationem magis apparentem. Verùm neq; ratio Diagoræ cogit ad abſolute negãdum eſſe, neq; Prothagoræ ad dubitandum: infra namq; oſtendemus cum diuina prouidentia ſtare libertatem uolũtatis, quod Diagoras negauit. Quare cum Deo auctore bonitatis multa mala ſtare, quæ non remouẽt Deum à ſua bonitate, neq; opus eſſe duos ponere deos, quorũ vnus eſt auctor boni, alter uerò eſt auctor mali: ueluti Manichęus, & multi alij exiſtimauerunt. Sed hæc ad ſequentia reſeruamus.

*Caput tertium, in quo impugnatur opinio Epicuri & Ciceronis*

EPicurus autem, cui Cicero conſentit, affirmauit deos eſſe, uerùm de humanis imò uniuerſaliter de omnibus nullam habere prouidẽtiam, dixit: alia tamen ratione motus eſt Epicurus, alia autem Cicero. Epicurus quidẽ ideo ſic dixit, quoniã exiſtimauit ſolicitudinẽ & prouidentiam faſtidium & laborẽ generare. hęc aũt mentẽ perturbant: quia & beatitudinẽ tollũt. At credẽdum eſt,
deos

deos eſſe maxime beatos. Hoc autem dixit fortaſsis Epicurus,exiſtimās ſimiliter enūciandū eſſe de dijs & hominib. cum nāq; ſolicitudo et prouidētia in hominib. eſſe nō poſsit abſq; maxima uigilātia & ſobrietate, quæ uoluptates corporales à ſe repellūt, in quib. Epicurus poſuit ſummū bonū:ideo ſi in dijs ſolicitudinē & prouidentiā ponimus, ab eis uoluptates, & per conſequens, ſummū bonū auferemus. Verū ſermo iſte ex toto uidet eſſe corruptus. Peccat eīm Epicurus,ut in Ethicis demonſtratū eſt, hominis ſummū bonum affirmās cōſiſtere ī voluptatib. corporalib.& q̄d nulla ſit voluptas in prouidēdo & gubernādo, imò beatitudo politica ī hoc cōſiſtit.peccat & idē Epicurus, credēs eodē modo eſſe iudicādū de mortalib.& de īmortalib.quādoquidē mortalia oīa ſint ſubiecta paſsionib.& alterationib.ratiōe materię, à qua mortalia ipſa ſepari non poſſūt:immortalia uerò ſūt omnino intranſmutabilia, in quibus nihil inuoluntarium, nihil cum pœna poteſt cōtingere, quoniā à materia ſunt omnino ſeiūcta.

Imò

Imò & ipſis corporibus cœleſtibus nihil corruptiuũ accidere poteſt. Peccat & idem Epicurus, exiſtimans beatitudinem conſiſtere in ocio, & uacuam eſſe ab omni operatione, quãdoquidem, ut in Ethicis dicitur, beatitudo Eupraxia ſit, id eſt, bona operatio, aut ſine bona operatione eſſe non poſsit: ſumum enim bonum, eſt beatitudo: aſt bonum ipſum cõmunicatiuum eſt, quia maxime bonum maxime cõmunicatiuum erit. Cum autem Deus ſit optimus in natura, quomodo igitur, ſi eſt ſine operatione, cõmunicatiuus erit. Vnde neq; optimũ in natura eſſe poterit, ideo uana & ſtulta Epicuri opinio obijciat. Cicero uerò Deum eſſe concedens, ab ipſo remouit prouidentiam, ſaltem rerũ humanarum, ut in hominibus ſaluaret libertatem arbitrij. Non enim uidere potuit quod prouidentia & Liberum arbitrium ſe compatiantur. Cumq; alterum iſtorum interimendum ſit, altero ſtante, & exiſtimauit manifeſtum eſſe in nobis Liberum arbitrium, argumento coactus negauit eſſe prouidentiam, fecitq;

fecitq; tale argumentum Ciceronis. aut non eſt Liberum arbitrium, aut non eſt prouidentia: Sed eſt Liberum arbitriũ: quoniam hoc in nobis ſentimus, & eo remoto, euertentur omnia humana: igitur Dei prouidentia non eſt. Fuit & inter Stoicos & Ciceronem concordia in diſiunctiua, aut non eſt prouidentia: verùm fuerunt in Minori diſcordes. Cicero nãq; poſuit, pro Minori eſſe Liberũ arbitrium: Stoici verò poſuerunt, at eſt prouidentia. Quare diuerſas concluſiones collegerũt; vnde Cicero concluſit, quod prouidentia non eſt: Stoicus uerò, quod Liberum arbitrium non eſt. Vnde diximus in primo capit. quòd Cicero maluit eſſe impius & ſacrilegus quàm ſeruus: Stoici uerò uoluerunt eſſe serui potius, quàm impij & ſacrilegi: uerùm vt ad noſtrum inſtitutum redeamus, Ciceronis ſententia non eſt approbanda, quoniã in primis aut Cicero vult quod Deus habeat prouidẽtiã de alijs ab hominibus aut non. Si ponat: ſecundum hoc eſt manifeſtè falſum: quoniam uidemus maximum ordinem in corporibus

bus cœleſtibus, ita quod nihil caſuale & præter ordinem poteſt contingere in eis. Oportet igitur aliquod eſſe ordinãs & prouidens. Cumq́ corpora cœleſtia agant in iſta inferiora, vt experimento manifeſtum eſt, & ordinatè, quãtũ patitur natura materialis: ideo ordinãs corpora cœleſtia, ordinabit & iſta inferiora & ſic habebit prouidentiam de iſtis inferioribus. Quod aũt ordo ſit in iſtis inferiorib. patet per ſingula diſcurrẽti in quatuor diuerſitatibus anni, & ſecundum vnamquanq́ diuerſitatem diuerſa oriuntur & occidunt, & prolixum eſſet tantum ordinem declarare. Si igitur de iſtis inferioribus Deus ꝓuidentiã habet, quanto magis de homine, qui eſt nobiliſsimus inter caduca. Non enim veriſimile eſt, Deum procuraſſe de bobus & aſinis, de plantis & reb. inanimatis, & curam non geſsiſſe de ipſis hominib. cũ maximè ordine indigeãt. Inter enim oĩa caduca nihil magis egredit̃ ordinẽ, q̃ homo ipſe, nihilq́ magis maiori cuſtodia indiget quã ipſe, & nõ tantũ q̃ ad corpus, verũ & q̃ ad animã. Ampli

us,

tis, conſideranti patebit, quod hæc oĩa inferiora ſunt propter hoiem: q̃a ſi Deus de ordinatis ad finem curam gerit, quanto magis de ipſo fine. Præterea ex perimento comprehendimus, Deũ curare actus humanos, modò inſtruendo homines in quiete per ſomnũ, imò per diuinationes, modò per apparitiones, & per innumerata ingenia, quæ, ut inquit Auguſtinus, negare arguit inſaniam & proteruiã. Vnde longe apud me minus malũ eſt, negare in nobis eſſe Liberũ arbitriũ, & nos eſſe ſeruos, q̃ negare puidẽtiã, & eſſe ſacrilegos. Vnde mihi probabilior uidet̃ eſſe Stoicorũ opinio quã Ciceronis. Verũ quãtũ ſit de illa ratiõe & p̃cipue de Maiori ſc. aut nõ eſt puidẽtia, aut nõ eſt Liberum arbitriũ, negãda eſt, q̃d q̃modo puidẽtia & Lib. arbit. ſimul ſtẽt, in ſubſequẽtib. conabimur manifeſtare. Dico tñ, q̃d ſi Maior eſſet neceſſaria magis negãdũ eſt eſſe Lib. arbit. q̃d fecerũt Stoici, q̃ negãdum prouidẽtiam, quod fecit Cicero. malo enim eſſe ſeruus q̃ ſacrilegus. Et quoniã inter loquendum dicebatur, ſi Deus habet pro

uidenti-

uidentiam de humanis actibus, vnde ſi-
gitur tot mala proueniũt, nam aut hoc
erit ex inſcitia, & inefficatia prouiden-
tiæ diuinæ, quæ ad omnes humanos a-
ctus non poteſt ſe extendere: aut ſi po-
teſt, impeditur ab aliquo, aut ſubiectũ
non eſt ſuſceptiuum talis ordinis. Cer-
tè argumentum optimũ expoſtulat dif
ficultatem, quam inpoſterum diſcutie-
mus, ideo uſq; ad illam partem differa-
tur. Scias tamen, quod quidam Peripa-
tetici, non ſunt multum remoti ab iſto
errore. Dico autem iſtos Peripateticos,
eſſe magis ex confeſsione eorum, q̃ ex
re ipſa. Reponunt enim Deum nullam
habere actionem ad extra, ſed tantum
intelligere ſe & amare ſe. Ex quo ſequi-
tur. Si Deus tãtum ſe intelligit & amat,
de nullo prouidẽtiam habet: quãdoqui
dem prouidẽtia de aliquo ponit cogni
tionem de illo: & per cõſequens, Deus
nullam habet operationem ad extra, &
ſic cõſentiunt Epicuro. Trahunt autem
& in hunc errorem Auerroem, qui vbi-
que aduerſus tales reclamat. In Proœ-
mio enim Phyſicorum uult, idem eſſe
primam

primam formam, primum agens & primũ finem: idemq́; repetit ſecundo Phyſicorum Commento 73. & 12. Methaphyſicæ Commento 8. Secundo quoq; de Generatione Commento 51. ſic ſcribit in fine illius Commenti. Ponit enim Ariſtoteles formas agentes, quamuis eſſe earum apud ipſum, ſit aliud ab eſſe earum apud Platonẽ. differt quidem à Platone in modo eſſendi formas & in modo actionis tãtum, non in eſſe earũ ſimpliciter neque in actione earum ſimpliciter. Et in 12. Methaphyſicæ Commentis 15. 36. & 41. apertiſsimè idem confirmat. Commentis quoq; 51. & 52. eiuſdem 12. Methaphyſicæ apertiſsimè ponit, Deum ſolicitari circa hæc inferiora, vt ſuo modo conuenit. Themiſtiusq́; & Alexander idem confirmant in pluribus locis. Alex. namq; in quæſtionib. naturalibus, in quæſtione de Diuina ſolicitudine, vult Deum ſolicitari circa vnamquanq; ſpeciem horum inferiorum, de vnoquoq; autem indiuiduo, vt eſt ſub ſpecie, & non in propria forma. Themiſtius quoq; naturam agere qua-

ſi rememoratam & à Deo directam, au ferũt quoq; tales à Deo beatitudinem: quandoquidem & beatitudo & maxima diuina ſit ſummum bonum. Aſt bonum communicatiuum eſt, auferuntq; à Deo ſapientiam. Sapientiam enim Ariſtoteles exiſtimauit maxime gubernatricem & dirigẽtem, quod nõ eſt opus finis, ſed efficientis. In finem namq; eſt directio, & finis non eſt dirigere, ſed intellectus & efficientis. Sequuntur & ex poſitiõe infinitæ aliæ abſurditates, quas enarrare vel adducere ſtultius & abſurdius eſt, quàm ea quæ ex ipſis ſequũtur: quàm leuiſsimis autem & friuolis moueantur rationibus, non eſt opus referre: quãdoquidẽ uix balbutiẽs in Philoſophia eas ſperneret: quare nõ eſt op9, hic eas interponere. & certè hæc opinio Epicuri deterior eſt, aut non minus abſurda.

*Caput quartum, in quo impugnatur tertia opinio, quæ Chalcidius Ariſtoteli ſcripſit.*

Altera

ALtera verò & in numeratione tertia fuit opinio, quæ ponebat, diuinam prouidentiam tantum ſe extendere uſq; ad æterna ſecundum indiuiduũ, qualia ſunt corpora cœleſtia & intelligentiæ: caduca verò, qualia ſunt ſublunaria, non cadunt ſub diuina prouidentia, eo q̃d iſta incerta & uariabilia ſunt, quæ lõge remota ſunt à diuina ſcientia. Cum em̃ hæc aliquando ſint & aliquando non ſint ſecundum eorum ortum & intentum, generaretur & corrũperetur ſcientia in Deo, quod nephas eſt de eo cogitare. Hæc autem propoſitio procul dubio ſic intellecta, vt verba ſonant, & in ſe eſt falſa, & perperã Ariſtoteli aſcribitur. Falſa quidem, & ſi ipſam deſtruit. nam apertum eſt experimento, & ex Aſtronomorum & Phyſicorum ſcientia, hũc ſublunarem orbem contiguum eſſe illi ſuperiori, omnemq; uirtutem ab illo deriuari in hæc inferiora. quo fit, vt illa ordinata ſint in hæc inferiora, ſaltẽ ſecundario, & eſſe inſtrumẽta deorum, vt agant in hæc inferiora. Verùm quis eſt adeò hebes, vt non intelligat inſtru-

mentum percipi non poſſe abſq; fine, in quam inſtrumentum ordinatur, immò inſtrumētum neq; eſt intellectum neq; intentum, niſi ratione finis. Quare cum illa diuina corpora ordinantur in miniſterium horum inferiorum, quomodo illa cadere poſſunt ſub diuina prouidētia, & non iſta inferiora? Secator igitur intēdit ſerram, & non ſecationem, quo nihil ſtultius aut dici & excogitari poteſt. non ſolum igitur poſitio eſt falſa, ſed pugnātia includens. Quàm autem hęc opinio ſit remota, & à ſenſu & à verbis Ariſtot. non eſt graue & obſcurum videre: quandoquidem Ariſtoteles in ſecundo Phyſicorum apertiſsimis rationibus contendit oſtendere, naturam agere propter finem nō minus quàm ars ipſa agát: & in octauo Phyſicorum ex motibus inferioribus deueniat in motū æternum, imò et in indagationem cœli. oſtenditq; in eodem octauo Phyſicorū corruptibiles hos motos non poſſe perpetuari, niſi conſeruentur à motu æterno, & à ſuo motore: et quod hęc omnia inferiora ſunt in prima materia, tanquā in ſub-

in ſubiecto: & in primo motore, tanquã in agente, quæ omnia repetit, & in ſecũdo Methaphyſicę. Et in ſecundo quoq; libro de Cœlo multas dubitationes ſoluit de ipſis corporibus cœleſtib. ex ordinatione ipſorum in hæc inferiora, vtpote cum multa ſint, cur diuerſis motibus moueantur, & de multis alĳs quas prolixum eſſet enarrare. Vnde Alexander & Auerrois ibidem notauerũt, Deum ſolicitari circa hæc inferiora. In lib. quoq; de Bona fortuna, oſtendit voluntates humanas à Deo moueri: & in Moralib. viros ſtudioſos eſſe Dei amicos, & multa alia hic adduci poſſent, quæ falſitatem poſitionis oſtendunt. Sic enim imponere Ariſt. eſt ſe parũ exercitatũ in eius libris oſtendere & declarare.

Ad rationem verò eos mouentem, in ſubſequenti capitulo ſoluetur.

### *Caput quintum, in quo diſputatur de quarta opinione, quæ uerè Ariſtoteli aſcribitur.*

ALexander itaq;, Themiſtius, A-

uerrois & multi ex noſtratibus, à Chal-cidio diſsentientes, aliam exiſtimauerunt eſſe Ariſtot. opinionem: crediderunt namq; Deum omnium caducorũ & non caducorum curam gerere. Cum nãq; totius entis ſit cauſa in genere cauſæ finalis, efficientis & exẽplaris, quod quoquo modo in cauſam formalem annumerari poteſt. Non autem cauſat niſi intelligendo & uolendo. hoc autem apertum eſt opus eſſe prouidẽtiæ, quia cuncta & caduca & non caduca diuinæ prouidentiæ ſubijciuntur. nihilque eſt, neque eſſe poteſt in vniuerſo, quod eius prouidentiam ſubterfugere poſsit. Verum cum altera ſit natura caducorũ à non caducis, ſuæ prouidentiæ ſubijciuntur. Non caduca enim ſunt æterna, & ſecundum indiuiduum & ſecundũ ſpeciem veniunt in diuinam prouidẽtiam. Aſt caduca tamen ſecundum ſpeciem ſunt æterna: generabilia autem & corruptibilia ſunt ſecundũ indiuiduum. quo fit, vt de caducis tãtum ſit prouidentia ſecundum ſpeciem, & nullo modo ſecundum indiuiduum, niſi quatenus indiuidu-

diuiduum ſub ſpecie continetur. Non enim indiuiduum primo & directe poteſt cadere ſub Dei prouidentia, tũ quoniam materiale eſt & ſignatum, quod Dei immaterialitati repugnat, cum ſit actus puriſsimus, tum quoniam indiuiduum quandoq; nõ eſt, quod cum Dei immutabilitate ſtare non poteſt. Nam quod eſſet vel futurum eſſet de eo, poſſet eſſe prouidentia: cum verò præteriiſſet, non amplius ſub prouidentia caderet. Quis enim diceret de præteritis prouidentiã eſſe. Tum etiam tertio, quoniã indiuidua ſunt infinita vel cognitioni & comprehenſioni aduerſantur: quandoquidem infinitum qua infinitum eſt, cognoſci non poteſt. quod ſi caducum ſecundum ſpeciem capiatur, immateriale erit: & ſic immaterialitati non repugnabit. erit etiam ſemper & neceſſariũ, quoniam vniuerſale ſemper eſt, & vbique erit, & infinitum: quoniam in unaquaq; ſpecie eſt vnum tãtum, & numerum ſpecierum ſecundum actum finitũ eſſe demonſtratum eſt, in primo Poſteriorum & ſecundo Methapyſicæ. Vnde

de ſciẽdũ eſt, quod de hominib. (exẽpli gratia) triplex poteſt haberi cognitio, quantum ſpectat ad propoſitum: vno modo in ſingulari, vtputa de Socrate et Platone, & ſic de reliquis: & huiuſmodi cognitio non per ſe facit ad perfectionem rei. Quod enim aliquis centũ homines cognouerit, nõ ideo eſt plus perfectus in cognitiõe hominis, quàm qui tantum cognoſcit decem, cæteris parib. Altera uerò eſt cognitio ſecundum quã homo cognoſcitur ſecundum prædicata ſupra hominem, & non ſecundum quod eſt homo. Et quanquam hæc cognitio ſit neceſſaria pro perfecta hominis cognitione, non tamen ipſa eſt perfecta, & ſecundum quod ipſum, ſed tantum in potentia & ſecundum aliud. Cognoſcere enim hominem, qua animal eſt, non eſt ſecundum quod ipſum cognoſcere: conſimiliter cognoſcere hominem, qua Socrates vel Plato, vt dicitur primo Poſteriorum capitulo &c.

Oportet autem nõ latere, quod quoniam multoties contingit peccare, & non eſſe quod demonſtrabatur vniuerſale

ſale primum. Tertia verò eſt ea cognitio, qua homo cognoſcitur, qua rationalis eſt: & hæc eſt perfectiſsima, quã Deus de omnibus habet rebus. Vnamquãque enim rem perfectiſsimè ſic cognoſcit, quia Auerrois 12. Methaphyſicæ 51. Comment. dicit: ſolicitudo diuina non eſt circa vniuerſalia, quoniã illa cognitio eſt impotentia & imperfecta: neque circa ſingularia, quoniam ipſa ſunt infinita, quæ cognitioni repugnant. Relinquitur igitur, vt ſit media inter hæc, modo nulla talis eſt, niſi quę eſt ſecundum ſpeciem. Non dico autem talem ſpeciẽ ſumptam eſſe ab abſtractiõe ab ipſis ſingularibus, quoniã hoc repugnat Deo, imò eſt hæc ipſa mens diuina, ſed tãtum eſt repræſentatiua principiorũ Speciei & non Indiuidui, & eſt idea rei fiendæ ad modum Platonis, licet aliqua ſit differentia inter Platonem & Ariſtotelem vt ſuperius patuit ex Comment. 51. ſecundi lib. de Generatione per nos citato, & iſta quanquam taliter ſit realis, nõ tamen dicitur eſſe impotentia, & imperfecta per cõparationem ad ſingularia:

quoniam & ſi ſit vniuerſalis, eſt tamen vltima & determinatiſsima in ordine ſcibilium, et omnium eſt perfectiſsima, quoniam ſcire in ſingulari, proprie nō eſt ſcire: neque facit cognitionis perfectionem per ſe, et ſi in hominibus videatur facere, non tamen facit, niſi quatenꝰ ex ſingularibus cognitionem ſpecierū habemus. Præterea quod iuſsit Plato, quod deſcendendo à generaliſsimo ad ſpecialiſsima quieſcamus, tanquam ille ſit terminus ſciētię & finis perfectionis ſcientificæ, quia modus iſte cognoſcendi, maxime dijs conuenire videtur & non alteri. Vnde per hoc non eſt difficile reſpondere ad ea, quę aduerſus hāc poſitionem ſuperius adducta ſunt. Ad primum enim cum dicebatur, quod ſi ſingularia à Deo non cognoſcuntur, & non cadunt ſub diuinam prouidētiam; tunc ſingulariū Deus non eſſet cauſa. Dicitur quidem Deum cauſam eſſe ſingularium, & ipſa ſingularia à Deo cognoſci, vt conuenit naturæ diuinæ, modo ei conuenit tantum ſcire ſecundum ſpeciem & nō ſecundum indiuiduum,

vt pa-

vt patuit per rationes ſuperius adductas. Quare & Ariſtoteles in Procemio Methaphyſicæ aſsignans conditiones ſapientis dixit, ſapientis eſt ſcire omnia vt contingit, id eſt, vt conuenit, & poſcibile eſt: & loquitur non ſimpliciter, neque oportet ſi ſenſus poteſt hæc facere, quod & intellectus. Homo enim peccare poteſt, non tamen Deus: neq; ſequitur, ſi poſſe peccare eſt perfectius, ꝙ non poſſe peccare in mortalibus: quoniam inter mortalia ſolus homo poteſt peccare, qui eſt perfectior cæteris mortalibus, quod abſolute poſſe peccare ſit perfectius. Quare cognoſcere ſingularia ſingulariter, non eſt perfectionis diuinæ. Cum autem ulterius quærebatur, quomodo cum cauſatur Socrates ſecũdum eſſe indiuiduale à Deo nõ cognoſcitur ſecundum eſſe indiuiduale. Huic quidem dicitur, hoc non oportere: declaratum eſt namq; in ſecundo Phyſicorum, quod artes non deliberantes cauſant multoties ſingulare, & quaſi ſemper, & tamen de tali cauſato, nõ deliberant neq; animaduertunt: ueluti eſt videre

dere de mulieribus filantibus, quæ conſiderant de amoribus ſuis, & tamen nō impediuntur ab opere ſuo. Et multi dicunt memoriter officium Pſalmorum, nihil animaduertentes de uerbis, quæ loquuntur, imò quod admirabilius eſt, ſi animaduertunt multoties neſciūt proſequi: & hoc fit ex conſuetudine, & vbi fiendum non habet impedimentum.

Quanto igitur magis hoc dici poteſt de Deo. Determinatur autē factio Dei ad hoc, & non ad illud ex corpore hoc, & hoc loco & hoc tempore, vt etiam dicunt Albertus & Thomas. Cumq; dicitur contingentia non poſſe eſſe in particulari niſi ſit in vniuerſali, dicitur hoc eſſe falſum. Vniuerſale enim neceſarium eſt eſſe: quare non poteſt non eſſe, multaq; contingunt vniuerſaliter, quæ repugnant particulari & econtrà. Cumq; vlterius dicebatur, quomodo vniuerſale neceſſarium eſt eſſe, & hoc ſufficit pro eſſe mali vniuerſalis. Quare tota contingentia ſaluabitur in particularib. determinatis, quæ ſunt quaſi ipſa vniuerſalia. Neq; rectè inferebatur aduerſus opinionem

pinionem de Impietate: quoniam Deus nō reddit debita præmia et debitas pœnas, vacuæq́ erunt orationes & deprecationes: quoniam non fiunt præmia, pœnæ, & non exaudiuntur orationes, ſi Deus illa nō cognoſcit, profectò nullum iſtorū ſequitur. Iam enim dictum eſt, hæc omnia à Deo cognoſci ſecundum ſpeciem. Quare & ſecundum ſpecies virtutes præmiantur, vitia puniuntur, orationes exaudiuntur à Deo: ſed ſecundum cauſas particulares in ſingulari exiguntur & complentur. Vt autē hoc apertius intelligatur, ſumatur hoc accōmodatum exemplum in regno bene regulato. Præeſt Rex, qui leges ſanctas condidit in vniuerſari, vtpote, qui pro patria viriliter repugnabit, centum habeat talenta: qui in prælio fugiet mulctabitur cētum talentis: qui ſupplex ad nos venerit, veniam conſequatur: qui rebellis eſt, capite puniatur. ſtantib. his legibus in uniuerſali, ſtat quod Socrates vel quis alter præmietur, puniatur, veniam conſequatur, ex lege vniuerſali Regis, quanquam Rex ipſe nihil ſci-

at de

at de Socrate, imò nunquã aliquam cõſiderationem de eo habuerit, ſed hoc factum ſit per eius miniſtros. Quare ſic & in Deo contingit, vt eſt apertum videre. Per particularia namq; & determinata hæc exiguntur et determinant, quod maxime uidet eius Maieſtati conuenire: imò aliter faciendo videtur tranſire in dedecus Dei. Hoc autẽ maxime apparet in regibus: quoniam quanto maiores ſunt reges, tanto magis per miniſtros & interpretes operantur. Imò ſi hierarchia Eccleſiaſtica ſimilis eſt cœleſti, vt placuit magno Ariopagitæ, maxime hoc conuenit Deo. Verùm autem caſualia & quæ monſtruoſe dicũtur fieri, ſubijciuntur diuinę prouidentię. Alexandro placuit, quod non, vt uiſum eſt in primo libro. & Alexãdro uidetur cõſentire Auerrois. In 12. namq; Methaphyſicæ Comment. 2. ſic ſcribitur. Veritas eſt, quod eſt ſolicitudo, & quod aliqua ſunt ſine ſolicitudine, proueniunt ex neceſsitate materiæ, non ex diminutione agentis. Secundum igitur Auerr. monſtruoſa nõ cadunt ſub diuinam ſolicitu

licitudinem. Hæc igitur ſecundum præfatos Peripateticos eſt ſententia Ariſtotelis. Mihi quoq; ita uidetur eſſe proculdubio de ipſo Ariſtot. cenſendum, quanquam ſine erubeſcentia & timore hoc dicere nequeam, & more Oratorũ mihi caput operiendum ſit, cum temerarium & ſtultum uideatur tanto philoſopho aduerſari: ridiculumq; eſt pulicẽ Elephanto contrà ire. Impetrata tamen uenia in hoc dicam, nõ quidem per modum determinationis, ſed magis dubitãtis, & ſcire cupientis & intendẽtis, quæ mihi difficultatem in his dictis ab Ariſt. facere uidentur, quæ & ſi fortaſsis admodum leuia & facilia viderentur, mihi tamen ſunt admodum grauia & difficilia, & vtinam alij bene ſoluant, & eruãt me à tanto errore, & ab vltimo incipiẽdo, ſcilicet quod mõſtruoſa & quę ſunt caſualia, & vniuerſaliter accidentia, per accidens non cadant ſub diuina prouidentia. Mihi iſtud uidetur eſſe falſum & omnino carens ratione. Verùm quoniam ſatis abunde de hoc diſputauimꝰ in proprio capite de Caſualibus in primo

mo uolumine iſtius operis, neq; aduerſus hoc in præſentiarum mihi meliores ſuccurrunt rationes, ideo pro nunc me abſtinebo, ne idem bis dicatur, mihiq; videtur eſſe magis cõſentiendũ noſtris Theologis, quàm ipſis Peripateticis: & dico non tamẽ ex fidé, ſed ex puris naturalibus, uidelicet quod in ordine ad cauſas ſecundas tália ſunt per accidens & caſualia. In ordine autem ad primas nihil eſt caſuale, totumq; quod caſuale exiſtimatur, hoc ꝓuenit ex noſtra ignorantia, ut recte etiam Boëtius oſtendit in quarto de Conſolatione. Quare in hoc Peripateticos nõ ſequor. Verùm & in alio mihi uidet̃ eſſe nõ minor difficultas. Ponit enim contingentiam in particulari: in uniuerſali autem eſt neceſſitas, quia Liberum arbitrium ſecundũ Indiuidua eſt liberum, in uniuerſali tamen eſt neceſſariũ. Et ut apertius intelligatur, quod dicere intendo, quilibet homo adultus, & cui intellectus non eſt ligatus, poteſt peccare & non poteſt peccare: neceſſe eſt tamen & aliquem hominem peccare, & iterum neceſſe eſt, aliquem

liquem hominem non peccare. Indeter minate autem conſimiliter eſt in poteſtate cuiuſuis, non impediri coire et nõ coire: neceſſe eſt tamen aliquem coire, indeterminate tamen. Aliter enim ſpecies humana periret, & ſic non conſtaret mũdus. Similiter niſi aliquis peccaret multæ uirtutes perirent, ut miſericordia uenia, pietas, & ſic ulterius diſcurrẽdo. Hoc autem dici non poteſt, cum ſint talia de perfectione mũdi, neq; unquam fuit, neq; unquam erit mundus ſine his, quia neceſſe eſt aliquem peccare & aliquem non peccare. Verùm iſta dicta mihi uidentur pugnãtiam includere. nam ſi eſt neceſſe, peccatum eſſe, et eſſe contra rationem peccati quod ſit neceſſarium. Quoniam peccatum meretur uituperium et pœnam. ubi autem eſt neceſſitas ſecundum ſic opinantes, neq; laus neq; uituperium eſt: quia neq; præmiũ neq; pœna. Eſt ergo oppoſita implicare quod ſit neceſſarium ut ſit peccatum. In formali enim ratiõe peccati includitur Liberum arbitrium et contingens, hoc uerò repugnat neceſſario. ſed huic for-

 te dici-

te dicitur, & etiam hoc firmatur à multis noſtris Theologis, uidelicet quod ſtat uniuerſali ineſſe neceſſarium qualibet ſingulari exiſtente contingenti, ueluti hęc: Quilibet homo exiſtit, eſt neceſſaria, cũ tamẽ quælibet eius ſingularis eſt contingens: & ſi tu es de neceſsitate es in aliquo loco, cum tamen quocunq; loco aſsignato, contingenter ſis in illo. itaq; neceſſe eſt aliquem peccare. Quilibet tamẽ homo cõtingenter peccat qui peccat, unde quod quidẽ Theologi dicunt quod homo exiſtẽs in peccato mortali abſolute non poteſt ſe cauere ab omni peccato mortali, quanq̃ à quocũq; peccato mortali poteſt ſe ab illo cauere. unde ad propoſitum neceſſitas et contingentia reſpectu unius determinati inuicem pugnant, ſed neceſſitas in uniuerſali et contigentia in particulari inuicem oppoſitionem non habent. ſtat igitur quod ſit neceſſarium aliquem hominem peccare, indeterminate tamen, cum hoc tamen quod quilibet qui peccat libere et cõtingẽter peccat. uerùm hæc mihi uidentur eſſe potius illu-

us illuſiones q̃ ſolutiones. Simile enĩ hoc eſt, ac ſi quis Rex conderet legem ut aliquis de ſubiectis ſuis de neceſsitate interficiat aliquem, quiſquis tamẽ eſſet ille qui aliquem interficeret puniretur pœna capitis: quoniam ipſe potuit ſe abſtinere, q̃niã alius hoc ſcelꝰ potuiſſet facere, nonne iſte Rex nedum iniuſtus, uerùm & fatuus haberetur? Talis autem eſt lex Dei ſecundum hos. Vult enim Deus de neceſsitate eſſe ſcelera, & tamen quicunq; facit ſcelus, libere facit ſcelus. Quare etiam iniuſte punitur, quod apud me nedum ridiculum eſt, verũ & in intelligibile. Quod dicitur autẽ aliquam vniuerſalem eſſe neceſſariam, qualibet ſua ſingulari exiſtente contingẽti, vtpote de illa: Quilibet homo eſt, quoniam neceſſario ſemper eſt vera.

Huic dicitur, quod ſi aliqua vniuerſalis eſt neceſſaria, & quælibet ſingularis ſit contingẽs, illa non dependet à Libero arbitrio. vnde ſi hominem eſſe depẽdet à Libero arbitrio, non eſt neceſſariũ hominem eſſe: ſi verò non depẽdet, eſt neceſſarium hominem eſſe, ſtante mun-

di æternitate, & quod ſit neceſſarium v namquanque ſpeciem eſſe actu. Vnde ſi neceſſarium eſt eſſe aſinum, eſſe aſini non dependet ſimpliciter ab intellectu & uoluntate humana. Quod autem neceſſe ſit aſinum eſſe in vniuerſali, & non in aliquo determinato aſino eſt, quoniam quilibet aſinus eſt ex materia compoſitus. Quare quilibet debet corrumpi: & ſic nullum aſinum neceſſarium eſt eſſe. Quia tamen in totum non poteſt corrumpi aſinus, niſi alij generentur, & hoc in infinitum. Si mundus eſt æternus, hinc eſt, quod neceſſarium eſt aſinum eſſe, licet nullus neceſſario ſit, cum quo tamen ſtat quod ineuitabiliter generetur determinatus aſinus. Refert enim b aſinum neceſſariò generari & ineuitabiliter, & quod neceſſarium b aſinum eſſe, vt de ſe notum eſt. Vnde vt paucis expediamus, dico quod in his quæ dependēt ex Libero arbitrio, veluti neceſſarium eſt eſſe in uniuerſali, ſic & in particulari: quoniam hæc pugnantiā includunt. Si uerò non dependent ex Libero arbitrio, ueluti neceſſarium eſt eſſe in vniuer-

niuerſali, ſic & in particulari, indetermi nate tamen: neq; eſſet neceſſarium eſſe in aliquo particulari, quãquam indeterminate tãtum: quoniam nullum ſingulare materiale poteſt eſſe æternum. Sed quanquam nullum ſingulare ſit æternũ in ipſis materialibus, non poſſunt tamẽ omnia ſingularia euacuari: ſed de neceſſitate corruptioni ſuccedit generatio, ſuppoſito, quod mundus ſit æternus, ſecundum vnamquanq; ſpeciem. Et quã quam indiuidua corrumpantur, non tamen & ſecundum aliqua determinata particularia impediri poteſt eorum generatio. Quare patet ſolutio ad inſtantiam ſcilicet ſi hominem eſt neceſſariũ eſſe, non ſimpliciter eſſe hominis depẽdet à Libero arbitrio. Quod quidem fingi nõ poteſt de uirtute & uitio, cum iſta ſint ex Libero arbitrio. Quare ſi in illis uniuerſalis eſt neceſſaria, ſingularis non eſt contingens: non tamen quælibet ſingularis poteſt impediri, imò multa ſunt, quæ impediri non poſſunt, aliter ſuum eſſe vniuerſale non eſſet neceſſarium. Aſt omne peccatum impediri

poteſt, cũ procedat ex Libero arbitrio. Cumq́ dicebatur, quod exiſtente neceſſarium eſt te eſſe in loco: quocunq́ tamen loco aſsignato, in illo contingẽter es. Huic dicitur, quod in hoc eſt & aliqua libertas, & aliqua non eſt, quãtum ad locum determinatum liber es: quoniam deducto impedimento in quocũque loco eſſe potes: eſt & non libertas, quoniam ſimpliciter non potes te abſoluere à loco: vnde ſi ab uno abſoluis, in alterum ingrederis, ut manifeſtũ eſt. Secus eſt de peccato: quoniam ſi unum euitas, non de neceſsitate alterum committis: neq́ ſi unus homo non peccat de neceſsitate alter peccat. Quia cum homo euitans unum peccatum non de neceſsitate facit alterum peccatum: neque ſi vnus homo nõ peccat, de neceſsitate alter peccat, ideo non eſt neceſſarium, aliquem hominem peccare, aſt neceſſarium eſt, te eſſe in aliquo loco dum es: quoniam ſi unum locum deſeris, in alterum te transfers. & neceſſe eſt aſinũ eſſe, quoniam uno corrupto de neceſsitate alij generantur: quoniam hoc non depen-

depēdet ex Libero arbitrio. non igitur fuit conueniens ſimilitudo. Tertia ratio contra Ariſtotelem eſt, quoniam Ariſt. habet duo principia inuicem repugnātia, & quæ nullo modo coire poſſunt. tenet enim quod cauſa ſiue naturali ſiue uoluntaria eodem modo ſe habēte, ex ea tanq̃ ex cauſa adæquata, non poteſt peruenire diuerſitas effectus. unde ex hoc uoluit motum eſſe æternum, & nunq̃ incepiſſe: quoniam ſi motus incepiſſet, cauſa motus aliter ſe habuiſſet q̃ prius. Cumq; iſta diuerſitas non poſsit eſſe abſq; motu: tunc ante primam mutationē eſſet mutatio, ut dicitur 8. Phyſi corum. Ex alia autem parte, ut patet 3. Ethicorum, voluit uoluntatem eſſe dominā ſuorum actuum, & poſse in duo contradictoria. Igitur ipſa uoluntas eodem modo ſe habens, ſine aliquo limitante, poteſt diuiſim in quācūq; partem contradictionis. Hoc autem manifeſte repugnat primæ poſitioni, vt manifeſtū eſt. Quod ſi dicit, uolūtas humana bene poteſt in duo oppoſita ſine aliqua determinatione, nō tamē diuina uolun

tas, patet iſtud non eſse in primis ad intentionem Ariſt. quoniam Ariſtoteles & Commentatores Auerrois & Themiſtius uolunt iſtud uerificari non poſſe, neq; de uoluntate humana neq; de alio. Amplius, quoniam ridiculum eſt dicere uoluntatem humanam poſse hoc facere, & non uoluntatem diuinā, quandoquidem hoc arguat perfectionem, et uoluntas diuina imperfectione non eſt conferenda humanæ. Quod ſi dicitur, ſi Deus de nouo moueret, de nouo uellet, quare in Deo eſset nouitas. Apparet in primis hoc non eſse ad mētem Ariſtot. Non enim innititur huic medio ſcilicet, quod ſi Deus de nouo moueret mutaretur: ſed illi medio innititur, ſcilicet ante primam mutationem eſset altera mutatio prior. Sed manifeſtum eſt illud non ſequi: quoniam dicerē, motum extrinſecum præcederet noua uolūtas in Deo: illam autem nouam uolūtatem non præcederet alia mutatio. quod ſi dicatur, quod imò, quoniam noua mutatio præſupponit alteram mutationē, videlicet per prædicta iſtud non eſse uerum:

rum: quoniam ut dicit poſitio, uolũtas eodem modo ſe habens ſine aliqua mutatione præcedente, & nulla diſparitate poſita ex parte ipſius, vel alterius, poteſt indifferenter in quamcunque partem contradictionis. non igitur ad hoc, quòd uoluntas nouum uelit, requiritur aliquod aliud prius mouẽs ad iſtud uel le ipſam uoluntatem. quare non ante mutationem neceſsarium eſt eſse aliam mutationem. Præterea ſi uoluntas humana nulla cauſa impellente, poteſt in ſe producere nouã uolitionem. Quare uoluntas diuina nulla cauſa impellẽte non poteſt de uno agere ad extra? certe nihil rationabiliter dici poteſt. Verùm quoniam de hoc ſatis abunde dictum eſt in primo huius, ideo aliud in præſentiarum non adducam. Vnde propter hæc fundamenta mihi uidetur, quod opinio Ariſtot. non ſit conueniẽs, unum igitur fundamentorum eſt, quod caſualia & quæ accidunt, ut ipſe dixit, ex neceſsitate materiæ non cadunt ſub diuinam prouidentiam. Secundum eſt, quoniam ſi Deus de neceſsitate agit, & ex

ſua actiõe, neceſſe eſt omnia iterari ſpecie infinita, quomodo ſaluabitur Liberum arbitrium? Sic enim neceſsitati ſubijcietur, quemadmodũ deductum eſt.

Tertium eſt, q̃modo iſta ſimul ſtant, quod ſi quod nouum incipit, noua cauſa incipit, quæ noua eſſe non poteſt, niſi per alium motum præcedentem, & tamen voluntas poteſt exire diuiſim in actus oppoſitos, non per diuerſam cauſam, imo præciſe per eandem. Quare, vt deductum eſt, poteſt eſſe nouitas non ex alia nouitate præcedente, quod manifeſtè repugnat alteri parti, ſicut abunde in primo contra Alexandrum deductum eſt. Quare huic opinioni non aſſentio, non tantum quoniam repugnat religioni Chriſtianæ quæ ueriſsima eſt, verùm quoniam ſtando in puris naturalibus non uidetur mihi ſuſtentabilis, & pugnãtiam includere. Quanq̃ multos uidi & legi, qui credunt Ariſtoteli omnia fato prouenire ſenſiſſe, inter quos eſt Cicero in libro de Fato. Mihi autem videtur, quod Ariſtoteles ſibi contradixit, quod apertè negat fatum, ut manifeſtum

ſtum eſt in fine primi libri de Interpreta tione 6. & 9. Metaphyſicæ, & p omnes libros morales. Ex ſuis tamen principijs uidetur ſequi, quod omnia fato proueniant, veluti deductum eſt: quare ſibi contrarius videtur.

*Caput ſextum, in quo diſputatur de quinta opinione, quam lex Chriſtiana tenet.*

SEquitur quinta opinio, quæ eſt religionis Chriſtianæ: & quanquam iſta opinio varijs modis declaretur, prætermittere intendo quoſcunque alios, & ponam modum, qui mihi uidetur. Si autem iſte modus nõ conſonat alijs modis cõmunibus, nihil eſt mihi curę: quoniam modos quos non intelligo, nolo ponere, neq; approbare vel refellere. Sed uti ego opinionem intelligo ſic ponam. Opinio igitur fidei Catholicæ ſecundum quod exiſtimo hæc eſt: Deus cunctorũ tam caducorum quã non caducorum, tam in ſingulari quàm in vniuerſali, tam caſualium quàm non caſualium

ſium, prouidentiam certiſsimã & infallibilem habet, nihilq́ eſt vel fuit vel erit vel poterit eſſe, de quo ſcientiam Deus non habeat & prouidentiam: & cũ hoc toto ſtat Liberum arbitriũ humanum.

Vnde per has conditiones differt hæc opinio ab omnibus alijs. Differt enim à prima, quoniam negat Deum eſſe. differt à ſecunda, quoniam quamuis ſecũda ponat Deum eſſe, negat tamẽ ipſum Deum prouidentiam habere. differt à tertia, quoniam apud tertiam non habet Deus prouidentiam de ſublunarib. differt à quarta, quoniam ſecundũ quartam, & ſi Deus habet prouidentiam de ſublunarib. non tamen in ſingulari, ſed tantum in uniuerſali. differt à ſexta quoniam ſtantibus illis conditionibus non poteſt eſſe Liberum arbitrium, quia ſic differt ab omnibus alijs. Quomodo autem cum certitudine diuinæ prouidentiæ ſtat Liberum arbitriũ, mihi uidetur veluti diximus in enumeratiõe harum opinionum, iſto modo hæc ſe compatiuntur: quoniam diuina prouidentia in quantum reſpicit futurum contingens

& ut

& ut eſt in ſuis cauſis, non plus cogno-ſcit uel prouidet niſi qualiter contingē-ter eueniet, ſic quod ut ſic poterit eueni-re, & nulla pars contradictionis eſt de-terminatè ſcita, imò ſecundū iſtam con-tradictionem abſtrahit uel potius præ-ſcindit à determinatione partis. Veluti ſcire de Socr. qua animal eſt nō oportet ſcire, niſi quod eſt ſubſtantia animata ſenſitiua, & ſi ſciretur quod eſt etiam ra-tionalis, non ſciretur tātum qua animal eſt ueluti manifeſtum eſt. neq; iſta noti-cia dicitur potentialis quātum ſpectat ad iſtam conſiderationem. Imò eſt de-terminatiſsima, ut ſtat ſub iſta conſide-ratione. ſi autē ſciretur de Socrate, quan-tum ſpectat ad eſſe animal, quoniam tā-tum eſt ſubſtantia, uel uiuēs, bene eſſet in potentia. Eſt igitur prouidentia Dei certiſsima & determinata ſecundum i-ſtum reſpectum. ſi uerò conſideretur fu-turum, non ut eſt in potentia & in ſuis cauſis, ſed ut erit extra ſuas cauſas & de-uentum ad actum: ſic Deus cognoſcit determinatiſsime illam partem, & ſua infinita æternitate circuit omnem tem-

poris

poris differentiam, & omne momentũ, ſicut etiam res pręſens vel præterita eſt determinata. Quare cum Dei prouidẽtia optime ſtat libertas uoluntatis. nam res non eſt proprie ſub prouidentia, niſi quatenus reſpicit futurum: verùm quatenus reſpicit futurum nulla determinatio eſt, niſi ex Libero arbitrio determinetur: neq; ut ſic plus reſpicit diuina ꝓuidentia, quoniam ſic plus reſpiciendo eſſet falſa & fallibilis, nam aliter cognoſceret quàm exigit natura rei, quod eſt omnino impoſsibile: ſic etenim impoſſibilia poſſent cognoſci. Neq; ſequitur Dei notitiam eſſe imperfectam: imò aliter cognoſcendo eſſet imperfecta. cum hoc toto tamen ſtat, quod Deus determinatiſsimè cognoſcat unam partem contradictionis. Verùm non qua futura eſt, ſed qua eſt extra ſuas cauſas ad modum declaratum. Iſte igitur videtur mihi modus intelligibilis & conſonans veritati, qui quanquam taliter non exprimatur ab alijs, puto tamen eorum eſſe hunc intellectũ, & maximè diui Thomæ, ut ego exiſtimo. & quanquam modus

dus iſte uideatur facilis et intelligibilis: multas tamen habet difficultates, quas comuniter doctores adducunt, de quibus in quarto uolumine huius libri dicetur. In pręſentiarum tamen adducam quatuor, quæ mihi uidentur eſſe maiores & pręcipuę aduerſus hunc modum ſic intellectum. Prima eſt, de qua diximus in priori capitulo, & hæc omnium difficultatũ mihi uidetur eſſe maxima, in hac materia: quoniam Deus cognoſcens futurum contingens, qua futurū, non plus cognoſcit, nec habet neque poteſt cognoſcere, niſi quod poteſt euenire, & non euenire: quoniam natura contingẽtis eſt indeterminata, resq; cognoſci non poteſt, niſi ſecundum ſuam naturam. Quæritur igitur, à quo erit iſta determinatio, an igitur à Deo vel à voluntate ipſa? Si à Deo: inferebantur duo inconuenientia. Primum, quoniã ſi Deus dat, quod cõtingenter agat voluntas, & etiam determinat uolũtatem ad iſtam partem vel ad illam non erit igitur actus ille uoluntatis, ſed tantum Dei: & ex hoc ſequitur ſecũdum quod

eſt contra dicta in declaratione poſitio-nis, ſcilicet quod Deus ſecundum illam conſiderationem qua futurum, eſt ut futurum, determinatam partem cognoſcit. Nam ſtultum eſſet dicere, ſi determinatio eſt ab ipſo Deo, quod neſciat partem, quæ determinate erit. Si uero ponatur, quod determinatio fiat à uoluntate, & non à Deo, non minus et duo incommoda ſequuntur. Primũ erit, quod aliquod erit, cuius Deus non eſt cauſa, & ſic Deus non erit omnium cauſa prima & uniuerſalis. ex quo ſequitur & ſecundum, uidelicet quod neq; pars iſta determinata à Deo determinate cognoſci poteſt, ſua etiam æternitate: quoniã quicquid à Deo cognoſcitur, ſi ipſum cognitum non eſt ipſe Deus, eſt Dei effectus. nam omnes conuenerũt in hoc, qui Deum aliud extra ſe cognoſcere affirmauerunt, quod illa cognoſcit: quoniam ſunt effectus Dei. Cum itaq; per cõceſſa illa determinatio non ſit à Deo, ſed à uoluntate, Deus illud cognoſcere non poteſt, quod dictis contradicit. Dictum eſt enim, quod futurum ut eſt de-

termina-

terminatū, et extra ſuas cauſas ſic à Deo determinate cognoſcitur. quod ſi dicatur, determinationem fieri à Deo & à voluntate, ut uidetur dicere Auguſtinus, cui & Poſteriores conſentiunt. Quærebatur aūt igitur in iſto actu aliquid eſſe, quod non ſit à Deo aut nihil. Si aliquid eſt: ſtat argumentum prius. Si nihil eſt: aut Deus dirigit voluntatem aut uolūtas Deum: quoniam non ſunt agentia æquè primo & unius rationis. Secundū eſt nephas dicere, ergo primū: ergo tota determinatio eſt à Deo, & voluntas eſt merum inſtrumentum, quare tota actio Deo attribuetur: & ſic in uoluntate neque meritum neq; demeritum. Ex quo vlterius ſequitur, quod Deus & in prima conſideratione ſcit determinatā partem, quod repugnat dictis. Hæc itaq; eſt apud me prima & maxima difficultas. Secunda eſt, quoniā, ut dicunt Chriſtiani, ſi quis uiderit proximum ſuū errantem, & poſsit ipſum eruere ab onere & non eruit, homicida eſt. Cum igitur Deus omnia cognoſcit, poteſtq; unum quemq; errantem ab illo errore remo-

uere, cur igitur non remouet? & quare ſi Deus non remouet nõ eſt peccatum in Deo? In homine autem eſt peccatũ? quanto magis aliquis plus ſcit & plus eſt; tanto magis tenetur errantes dirigere. Tertia difficultas eſt, quoniam Deus non ſolum delinquentes remouet ab errore, uerum omne inducens ad errandum ante oculos, ut ita dicam, ponit. Dedit enim uoluntatem peccabilem, et intellectum caliginatum coniunxit voluptatibus; appoſuit omnia inducentia ad peccatum, vt patet conſideranti per omne uitium. Nam in uoluptatib. Venereis induxit omnia facientia ad uoluptates, & maximam facilitatẽ: uirtutes autem fecit cum omni triſticia et pœna, vt ſi quis intẽte conſiderauerit, videtur q̃d Deus de induſtria voluerit omnes peccare, & tam difficiles atq; cum tanta triſticia fecerit uirtutes, vt homines ab ipſis repellat. Adde, quod ſi aliqui eas uoluerint proſequi, ab omnibus inſectãtur: vndiq; anguſtias, labores & dolores patiuntur, & multoties crudeliſsimè trucidantur, quaſi Deus ſic eos puniat,

hiat, quoniam virtutes inſequuntur. Ex altera autem parte flagitioſi honorantur, timentur, cuncta ſibi proſpera ſuccedunt, quaſi Deus homines inuitet ad flagitia, & repellat à virtutibus. neq; uidetur opus eſſe diabolo et ſua ſocietate: quoniam ſat ſunt obſtacula, quæ Deus poſuit virtutes proſequentibus, & incitamenta poſita à natura ad uoluptates ipſas. Superfluũ enim uidetur ponere talia: quandoquidem illa nedum ſufficiant, verum & ſuperflua uideantur.

Quarta difficultas eſt, quoniam ſtante vniuerſo, vt ſtat, ſcilicet quod rariſsime ſint uirtutes & paucisſimi ſunt boni, mali autem vndecunq; perfluant, & omnes homines fere ſint mali, ut in centum mille annis vix vnus bonus reperiatur: aut igitur melius eſt, ſic mũdum conſtare ſecundum contrariam diſpoſitionem uidelicet, aut quod nullus malus reperiretur vel ſaltẽ eſſet modo contrario, uidelicet quod rariſsime eſſent mali, ſicut nunc rariſsimi ſunt boni, & quaſi omnes eſſent boni. Si detur ſecundum, cum iſtud uideatur eſſe poſsibile.

Poſſet enim Deus hunc ordinem peruertere. Nõ enim uidetur, quod obſtet, cum natura de poſsibilibus ſemper faciat, quod melius eſt: mirum eſt cur Deus hunc ordinem non fecerit. namq; optimi eſt optima adducere, vt dixit Plato in Timæo. Si verò detur primum, uidelicet quod melius eſt vniuerſum eſſe cũ iſto ordine: nam niſi eſſet iſte ordo, multæ preclariſsimæ uirtutes perirent, vt iuſticia, miſericordia, pietas, clementia, & ſic de reliquis, quæ eſſe non poſſunt abſque peccatis. Amplius, quoniam virtutes non eſſent â Deo præclarę. Si namque tantũ eſſet auri apud homines quãtum eſt de ferro, & ferrum eſſet ita rarũ veluti aurum: tunc mutaretur eorũ exiſtimatio, ueluti notum eſt. quare melior uidetur iſta diſpoſitio in vniuerſo q̃ illa altera. Quare Deus iſtam uoluit & non alteram. & huic ſententię adhæret Plato in Timæo. Dixit enim mundum meliorem diſpoſitionẽ habere non poſſe q̃ habeat, quoniam ab optimo & ſapientiſsimo gubernatur & diſponitur. Si igitur, inquam, ſic eſt, Deus determinatiſsi-

natiſsime & ineuitabiliter vult uniuerſam hanc diſpoſitionem pati: non poteſt autẽ vniuerſum eſſe ſub hac diſpoſitione, niſi maior imò plurima pars hominum peccet, neq; quis ſanę mẽtis poteſt finem intendere, niſi & per ſe ordinata in illum finem intendat. Vult igitur homines ſic peccare ut peccant, & homines ſic peccantes proſequuntur ordinem ſibi à natura & à Deo inditum: quia non uidetur eſse in poteſtate hominũ, ſic ire uel nõ ire, ſic velle et nolle, ſed eſse totum in ipſo Deo ſic ordinante & diſponente. Quare uidentur fato omnia ſubijci, & ut ſint prçuiſa & ordinata à Deo ſic fieri. Aliter enim uidetur eſse neceſſarium, quod non: quia Deus uidet ſic, ideo ſic futurum: ſed quoniam ſic futurum eſt, ideo ſic Deus uidet, & ſicut dicit Boëtius in quinto de Conſolatione, ſcientia Dei & eius prouidentia dependerent à rebus, & non res ipſæ à Deo, quod abſurdiſsimum uidetur. Sic enim Deus moueretur à rebus neq; eſſet autor totius entis, quod nephas de Deo cogitare. quãquam Origenes hu-

ic ſententiæ, ſuper epiſtola Pauli ad Romanos uideatur fauere: dicit enim non quia Deus ſcit te peccaturum, ideo peccabis, ſed quoniã tu peccabis, ideo ſcit te peccaturum. Multa quoq; alia ſunt aduerſus hanc opinionem, de quibus infrà ſuo loco dicetur.

*Caput ſeptimum, in quo diſputatur de ſeptima & ultima opinione recitata, quæ eſt Stoicorum ſententia.*

SVpereſt igitur in hoc ultimo capite huius ſecũdi voluminis ſeptimã pertractare opinionem, quam Stoici tenuerunt. Dicit itaq; iſta opinio quod omnia ſunt præuiſa à Deo p̃ordinataq;, & q̃niam ſic ſunt prǫordinata, ita erunt. Nihilq; eſt, quod talem prouidentiam ſubterfugiat, ſiue æternum ſiue nouũ, ſiue in vniuerſali ſiue in particulari. quo fit vt nihil in ordine ad diuinam prouidentiam ſit caſuale uel improuiſum, nihilq; eſt in nobis ex nobis, ſed tantum eſt à Deo, ſic diſponente & præordinãte: non

te:non enim uoluntas noſtra mouet ſe, niſi quoniam ſit mota à Deo, quoniam eſt Dei inſtrumentum. Hæc autem opinio videtur ſuſtentari ſuper rationibus quæ adductæ fuerunt aduerſus alias opiniones:nam negare Deũ, ut fecit Diagoras, uel dubitare Deum eſſe, vt Prothagoras, uidetur extrema inſania. Ponere etiam Deum eſſe & non cunctis ꝓuidere et maxime hominibus, vt Epicurus et Cicero poſuerunt, eſt dicere ignẽ eſſe & nõ eſſe calefactiuum. quid enim aliud eſt Deus quã cuncta proſpiciens & cuncta fouens & regulans. Ponere etiam Deum prouidentiam habere æternorum & non caducorum, veluti Chalcidius attribuit Ariſt. eſt aliquem cognoſcere inſtrumentum, & ignorare opus & finem inſtrumẽti. dicere etiam caduca tantum in vniuerſali cognoſcere & ignorare in particulari, eſt non perfecte rem factionem terminatè cognoſcere, ſed diminute. Quare neq; Deus perfecte erit cauſa ſingularium & multa alia, quæ adducta ſunt aduerſus quartam opinionem, quæ proculdubio eſt

opinio Ariſtot. affirmare autem, ut dicit quinta opinio: eſt autem pugnantia dicere aut fatum confiteri. vnde ſi quis intente illam opinionem conſiderauerit, videbit quod quanto magis opinio illa nititur deſtruere fatum, tanto magis conſtruit fatum. Dumq; fatum effugit, improuiſo in fatum incidit. Ponit enim Deum certitudinaliter cuncta operari, nihilq; ſine ipſo mouente fieri poſſe. & omnia eſſe Dei inſtrumenta, oia à Deo dirigi & ſecundũ quod ab ipſo diriguntur, operari: & tamen dicũt velle & nolle eſſe noſtrum. qui igitur fieri poteſt, ut hoc ſecũdum ſtet cum primo, quia ſibi implicat & ſeipſam deſtruit. cumq; ulterius quæriť, ſi in nobis eſt uelle & nolle, quod natura indeterminatũ eſt, certe & determinate à Deo cognoſcitur. dicunt rem non cognoſci ſecũdum naturam rei cognitæ, ſed ſecũdum modum cognoſcentis, quod certe intelligibile eſt, quandoquidem cognoſcens & cognitum adæquari oporteat: ſic enim impoſsibilia à Deo ſciri poſſent. Cum etiã quæritur, ſi quid à Deo comprehenditur

tur

tur, neceſſe eſt eſſe: comprehenditurq́ꝫ Socratem peccaturum, quomodo igitur Socrates poteſt ſe à peccato cauere? dicunt eſſe neceſſitatem conſequentiæ non conſequẽtis, quod vtinam tam bene intelligeretur quã bene inuoluitur, videnturq́ꝫ potius eſſe illuſiones iſtę q̃ꝫ reſponſiones: quia ſi nulla dictarum opinionum videtur ſatisfacere, nullusq́ꝫ modus reſtat niſi dicere omnia fato & ineuitabiliter fieri: ideo per ſyllogiſmũ diuiſiuũ neceſſariũ eſt cõfiteri oĩa fato & ineuitabili ordine diuinę ꝓuidentiæ gubernari, nihilq́ꝫ ĩ bonis eſſe, quod fato non impellatur. Aduerſus hanc opinionem multa adduxit Alexãder, de q̃bus in volumine primo huius libri viſum eſt: ideo nunc non eſt opus ea repetere. Sed volumus nunc videre de illis quatuor rationibus, quæ in primo capite huius ſecũdi voluminis adduximus aduerſus hanc opinionem. nam ſic magis veritas apparere poterit. Prima itaq́ꝫ difficultas, meo uidere maxime omniũ eſt: quoniam ex iſta videtur quod euitari non poſſumus, quin Deus omnium

vitiorum fomes ſit & patens ſentina: & reuera primo aſpectu hæc opinio uidetur maximè improbabilis propter hãc rationem, verum autẽ perſpicienti, non minus hoc uidetur ſequi ad omnem opinionem affirmatam Deum omnium prouidentiam habere, ueluti quarta & quinta opinio uolunt, & maximè quinta: quoniã aſſerit Deũ nõ tantũ in vniuerſali, uerùm & in particulari, cunctorum ſolicitudinẽ habere. In primis igitur conſiderare oportet inæqualitatem exiſtentem in rebus uniuerſi, & primo in ipſis intelligentijs, cum ut comuniter exiſtimatur, nõ ſint duæ intelligẽtię eiuſdem perfectionis, uerùm una eſt altera imperfectior, et una ſubditur alteri. Conſimile etiam eſt in corporibus cœleſtibus, ut eſt oculo uidere. Vnũ enim continetur ab altero, & quaſi inferius à ſuperiori rapitur. deſcendamus poſtea ad ſublunaria, uidebimus quatuor elemẽta diſparia imperfectione & uirtute: deinde accedemꝰ ad mixta imperfecta, poſtea ad inanimata perfecta: deinde ad plantas, deindę ad uiliſsima anima-

lia, donec veniamus ad naturam huma nam, quæ inter ſublunaria: & comuniter tenetur, eſt perfectiſsima, ut ſic diſcurrēti per omnia uidebitur quod non eſt reperire duas ſpecies, quæcunq; ſint illæ quæ ſint eiuſdem perfectionis.

Quæritur igitur, an diuina prouidentia ſic faciēs, iuſtitiā an iuſtitiam ſeruet. Vnde igitur eſt, dicet aliquis, quod prima intelligentia eſt ita perfecta & cunctis alijs dominatur: vltima uerò eſt tā ſubiecta & tam infima, in illo genere? Si enim cūcta ex nihilo ſunt, ſiue de nouo ſiue ab ęterno, quid plus fecit prima intelligētia Deo q̃ ultima? ſimiliter q̃d fecerunt plus ſuperlunaria q̃ ſublunaria, ut illa ſint ęterna, hęc uerò corruptione obnoxia inter ſublunaria? quid plus fecit homo quàm reliqua, ut homo cunctis dominaret̃, reliqua uerò eſſent ſubiecta? & ſic de reliquis ſuo modo dicatur. & profectò niſi uelimus incidere in errorem, quem quidā Origeni aſcripſerunt, ſcilicet quod omnia à principio erant æqualia, & ex peccato nata eſt tanta diuerſitas ſecūdum diuerſitatem peccatorum,

catorum, quod ridiculoſum eſt, oportet dicere hoc prouenire ex natura uniuerſi, & non ex Dei iniuſtitia: imò magis ex Dei iuſtitia. Cũ em̃ uniuerſum uniuerſas perfectiones contineat, ex ſua natura eſt, ut tãtas habeat diuerſitates. quod ſi in aliquo particulari, & in ſe cõſiderato non uideatur eſſe iuſtum, ſi tamen conſideretur in ordine ad uniuerſum, uidetur eſſe iuſtũ, ueluti & in uno animali uidetur eſſe iuſtũ, ut inteſtina recipiãt feces, & ſint cloaca omnium aliorum membrorum, quæ feces ad ipſa tranſmittant: cum tamen utile ſit hoc & inteſtinis & alijs mẽbris, niſi em̃ inteſtina feces reciperent, nõ eſſent inteſtina.

Ordo igitur uniuerſi exigit tantam diuerſitatem, nulla exiſtente iniuſtitia uel enormitate in Dei prouidentia: quare aliquod dominans & aliquod dominatum, aliquod æternum, aliquod caducũ eſt, & ſic de cæteris diuerſitatibus, quas enumerare prolixum & tędioſum eſſet. Vlterius conſideremus in uniuerſo aliud, in quo magna uidetur eſſe ĩiuſticia, in ipſa natura. Videmus enim elementa

corrum-

corrumpi immixta, & mixta inanimata corrumpi in plantas, & ex plantis nutriri animalia, & unum animal eſſe ordinatum in eſcam alterius animalis, & tādem omnia infra hominem ordinari in ipſum hominem: & quod crudeliſsimū uidetur, animal innocens ſit eſca animalis nocentis: homo quoq; ingratiſsimū uidetur animalium, qui cum longo miniſterio uſus fuerit bobus, cū amplius animal innocens factum eſt inutile pro miniſterio, homo ipſum deuorat, oſſa undiq; cōterit, ꝑ aliq̄ inſtrumēto coriū dilaniat & ſic de ſingulis. hæc tamen fiunt ex natura ſic ordinante, neq; tamen Deus & animalia īiuſta appellata ſunt. Videamus etiam in uniuerſo unum alterum, quod certè intentè conſideranti non uidetur eſſe niſi ludus deorum, ueluti eſt ludus pilæ apud homines. Videmus em̄, quod Sol continuè oritur in mane, & in ſero occidit, & ſic continuè reiterat: ignis aërem corrumpit, modo aër ipſum ignem, quaſi ultus, & ſic ſucceſsiua uiciſsitudine elementa corrumpuntur in mixta, & denuo mixta uice

uerſa

uerſa in elemēta. Eſt enim perinde ac ſi quis ex multis lapidib. conſtrueret domum, qua cōſtructa, corrumperet eam, & ex ea faceret lapides: & iterato ex lapidibus domum conſtrueret, deinde eam deſtrueret: & ſic ſucceſsiue & perpetua uiciſsitudine. Nonne etiam ludus deorum uidetur, quod tanto ingenio & tot adminiculis generet hominem. Eſt enim adminiculum organorum accuratiſsimꝰ homo, & ſtatim facto homine aliquando corrumpat. Nonne enim Deus ut ſimilis Architector qui multa opera & impenſa conſtruxiſset aliquod palatium pulcherrimū in nullo deficiēs, & ſtatim confecto palatio erueret ipſum, nōne hoc aſcriberetur inſaniæ architecti. Non minus & intelligibile uidetur, an ſit ludus an inſania, an inſipiētia, hominem perducere ad ſumum culmē, & quando primum limen attigerit ipſum eijcere, & in profundum demittere. & infinita poſſent adduci, quæ aut inſaniā aut crudelitatem, aut ludum, aut aliud ſimile in Deo arguere uidentur, quæ tamen omnia ſaluantur: quoniam ſic exigit uni

git uniuerſi natura. Quare ſi uniuerſum bonum eſt, omnia hæc uidẽtur eſſe bona. Vnde ſi quis & humanam naturam conſiderauerit, uidebit talia dicenda in natura humana, quæ & in uniuerſo dicuntur: humana enim natura eſt quoddam vniuerſum. Cum enim mediũ ſit inter æterna & corruptibilia & generabilia, vtramq; naturam debet continere. Vnde debent eſſe aliqui homines ueluti dij, quales uidemus Prophetas & viros optimos, nõ quidem ſimpliciter, ſed ſecũdum quod ſuſtinet fragilitas & natura humana, aliqui velut animalia innocentia, aliqui velut ſerpẽtes, aliqui velut tigres, aliqui uelut leones, aliqui velut vulpes, aliqui ut lapides & de ſingulis. hoc igitur exigit natura humana, neque propter hoc defectus aliquis eſt Deo aſcribendus, ſicut neq; in ipſo uniuerſo quanq; tãta uideatur eſſe diuerſitas in ipſo uniuerſo. Quod igitur dicebatur, Deum eſſe iniuſtum, crudelem, imitem, & ſic de reliquis, dicitur minime illud ſequi: quoniam quod talia ſint in uniuerſo, non eſt ex defectu Dei, ſed

eſt ex

eſt ex natura vniuerſi ſic exigente. Dicimus tamen aliquod animal eſſe crudele, aliquod mite, & ſimiliter de homine: quoniam vnus homo eſt perfectior, & imperfectior altero, & ſic de ipſis animalibus. Vnde ſi Deus demonſtretur eſſe misericors vel crudelis, quoniam tales operatiões dat hominibus, cum iſta etiam reperiantur ſuo modo in animalibus, & nõ eſt dubium etiam apud alios iſta dari ex natura. Deus igitur diceretur crudelis, quoniã dedit lupo, ut ouẽ animal ĩnocentiſsimũ deuoraret: & igni, ut ligna cõbureret. Vnde ſi ꝑ misericordiã et crudelitatẽ ĩtelligamus effectũ miſericordię & crudelitatis, ſic concedẽdũ eſt hęc eſſe in Deo: ſi uerò intelligamus ipſas paſsiones eſſe in Deo, ut in ſubiecto, ſic iſta ſunt à Deo relegata imò impoſsibilia: quia ſi Alex. dicebat opinionem Stoicorum reducere actus humanos in quendam ludum deorum, neq; ipſe Alex. ſecundum ſuam opinionem ab hoc incommodo euadet. Verùm ad hoc aliquis & ſubtiliter dicet, hanc reſponſionem minimè procedere. de illa

enim

enim inæqualitate quæ eſt in uniuerſo, uerum dicitur ſic à reſpondentibus: ſed de illa quæ in ipſis hominib. reperitur, ueritatem nō tenet. Pro quo ſcire oportet, in hominib. reperiri defectum & uirtutem extendendo nomē uirtutis ex natura, uel ex fortuna: ex natura quidem, utpote, q̄d ſit magnus uel paruus, fortis uel debilis, iracundus uel mitis, miſericors uel crudelis, ut etiam reperitur in beſtijs, quarum aliquæ ex natura ſunt piæ, aliquæ uerò ex natura ſunt crudeles: defectus autem & uirtutes ex fortuna ſunt, ut aliquis naſcatur nobilis uel ignobilis, diues uel pauper, & ſic de reliquis, modo tales defectus & tales uirtutes ſunt ex Deo & natura, neq; arguunt aliquem defectum in Deo. non enim ex eo quod Deus dederit leoni crudelitatem terribilem, imò & Socrati, ſi ſequitur ex principio natiuitatis, Deo attribuimus crudelitatem. Sunt uerò defectus & uirtutes, quæ ſunt ipſius uoluntatis, & conſiſtunt in electione, quæ nō poſſunt beſtijs ineſſe, neq; congenita eſſe hominibus, productiuumq; talis ele-

ctionis ſiue ſecundum defectum, ſiue ſecundum uirtutem dicitur eſſe bonum uel malum.non bonitate uel malitia naturali,in quibus nulla eſt culpa, uel meritum in his,in quibus hęc reperiuntur: ſed bonitate uel malitia morali,quæ laudem & uituperium meretur, & quibus debentur pœna & præmium. Quare ſi Deus eſſet horum cauſa effectiua,ut fingunt Stoici,Deus diceretur malus malitia morali, & uituperandus & blaſphemandus, quod horrorem inducit,nedũ in dicendo,ſed in cogitando. Quare ſimilitudo non fuit conueniens. Verùm quanquã primo aſpectu hæc impugnatio uideatur procedere:ulterius tñ conſiderando, nõ uidetur efficax: quoniam ut etiam ſuperius aliqualiter tactũ eſt, illi qui ex electione uel bene uel male operantur,hoc habent ex Deo. Nam uoluntas eſt mouens ſecundum inſtrumẽtale, quod modò ſic uel ſic mouetur: q̃niam ſic à principali mouetur. quod ſigitur bene uel male ſe habeat,hoc eſt,q̃niam bene uel male ſic principalis dirigit: quod & experimento cõprobatur.

Nam

Nam recta eligētibus Deus dat omnia quæ faciunt ad bonam electionem: mala autem eligentibus omnia dat conducentia ad malam electionem. Quis eñi uidit unq̃ hominem iracundiſsimum à natura, qui nō fureret? quod ſi aliquādo contingat non furere talem, hoc prouenit: quoniam Deus oppoſuit obſtaculū maius, quàm ſit potentia, quam habuit à natura utpote infirmitatem, uel aliq̃d prohibens. ex induſtria enim Deus uidetur dediſſe diuerſas diſpoſitiones in hominibus, & diuerſa promouentia & ꝓhibentia, ut diuerſæ eſſent electiones & operationes ipſorum hominum. ueluti aucupes diuerſa tendunt retia & diuerſis utuntur ingenijs ut diuerſas aues capiant. Quare totum attribui uidetur Deo & non homini ipſi: quod et probatur ſecundum cōceſſa ab aduerſarijs, diuerſæ à Deo & à natura ſunt diſpoſitiones datæ ipſis hominibus, quæ promouent ad diuerſa uitia uel uirtutes. Aliqui enim ſunt proni ad Venerea, aliqui ad iram, aliqui ad aliquod alterum, & ultra hoc à Deo, & à natura extrinſecus

dantur promouentia ad talia uitia,vt aliquis ex natura erit Venereus, & neceſſario habet conuerſationem pulchrarū fœminarum,ut contingit. Quęritur igitur,cum iſta naturaliter moueant ad Venerea,aut igitur labetur in tale peccatū, aut non.Si ſic, habetur intentum: quoniam hoc eſt ex ordinatione Dei & naturæ,quę ſic diſpoſuerunt.Si verò non, actio Dei videtur eſſe uana & ocioſa,cū non uideantur iſtæ diſpoſitiones in aliud ordinari,quàm in talem lapſum.Præterea Deus vult miſericordiam ſecūdū aduerſarios & pœnitentiam,& multa alia quæ eſſe non poſſunt abſq; eo quod peccatum præceſſerit. Verùm non poteſt deſiderari finis, niſi ea quæ ſunt de neceſsitate finis, deſiderentur. Cùm itaque tales uirtutes ſint per ſe intentæ à Deo, ergo & media erūt per ſe intenta, & hæc autem ſunt peccata:ergo peccata ſunt per ſe intenta. Firmatur & hoc: quoniam martÿriū eſt de maximè Deo placentibus. Nam precioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius.Martÿrium autem non poteſt eſſe abſq; ſæuitia

uitia & crudelitate, ergo ſæuitia & crudelitas Deo placent in ordine ad ipſum martyrium. Quare & in ordine ad perfe ctionem uniuerſi crudelitas & ſæuitia facta ſunt, & à Deo præordinata. Sed ad hæc fortaſsis quis diceret, miſericordiam & pietatem, martyrium, & deniq; talia quæ ſine præcedente peccato eſſe non poſſunt, Deo placere non abſolute, ſed tantum ex conditione, videlicet quod vbi cognoſcit homines peccaturos, morbo parauit medelam, videlicet miſericordiam & pietatē, & vbi cognouit crudelitatem tyrannorū ex tanta crudelitate, tam magnum bonū excerpſit, veluti eſt martyrium. Verùm hæc non videntur ſatisfacere difficultati: quoniā ſic iſtæ uirtutes in primis non eſſent per ſe intentæ, ſed quaſi occaſionatæ. Non enim eſſent de principali intentione, neque tanquam abſolute bonæ, ſed ſecundum quod ita ſe haberent ad Deum, veluti monſtra ſe habent ad naturam. quæ, vbi non poteſt producere hominē perfectum, producit hominem monſtruoſum. Sic itaq; Deus uolens omnes ho-

mines ſaluos fieri,& eſſe ſtudioſos, vbi uidet oppoſitum ex occaſione, uidetur moueri ad tales uirtutes, verùm hoc incõuenienter dici uidetur. Nam aut iſtæ uirtutes, ut miſericordia & martyrium, & ſic de reliquis eiuſcemodi generis, lõge perfectiores uirtutibus peccata non præſupponentibus aut imperfectiores. Si detur primum, non igitur ſunt ueiuti occaſionata, & ſecundario intenta. Nã occaſionatum non poteſt eſſe perfectius non occaſionato, ut patet in natura.

Homo enim monſtruoſus non poteſt eſſe perfectior homine non monſtruoſo: quia abſolute & non ex conditione iſtæ uirtutes ſunt uolitæ à Deo. Si verò detur ſecundum, uidelicet quod ſint imperfectiores, iſtud ex multis non uidetur etiam poſſe ſtare. Primò, quoniam miſericordia uidetur excellere omnes alias uirtutes, adeò ut Deus maxime cõmendetur ex miſericordia, & martyriũ uidetur eſſe excellentius temperantia, & reliquis eiuſmodi uirtutibus. Vnde, & Eccleſia magis celebrat martyres, ꝙ̃ confeſſores. Amplius mirum eſt, cũ Deus &

us & natura de poſsibilib. ſemper faciant, quod melius eſt. Si melius eſſet, nõ eſſe iſtas uirtutes, quod Deus dimiſerit eas eſſe. Videtur enim hoc arguere aut inſipientiam, aut impotentiam in Deo aut inuidiam. Præterea ſi Deus mallet omnes homines ſaluos fieri quàm tot dãnari, cur dat Deus ipſis hominibus potentiam ad peccãdum, & tot illecebras, totq; inſidiatores appoſuit? tam namq; arctam & difficilem uiã ad uirtutes poſuit, ut unuſquiſq; quanquam ualidus & ſapiẽs terreatur. quod ſi dicitur, hoc Deus fecit, non ut laberetur homo, ſed ut mereretur homo, hæc namq; ordinauit in bonum hominis & no in malum: verùm & iſtud non uidetur ſufficere, quoniam ſecundum poſitionem erat apertum ipſos homines non ſuperaturos cupiditates, & repellentia à uirtutibus, uerum ipſos magis ſuperari à cupiditatibus & ab inducentib. ad uitia. ſed hæc uidentur arguere aut inſipientiam aut malitiam in Deo. Si enim quis det filio ſuo malos comites, quos ſciat filium perdituros, mittatq; filium ſuum

per uiam valde periculoſam, per quam de mille millibꝰ uix unus euadit, nõne pater iſte aut exiſtimabitur inſipiẽs aut omnium crudeliſsimus. quanto magis hoc dicetur de Deo. Non itaq; quinta opinio has difficultates effugiet, quas ipſe obijcit aduerſus Stoicos: & uidetur quod facilius Stoici euadant difficultates, quàm Chriſtiani. Nam ſi quis uideatur peccare: quoniã aliter fieri nõ poteſt, utpote ſi quis claudicat, quoniã tibiam habet extortam, excuſabilior eſt eo qui claudicat uoluntate, ut dicitur in 5. Methaphyſicæ. Secundum autẽ Stoicos peccata ſunt in uniuerſo: quoniam ſic exigit vniuerſi natura, neq; poteſt eſſe vniuerſum, niſi talia ſint. quod experimentum oſtendit & ratio. Experimentum quidem: quoniam nunquam fuit mundus ſine bono & malo. Ratio quidem: quoniam ex natura habent res humanæ, ut poſsint & bene & male operari. opus autem naturæ nõ poteſt fruſtrari, aliter auctor naturæ eſſet uanus. Secundum verò Chriſtianos Deus ab vniuerſo omne peccatum remouere po

teſt,

teſt, nō tamē remouet, imò quaſi nullus homo eſt bonus, & uerius dici poteſt quòd nullus, quàm quaſi aliquis. Rationabilior igitur uidetur Stoicorum opinio opinione Chriſtianorum: quandoquidem ſecundum Stoicos Deus ſe habet ut claudus ſiue claudicās ex natura: ſecūdum Chriſtianos uerò ſe habet ut claudicans uoluntariè. Secundum enim Stoicos Deus non poteſt aliter facere quàm facit, quia ſi mala ſunt in uniuerſo, hoc exigit uniuerſi natura: ſecundum verò Chriſtianos poſſet Deus, ſed non uult, quod longe maiorem malitiam arguit, quanquam ſecundum Stoicos nulla in Deo ſit malitia. veluti ſi quis utatur boue ſuo ad arandum, nulla utitur malitia, neque etiam ſecūdum Chriſtianos ex eo quod in uniuerſo ſunt animalia nocentia & innocentia: ideo non dicitur eſſe aliqua malitia. Adde quod paria etiam uidentur eſſe peccata, ſi peccatum dici poteſt Stoicorū & Chriſtianorum. Nam apud Stoicos Deus uidetur peccare: quoniam cōcurrit effectiue ad peccatum: ſecundum uerò Chriſtianos, &

ſi Deus non concurrat effectiuè, permittit tñ peccatum fieri. Verùm ut dicitur 2. Phyſicorum, abſentia nautæ eſt cauſa ſubmerſiōis nauis, & ad genus cauſæ efficientis reducitur. neq; ſolum uituperatur, quod effectiuè ſubuertit nauē, uerum & quòd non prohibuit eius ſubmerſionē, ubi potuit & cognouit: imò magis & doloſus uidetur eſſe, qui non prohibuit et potuit prohibere eo q̃ ſubmerſit. Nam qui ſubmerſit palam fecit: hic uerò clàm & doloſè. Non minus & quarta opinio Ariſtoteli attributa graues patitur inſtantias. ex ordine namq; Vniuerſi oportet eſſe pręclaras uirtutes, quas ſine peccatis committi impoſsibile eſt. Neceſſarium eſt igitur eſſe peccata. Diuina igitur prouidentia per ſe intēdit eſſe peccata, & eſt autor peccatorū. Aut igitur Deum ſic eſſe autorem peccatorum, non arguit defectum in Deo: aut ſi arguit, etiam ſecundum Ariſtotelem in Deo erit defectus. Amplius, dedit Deus uoluntatem homini & ad peccare, & ad non peccare, niſi potentia uana ponatur, oportet utrumq; exire ad a

ctum

ctum, de neceſsitate appoſuit quod omnia neceſſaria, vt homo peccet. aliquando igitur peccabit & aliquando nō peccabit. Quod & firmatur: quoniam nullus homo in ætate adulta eſt adeò probus, quod aliquando non peccet. Nec aliquis eſt homo adeò flagitioſus et ſceleratus, qui aliquando non habeat electionem bonam: ergo uidetur hoc neceſſarium. Quod enim ſemper eſt, neceſſarium uidetur: quod enim non eſt neceſſarium, aliquando deficit, niſi potentia ex toto ponatur vana. Præterea ideo homo peccat, quoniam poteſt peccare; quoniam ex ſe nihil eſt, ut communiter ponitur. Sicuti ergo habens materiam de neceſsitate corrumpitur, & reſoluitur in primam materiam: ita potēs peccare aliquando uertitur ad actū peccandi. Sicut enim materia eſt cauſa corruptionis, ſic uolūtatem ex nihilo fieri eſt cauſa peccati. Si igitur habens materiam de neceſsitate corrumpitur: ſic uoluntas ex nihilo de neceſsitate peccat. Præterea poſſe peccare & non peccare, inſunt homini ex natura: ergo & actus

peccan-

peccādi et nō peccādi ſunt actus natura les. Nā ſicuti eſt potētia, ita uidetur eſſe actus, quia erūt actus naturales: ſed q̄d ſecundū naturā eſt, aliquādo neceſſariū eſt eſſe: ergo neceſſaria ſūt peccata. Quare reſpōdendo ad obiectionē dicimus, neq; in Deo eſſe defectum, neq; in Deo eſſe crudelitatem uel iniuſtitiam, uel aliquod aliud quod Deo non conueniat. neq; & hoc, quòd pauperes conculcentur à diuitibus, arguit defectū in Deo, ſicuti quòd ouis deuoretur à lupo, & lupus lanietur à canibus, & canes à leonibus. Nam licet conſiderando in particulari hoc uideтur iniuſtum et impium: in ordine tamen ad uniuerſum, non uidetur tale. Quod enim agricolæ tantum ſubijciantur ciuibus, uidetur crudele: tamen ſi quis cōſiderauerit ordinem Reipublicæ, hoc eſt neceſſarium: neq; mundus eſſet perſectus, niſi talia in ipſo reperirētur. Quod ſi dicitur, nullus deberet puniri, nullus deberet præmiari, patet nōn ſequi. nam & ſcorpiones interficiuntur & animalia peſtifera. Econtrà fit de animalibus utilibus: hoc enim exigit

xigit uniuerſi natura, & fato fit, ut lupꝰ, qui ouem deuorauit alicuius, ab hero o uis inſectetur. Quod ſi dicitur, iſte uidetur eſſe ludus in uniuerſo, dicitur, quod etiam ſecundum eos nõ minus uniuerſum uidetur eſſe ludus, ut ſatis abunde ſuperius deductum eſt. & dico, quod ſi ponamus animam humanam eſſe mortalem, veluti exiſtimo Stoicos tenuiſſe: Seneca em̃ Stoicus fuit, & credidit ipſã eſſe mortalẽ, veluti diximus in noſtris tractatibus de Im̃ortalitate animæ: certè hæc ratio adducta aut nullã aut paucam infert dubitationem. nã ita erit de hominibus reſpectu deorum, quale eſt de noſtris bobus & noſtris gallinis, in quibus nulla uidetur eſſe crudelitas uel iniuſtitia. Si uerò natura humana ponatur immortalis, argumentum maiorem habet euidẽtiam, quanq̃ efficaciter nõ concludat. Exiſtimo tamen ſecundum ipſos animam humanam non ponendam eſſe immortalem: quoniam ſi ponatur immortalis, & ponatur modus Chriſtianorum, videtur difficile poſſe ſaluare Deum à crudelitate: quandoquidem

dem ſecundum poſitionem Chriſtianorum Deus ſciat vix nullum ſaluandum. Videtur enim, quod pœnis gaudeat. Quod ſi Stoici ponerent animam immortalem & multiplicatã, fortaſsis haberent alium modum dicẽdi: quoniam reiterato corporibus unirentur quod fierent uiciſsitudines contrariæ: vt exẽpli gratia, qui prius & in uno ſæculo fuiſſet mendicus, in altero ſæculo fuiſſet Rex vel Dominus. Veluti eſt etiam uidere nunc in hoc ſęculo. nam aliquæ ciuitates, uel loca, quæ aliquando fuerũt magna & potentia, poſtea fiunt parua & debilia: nam ubi mare, ibi poſtea arida, & ſic per infinitam uiciſsitudinem, ut docet Ariſtoteles in fine primi libri Meteororum. quare & ſic erit de animabus, ſi ipſa ſint æterna. Imò ſecũdum principia naturalia, ſi ponimus animas eſſe æternas, aliter dicere non poſſumus, quanquam ſecundum fidem Chriſtianam & ueritatem dicendum eſt. Vnde & ſic ponendo, neq; in Deo uidebitur eſſe iniuſticia neq; crudelitas: quandoquidẽ unuſquiſq; & de bono & de malo æqua

lo æqualiter participabit. nam ut qui e-
rit Rex aliquando erit pauper, & q pau
per aliquando Rex. quod ſi iterũ dica-
tur, iſte uidetur unus ludus eſſe deorũ,
verum (ut diximus) etiam ponere illam
uiciſsitudinem in ſublunaribus uidetur
eſſe ludus deorũ. Vnde Plato in primo
de Legibus dixit, ſe ignorare, cum ho-
mo ſit miraculũ in natura, ad quid De-
us eum fecerit, an ludo an ſerio. & ſic pa
tet ad primam dubitationem. Ad ſecun
dam verô, ĩ qua dicebatur, quod homo
qui non ridet non habet potentiam ad
ridendũ, non eſt riſibilis, qui non eſt riſi-
bilis non eſt homo: quare qui eſt homo,
non eſt homo, quod repugnãtiam clau
dit. huic dicitur, quod quãuis multi &
ſapientes fecerint & differentiam inter
potentiam & aptitudinem (multa eñ
habent aptitudinem quæ non uidentur
habere potentiam & econtrâ) tamẽ quã
tum ſit in propoſito dicimus, quod nõ
omne, quod quocunq; modo poteſt eſ-
ſe erit, ſed tantum illud cui impedimen-
tum non aduenerit ex neceſsitate. Ne-
mini enim dubium eſt, quòd ſi lapis exi
ſtens

ſtens rurſum ſuæ relinqueretur naturæ, caderet: & tamen, ut ſuppono, nunquã cadet, neq; poterit cadere, non quidem ratione ſui, ſed quoniam de neceſsitate impedietur. Quod ſi dicitur; fruſtra igitur erit illa potentia cadendi in lapide, huic dicitur, quod idem ſequitur, & ſecundum alios. quare cum dicitur quod poterit eſſe, erit, intelligitur de potentia ſecundum totum, & non quod poterit eſſe, erit ſecundum partem, ſic quod de neceſsitate non impediatur: & ſic argumentum non procedit. Non igitur, ſi non ridebit, non eſt riſibilis, & ſi eſt riſibilis, ridebit: quoniam ille qui riſibilis eſt, & non ridebit, de neceſsitate impedietur. Ad tertiam uerò, cum dicebatur, eſſe cõtra ſenſum, quoniam experimur in nobis eſſe velle & nolle, dicimus, ueluti diximus, in primo libro, in nobis experiri eſſe uelle uel nolle, neq; hoc negamus. Verùm à quo fiant uelle & nolle, ignoramus: vnde neſcimus, quod moueat uoluntates noſtras. Aliqui enim dicunt, quod uoluntas mouet ſe, nullo extrinſeco mouente: aliqui dicũt, quod

obie-

obiectum cognitum ſub ratione boni: aliqui dicunt quod Deus. & ſic uolunt Stoici, imò Ariſtoteles in libro de Bona fortuna videtur hoc dicere. Dicit enim, Deus, qui eſt melior ratione & intelle-ctu, voluntatem mouet. Quod ſi ſic eſt, non eſt igitur noſtrum uelle & nolle ſe-cundum intellectum, quem ipſi dant, vi delicet quod uoluntas noſtra á nullo mota ſe ipſam moueat, ſed bene eſt no-ſtrum uelle & nolle: quoniam iſta ſunt in noſtra uoluntate tãq̃ in ſubiecto, nõ autem tanquam in efficiente. Sicuti & in beſtijs eſt appetere & renuere, tanq̃ in ſubiecto, non autem tanq̃ in efficien te. Vnde verè experimur, nos uelle & nolle, ſed non experimur nos ea cauſa-re, velle & nolle. Vnde multoties opta-mus habere uelle & nolle, quod non ha bemus. Quare exclamabat Medea: Si poſſem, ſanior eſſem, ſed trahit inuitam noua uis. Et antè dicit Poëta: Poſtq̃ ra-tione furorem uincere non poterat, fru ſtra Medea répugnans, Neſcio quis De us obſtat amori ait, & reliqua quæ ſe-quũtur, quæ eandẽ prætẽdũt ſententiã.

Credo multos reperiri,qui in ſemetipſis experiuntur velle & nolle ſuũ non eſſe,& conantur non amare aliquẽ, nec poſſunt non amare, & ſimiliter conanť odire,& non poſſunt odire. Verùm de his ſatis abunde in primo libro dictum eſt. Cum itaq; dicitur,poſſum ſcribere, & non ſcribere verum eſt, niſi impedimentum aduenιat, & fiat determinatio per uoluntatem:verùm neſcimus ad q̃d determinabitur uoluntas, quandoquihuiuſmodi determinatio non eſt ex nobis.Omnis namq; potentia,quæ æqualiter reſpicit oppoſita, non exit in actũ, niſi ab alio determinetur. quare ex fato opus eam determinari,& ſecundum talem determinationem oportet eligere. Supereſt modo, ut ad quartam dubitationem reſpondeamus,in qua quærebatur,quomodo Fatum neceſsitat, & cunctę res gubernentur ipſo fato: & altius ordiendo,uidetur dicẽdum, quod cum tantum in uniuerſo ſit vnum primũ mouens,quod tantum eſt mouens nõ motum, cætera uerò ſint mouentia & mota,aut tantũ mota. Si det aliquod quod nullam

nullam habeat efficientiam,ideo omne mouens, aliud à primo mouente eſt inſtrumentũ primi mouẽtis,neq; ex ſe habet motũ, niſi ut mouetur à primo mouente, taliterq; mouet, qualiter dirigitur à primo mouente. Cum autem primum mouens non poſsit mouere niſi intelligendo & uolendo, ideo oportet omnia à primo mouente intelligi & ordinari, non ſolum quantum ad eorum ſubſtantiam,uerùm & quantum ad eorum eſſe & ſuas operationes. Talis autem intelligentia et ordinatio poteſt appellari diuina prouidẽtia.ut uerò quod prouiſum & ordinatũ eſt,ab ipſo Deo in his quæ prouiſa & ordinata ſunt, explicatur & perficitur: ſic fatũ poteſt appellari. Quare & Boëtius in quarto de Conſolatione dicit: Prouidẽtia eſt ipſa diuina ratio in ſumo omnium principe conſtituta,quæ cuncta diſponit. Quare & Virgilius noſter in primo Aeneidos dixit: ô qui res hominũq; deorũq; æternis regis imperijs. & poſtea idem Boëtius in eodem loco ſubiunxit:Fatũ uerò eſt inhærens diſpoſitio rebus mo-

bilibus, per quam diuina prouidētia ſuis quæq; nectit ordinibus. Eſt igitur talis ordo, ut primo diuina prouidentia quæq; intelligat & ordinet in mēte ſua, veluti ſapiēs architectus prius tenet in mente opus fiendum, quàm ipſum faciat. Quare Plato appellauit Deum architectum. verum diſtat inter Deum et hominem architectum, quoniam in homine prius conceptio præcedit tempore operis, in Deo autem non eſt hoc neceſſarium, ſed ſufficit præceſsio ſecundum naturam, et hoc ſupponendo quod mūdus ſit æternus. Poſt autem ipſam intelligentiam et ordinationem rerum fiendarum, non quidem confuſe ſed ordinate. Quare primo producitur prima intelligentia, quę & ſi uarietatem non ſuſcipiat, quoniam eſt tantum ſubſtantia: poteſt tamen dici mobilis & uariabilis, pro quanto habet eſſe à prima, & ab ea continuè conſeruatur. non tamen poteſt aliter operari quàm ſibi datur à prima: quoniam ueluti tantum eſſe habet à prima, ſic & ſuum operari. Vnde talis diſpoſitio exiſtens in prima intelligen-

tia,

tia, vt eſt in Deo, ſecundum ſuam pro-uidentiam, dicitur Dei prouidentia de prima intelligentia: vt uerò eſt in ipſa intelligentia, eſt fatum primæ intelligentiæ. Secunda autem intelligentia depēdet à prima & à Deo, & non operatur niſi ſecūdum diſpoſitionem datam ab illis. Vnde talis diſpoſitio in ordine ad illas duas cauſas ſuperiores eſt fatum eius: quoniam neq; eſſe, neq; operari habet niſi ſecūdum illum ordinem ſibi datum ab illis cauſis. Hæc quoq; ſecunda intelligētia dicitur magis mobilis & uariabilis quàm prima: quoniam non tantum habet de entitate, quantum prima habet, & ſic diſcurrendo ab iſta ſecunda vſq; ad ultimam cauſam, poſtquam nō eſt alia cauſa ſic quod ſemper poſterior determinatur à priori, aut poſteriores à prioribus cauſis, & mouentur & regulātur ſecundum priores cauſas, neq; poſſunt ſubterfugere ordinem illarum cauſarum, quia in ordine ad cauſas ſuperiores nihil eſt enorme, nihil eſt caſuale, nihilq; poteſt aliter eſſe uel fieri quàm ſecūdum quod per cauſas ſuperiores fue-

rit diſpoſitum & ordinatum. Cuius eui dentiſsimum ſignum eſt, quod boni Aſtrologi tam determinatè ſciunt prædicere de futuris, neq; tantum de his quæ voluntati humanæ ſubijciuntur. Vnde, ut apparet per hiſtorias, quas ſi uellem9 enarrare, tota mundi carta non ſufficeret. Mathematici multoties aliquá prædixerunt pertinẽtiá ad actus humanos, & cum multi conarentur effugere talia, & falſificare dicta Mathematicorũ, dũ contendunt fugere fatum, incidunt in fatum. non igitur tantum ratione carẽtia regulantur fato, verum & actus humani. quia fatum eſt diſpoſitio exiſtens in cauſa uel in effectu inferiori et immobiliter, quæ diſpoſitio data eſt à cauſa vel à cauſis ſuperioribus. Cum autem quærebatur, quę eſſet iſta diſpoſitio, uel quid eſſet? dico, quod in aliquibus nihil aliud eſt, niſi ſubſtantia rei, quæ talis natura eſt, ut taliter uel taliter operatur ſecundum quod datum eſt ſibi à cauſa ſuperiori: in aliquibus autem pręter ſubſtantiam eſt & accidens, utpote quod Socrates uiuat per centum annos, hoc datum

datum eſt ex ſideribus, quæ dominium habuerunt in natiuitate ſua ſecundum coniūctiones, oppoſitiones & alia quæ in Aſtrologia pertractantur. & credo illa ſidera agere in hæc inferiora per qualitates taliter diſponentes materiam fœtus Socratis, ſecundum quas Socrates viuet per centū annos, ut ſuppoſuimus necꝙ euitari poterit, quin uiuat per centum annos. Vnde ſi aliqua euenient impedimenta, ut puta infirmitates uel aliqua infortunia, erunt ſidera præpotentia & ſuperantia illa aduerſa. Namqꝫ, ut legitur apud Iuſtinum de Abide rege, quāquam multa ingenia adhibita ſunt pro morte Abidis: tamē ſemper ſidera præſeruarunt eum. quantas enim fatuitates fecerunt Alex. Magnus et Iulius Cæſar in ſuis bellis & ſuis operibus, ut merito debebant ſuccumbere. Videmꝰ tamen eos cuncta euaſiſſe, quod reuera non poſſumus aſcribere ſuis ſapientijs, cum certe in multis erant beſtiales & temerarij: ſed hoc tantum aſcribendum eſt corporibus cœleſtibus, veluti & per Mathematicos erat prædictum:

imò niſi fuiſſẽt tã temerarij & beſtiales non perueniſſent ad tantã fœlicitatem. quare & temeritas illa erat fatalis & ordinata in illam fœlicitatem ſiue fortunam, quomodocunq; uolueris appellare: & poſtea cum ſapientia uoluerunt effugere fatum, inciderunt in fatũ: quoniam & illa ſua ſapiẽtia ordinabatur in ſuam fœlicitatẽ. Supereſt autem inquirere hic, ſi Saturnus (exempli gratia) in ordine Platonis, materię Platonis influit diſpoſitionem, per quam infœliciter uiuet, cũ iſta diſpoſitio ſit qualitas, quæ non poteſt recipi in materia fœtus Socratis, niſi prius alteretur medium ad illam qualitatem, an igitur poteſt impediri ut talis diſpoſitio non recipiatur in tali materia? exempli gratia, veluti oculus meus illuminatur ex lumine Solis, ſi obſtaculum apponatur inter Solem & oculum meum, lumen non diffundetur vſq; ad oculum meum. Nónne igitur & talis influxus poteſt impediri per obſtaculum poſitum inter Saturnum & fœtũ ipſius Platonis, & ſic Plato euitabit malum fluxum Saturni. quare & Aſtrologi cer-

gi certum inditium non poterunt ferre de nato ſub Saturno, conſimiliter & de reliquis ſuo modo dicitur. Ad hoc mihi uidetur dicendum, quod ſtellę neceſſario influāt in originem vniuſcuiuſq; non ſolum aliquam qualitatē inducendo, verùm et in commiſcendo & ſubſtātiam, quæ eſt forma, inducendo. Vnde exiſtimo, quod quanquam anima Socratis & Platonis ſint eiuſdem ſpeciei, ſi anima tamen Socratis (exempli gratia) fuit inducta ſub Saturno, & Platonis ſub Ioue, quod multum differant accidētaliter, et aliquid contraxit una à principio natiuitatis, quod non contraxit alia. Quod autem ſtellæ alterent iſta inferiora, ſic, veluti dictū eſt, apparet: quoniam ſecundum quod una ſtella coniūgitur cum altera, uel ab ea remouetur, et ſecundū diuerſas figuras uel aſpectus.

Videmus, vt dicunt Aſtrologi, ſtellas fortificari uel debilitari in ſuis actionibus & diuerſas habere operationes, q̃d eſſe non poteſt, niſi una ſtella recipiat qualitatem ab alia, ſaltem continens diuerſimode alteratur ex ipſarū ſtellarū

Vu 5 diſpo-

diſpoſitione, ſecundum coniunctionē uel opoſitionem uel aliam figuram, & medium ſic alteratum diſponit generationem eorum quæ in medio continentur. nam & locus eſt principium generationis locati, quemadmodum & patet: ſicut dicit Porphyrius in ſuis vniuerſalibus. Cumq́ ulterius quæritur, an tales fluxus poſsint impediri, huic, mihi uidetur, dicēdum, quod non: quoniam impoſsibile eſt, hæc inferiora abſolui à regimine ſuperiorum. Eorum enim regimine, ſcilicet ſuperiorum ceſsāte, res tenderent in nihil: quia continuū oportet eſſe influxum in hæc inferiora à ſuperioribus. Cūq; ulterius quærebatur, veluti lumen impediri poteſt, quare & non talis influxus. huic dicitur, quod lumē ſtellarum deferatur ad aliquod corpus, oportet mediū ſiue dēſum, ſiue ſpiſſum ſit eſſe Diaphanum. Quare opaco interpoſito lumen non poteſt diffundi: quoniam actus actiuorum ſunt in patiente diſpoſito. Verùm influentia non eſt actus Diaphani, ſed transfunditur ad unumquodq; corpus ſaltem generabile

bile & corruptibile: quoniam unũquodq; iſtorum inferiorum indiget influxu & conſeruatione cœleſtium. Non autem vnumquodq; indiget luminari. nam opaca luminari non poſſunt, ſed ſine influxu eſſe non poſſunt. Vnde uidemus homines etiam præſeruantes ſe quantũ poſſunt, & tamen ſentiunt motus Lunæ, ſiue in tempore calido ſiue frigido: vt ſunt lunatici & laborantes doloribꝰ iuncturarum uel aliquorum ſimilium. Et quoniam vlterius quærebatur, an cõtinuè talis qualitas foueatur ab illa ſtella uel ſufficit quod à principio habuerit eſſe ab ipſa ſtella: Huic puto ſatis probabiliter, verumq; ſuſtineri poſſe. Dici enim poteſt, quod ſicuti fortunatur uel infortunatur illa ſtella ſecundum coniunctiones vel oppoſitiones & reliqua cõſiderata in Aſtronomia, ſic quod ſubijcitur tali ſtellæ, fortunatur uel infortunatur continuè per trãſmiſsionem influentiæ ab illa ſtella, veluti uidemus in plãta dicta Heliotropiũ, quæ uertitur ſecundum motum Solis, & ſuam inſequitur diſpoſitionẽ, fortaſsis etiã quod nõ

eſt opus continuè ſtellam illam trāſmittere influxum ad talem genitum, ſed tātum ſufficit illum influxum fuiſſe miſsū in genito à principio generationis, & per talem diſpoſitionem fortunatur uel infortunatur, veluti ſtella. Nam uidemus Magnetem per qualitatem habitā à principio generatiōis ſemper uerti ad partem Septentrionalē, vt ſciunt nautæ in mari inſtrumēto, quo utuntur ad cognoſcendum, in qua mundi plaga ſint. & ſciēdum eſt, quod non ſolum ea quæ ſunt eiuſdem ſpeciei propter diuerſum vel eundem aſpectum ſiderum habent eundem vel diuerſum terminum uitæ, & eodem modo uel diuerſo fœlicitant vel infœlicitāt: ſed & ea quæ ſunt diuerſarū ſpecierum, ſecūdum tn̄ quod cōuenit naturæ ſpeciei. Nam legimus apud Suetoniū hiſtoriæ ſcriptorem à principio uitæ Galbæ Cæſaris lauros quoſdā & gallinas in totum defeciſſe ad interitum domus Aeneadum ultimum, quæ lauri & gallinæ deſcenderant ex quadā gallina, quam Aquila Liuiæ poſt Augu ſti nuptias in Veietano peruolans in ſinum

num repoſuerat gerentem ramulũ lauri in ore. Quod in nullam cauſam naturalem, ut mihi uidetur, referri poteſt, niſi quoniam hæc eãdem ſtellam reſpiciebant, & conſimili influxu fouebantur. Per hoc autem ſolui poteſt unum ſatis admirabile, quod communiter fertur ab incolis illius loci. Eſt enim quædam Apuliæ pars, in qua multum abundant Phalangij. eſt autem Phalangium genꝰ Araneæ quod in vulgari noſtro Tarantola appellatur. Qui autem ab huiuſmodi Aranea mordentur, mouentur taliter vt ſtare loco neſciant, & quaſi videntur tripudiare. Ferunt autem incolæ, quod talis motus perioditat per annum, uidelicet, quod ſi quis morſus fuerit à tali animali in calendis Iunij, cum iterum redibunt Iunij calendæ à tali morbo infeſtatur, et ſic ſucceſsiuè. Exiſtimo eiuſmodi accidẽtis cauſam eſſe ſimilitudinem ĩfluxus, veluti uidemus aliquas herbas reuireſcere uel florere ſemper in conſimili die anni, quod non uidetur ex alio eſſe poſſe, niſi ex influxus conſimilitudine. ferunt namq; aliqui ſe expertos eſſe quaſdam

quaſdam nuces in uigeſimoquarto die Iunij incipere frōdeſcere & nō ante, ꝙd non uidetur in aliam cauſam poſſe referri, quàm quæ dicta eſt. Quod ſi quæratur, cur aliæ nuces non ſic faciũt? hoc eſt propter naturæ diuerſitatem. Veluti contingit & in multis alijs ſpeciebus, ſiue fortaſsis generibus. fore enim quod non ſunt omnes illæ nuces eiuſdē ſpeciei, ſed tantum eiuſdem generis proximi. poſſet & fortaſsis dici de Phalangio ꝙd ueluti febris Colerica habet de tertio in tertium affligere, & febris ex atra bile de quarto in quartũ ex natura ſua intrinſeca habet affligere annuatim. Verùm & vnum mirabilius referunt de dicto Phalangio, quod referre in cauſam apud me eſt ualde difficile. Dicunt enĩ prædicti incolæ, ꝙd ſi Phalangius moriatur, aut proprio fato aut ex uiolentia morſus, ulterius non operatur: ſi verò Phalangius ſuperuixerit ꝗ̃ diu Phalangius ille uiuet, affligeť, qui fuit morſus. Et certè, ſi hoc eſt uerum, eſt ualde mirabile in natura. Exiſtimo tamen, ſi hoc veritatem continet, quoniam ſatis dubito de

bito de hoc, quoniam nihil tale inueni ab auctoribus, dico quod exiſtimo huiuſmodi accidentis cauſam poſſe eſſe: quoniam ex proprietate naturę Phalangij eſt, ut ipſe & ſuus morſus eadem periodo determinetur, quoniam ab eadē conſtellatione fouentur. Cum itaq; (exempli gratia) Phalangius ex ſuo influxu habeat, vt duret per annum uel duos annos, uel quomodocunq; ſit, ideo ipſo perempto & peribit ſuus morſus: quoniam ab eadem cauſa fouentur.
Quod ſi dicitur, & multum acutè, Phalangius fortaſſe ſi peribit proprio fato durabit per duos annos, ſed ſtat quod interficiatur in primo menſe. Quare morſus non æquabitur vitę Phalangij. Ad quod conuenienter dicendum exiſtimo, quod Phalāgius â principio ſuæ generationis habet determinatam periodum ſuæ vitæ ſiue proprio fato moriatur, ſiue alieno. nanq; ſi proprio fato moritur, non poteſt mori alieno: uel ſi alieno fato moritur, non poteſt proprio fato mori. Quare argumentum præſupponit falſum. Hoc autem eſſe uerū confirmatur,

firmatur, ſcilicet quod nō minus actus volūtarij fato ſubijciūt ꝙ nō uolūtarij. Nā Suetonius refert in loco prius citato, ſc. de lauris & de īperatorib. qui ex Auguſto deſcenderunt, ꝙd in ortu uniuſcuiuſq; cæſaris naſcebat laurus, & ita creſcebat uel decreſcebat, ueluti imperator ille. Nā mortuo Imperatore, laurus ex qua coronabatur imperator ille, ſimul accreſcebat cū illo imperatore, & peribat, & tamen imperator ille Caius Caligula & Claudius Nero mortui ſunt morte uiolenta, quia non minus uoluntas ſubijcitur fato, quàm aliæ potentiæ ſubijciuntur. Quare ſiue Phalangius proprio fato pereat ſiue alieno, hoc habet à ſuo ſidere. Vnde & morſus ſimul interibit cum Phalangio, quomodocunque contingit Phalangiū interire. Non mihi autē uidetur uerisſimile, quod morſus Phalangij dependeat in eſſe & conſeruari ab ipſo Phalangio, quoniam nō uideo, quomodo fingi hoc poſsit: quādoquidem nihil morſus uidetur recipere ab ipſo Phalangio: quia veriſimilius uidetur quod dependeant Phalangius & mor

& morſus ab eadem cauſa. Vnde fit, vt ſimul intereant, veluti diximus. Super his autem, quæ dicta ſunt, uidelicet hæc inferiora fato & à corporibus cœleſtib. vniuerſaliter regulari teſtantur: quoniã conſiderando omnia irrationabilia, & quę ſunt infra Lunam, ſiue animata ſint ſiue inanimata, videmus ĩ eis magnam eſſe diuerſitatem ſecũdum diuerſitates plagarum conuenientiam. In diuerſis enim plagis, aut non eadem ſpecie generantur: aut ſi generantur, maxime diuerſificantur, aut in quãtitate aut in qualitate, aut in utriſq;. Imò uidemus animalia nutrita in ciuitatibus valde diuerſificari ab ijs quæ nutriuntur in ruribus, & montana diuerſificari à planis. Non minus & conſimiles diuerſitates inſpiciuntur in rationabilibus, non tantùm quo ad corpus, uerũ quo ad mores. Nã Galli in utriſq;, ſcilicet in moribus et naturalibus diſpoſitionib. differunt à Germanis, & Itali ab utriſq;, ſcilicet Gallis & Germanis; & in tantum homines diuerſificantur in figura, quantitate & colore, & moribus, ut non uideantur eſſe

eiuſdem ſpeciei: imò neq; eiuſdem generis proximi. Aliqui enim ueſcuntur carnibus crudis, aliqui coctis, aliqui ut tigres, aliqui ut ſerpentes, aliqui adeò timidi, ut mures & cuniculi, quę diuerſitates referri non poſſunt, niſi in cauſas cœleſtes. Videmusq; aliquos ita procliues ad furta, ut quamuis ter & amplius fuerint ſuſpenſi, & ferè ſtrangulati, & ex aliqua fortuna euaſerint, tamē demum illo fato moriuntur, & de infinitis conſimilibus narrant hiſtoriæ. Videmus quoque ætates diuerſificari ſecundem diuerſitatem ſiderum, ut aliquando dicatur ætas aurea: quoniā benigna ſidera tunc dominantur, & ſic declinando ad argēteam, quoniam minus bona ſidera dominantur: deinde uſq; ad ferream, & iterum renouari auream, argenteam & ferream, ſecundum uiciſsitudinem & ludum deorum infinitum. neque exiſtimandum eſt, ut ignauum uulgus exiſtimat, quòd, quando homines ſint boni uel mali, ideo regnant boni uel mali influxus (nam ſuperiora ab inferioribus non gubernantur): ſed inferiora à ſuperioribus,

rioribus, quoniam maligna ſunt ſidera ideo mali mores: & non, quoniam mali mores maligna ſunt ſidera. Nã & hoc in particularib. uniuerſaliter uidemus. Annis enim exiſtentibus intemperatis omnia ſunt intemperata, vnde cibi intẽperati, quia quando homines male diſponuntur & pro uita & pro moribus. Vnde neceſſario & ineuitabiliter proueniunt bella, mortalitates, diluuia per ignem & per aquam, quia iterum renouatur mundus: & non tantum Stoici dicunt hoc, uerum & Peripatetici de neceſsitate fatentur hoc. Apud enim Ariſtotelem non tantum ciuitates, maria et flumina renouãtur: verum & homines, & eorum opiniones. Secundum enim eius ſententiam infinities fuerunt eædẽ opiniões, & infinities renouata eſt Philoſophia, & vnaquæꝗ ars: quia cũ hoc ſit ſemper & per ſe, habet cauſam, quæ non poteſt eſſe alia, ꝙ reuolutio corporum cœleſtium. quia (veluti diximus) ex opinione Ariſt. uidetur, quod ineuitabile ſit ipſum fatum, quanquam, uelu ti diximus, uideatur Ariſt. habere inui-

# PETRI POMPONATII DE FATO LIBER tertius.

*Caput primum, in quo ponitur intentio ſubſequentium.*

IN primis duobus uoluminibus uiſum eſt de Fato & Libero arbitrio, ſecũdum diſpoſitionem & humanam inquiſitionem: in ſequentibus uerò intendimus de ipſis loqui ſecundum traditionem Euangelicam, quę non ex hominibus, uerùm ex Spiritu ſancto proceſſit. Si namq; uolumus loqui de Fato ꝑ argumentationes naturales, nulla mihi via videtur certa eſſe. Quare ad Dei ſapientiam recurrendum eſt, quæ nos firmiſsimos reddit, & ab omni purgat errore. Neq; eis conſentio, qui viam fidei cum Ariſtotele conuenire credunt. Mihi namq; uidetur, has uias incompaſsibiles eſſe. tenet enim Ariſtoteles Deũ

de neceſsitate agere,& omnia ſecundū ſpeciem, quæ ſunt eſſe neceſſaria: modo; veluti dictum eſt in priorib: libris, hoc non uidetur poſſe ſtare cum Libero arbitrio. nam actus Liberi arbitrij, neque neceſsarij ſunt ſecundum indiuiduū neque ſecundum ſpeciem: quandoquidē Liberum arbitrium humanum excludat à ſe omnem neceſsitatē. Habet quoque Ariſt. alterum principium, quod libertati uoluntatis aperte repugnat. exiſtimat enim, quod cauſa eodem modo ſe habente nō poſſunt prouenire diuerſi effectus. Quare ex hoc exiſtimauit à Deo de nouo non poſſe prouenire mutationem, uel motum, quicquid ponatur: quoniam ſi non producitur de nouo motus, oportet motorem vel motū, vel aliquid aliud aliter ſe habere, quàm prius ſe habuit: quoniam ſi omnia eodem modo ſe haberent, vt prius ſe habebant, ſicuti prius non fuit motus, ita neque nunc. verùm hoc repugnat libertati uoluntatis. Si enim hoc eſſet neceſſarium, tunc quod à volūtate procederet, de neceſsitate procederet: veluti ſatis dedu-

deduximus in primo libro aduerſus Alexādrum: quia ſtante libertate uoluntatis, neq; Deus de neceſsitate agit, neque neceſſarium eſt diuerſas effectus eſſe à diuerſis cauſis. Verùm ipſa uoluntas, vel quæcunq; potentia ſit illa, à nullo alio determinata indifferēter poteſt in actus oppoſitos. vnde quicunq; vult libertatem voluntatis ſaluare, habet illa duo pricipia Ariſtotelis negare. Suppoſito igitur, quod Deus contingenter agat ad extra, & aliqua potentia præciſe eodem modo ſe habens, poſsit indifferenter in duo oppoſita, quæ neceſſaria ſunt pro Libero arbitrio, in hoc tertio libro tria intendimus indagare. Primum eſt, quæ ſit iſta potentia, quæ tantam dignitatem habet, an eſt vna de uirtutibus naturalibus non animatis, an virtus nutritiua, an ſenſitiua, an intellectiua: & ſi intellectiua, an appetitiua, an cognoſcitiua, an motiua. Secundo cum eligere præſupponat cognitiōem eligibilium, nunquid præſentatis virtuti electiuę, quæcunq; ſit illa, duobus eligibilibus æqualiter mouentibus, an ſit

in poteſtate virtutis electiuæ vnum præ eligere alteri, & ſic unum magis moueat quàm alterum, an eadem uirtus electiua poſsit eligere, quod minꝰ mouet, & minus videtur bonum. Vnde ut paucis abſoluatur, quæſtio eſt, an electio ſiue uolũtas poſſunt habere actus oppoſitos intellectui, ſic quod ratio dictat de uno, & uoluntas de oppoſito? In his enim mihi uidetur, quod conſiſtat difficultas Liberi arbitrij, non referendo ad diuinam prouidentiam, ſed conſiderando Liberum arbitrium in ſe. Deinde tertio uidebimus de diuina prouidẽtia, & ſecundum ſe & in ordine ad Liberũ arbitrium, & ſi compatiuntur, quomodo. & ſic erit finis huius tertij libri.

*Caput ſecundum, in quo diſputatur, cuius uirtutis ſit eligere, uel in qua poteſtate conſiſtat libertas uoluntatis: & recitantur tres modi.*

QVantum igitur ſit de quæſito primo, ſcilicet cuius uirtutis ſeu potentiæ ſit Liberum arbitrium, ne uagabundi

bundi exiſtimemur, certũ eſt, quod tanta dignitas non attribuitur, niſi uirtuti habenti intellectum. Nullum enim inanimatum uel irrationabile ſiue non intellectiuum poteſt huiusmodi tam excellẽtis dignitatis eſſe particeps. Quod quanquam in Deo & intelligentijs ponatur Liberum arbitriũ, maximè à Chriſtianis: noſtra tamen intentio præſens, principalius uertitur circa humanũ arbitrium, quod de uolũtate in aliam, nedum deſperatam, verùm & priori contrariam uertitur. Communis igitur opinio eſt, quod cum in parte intellectiua, ſiue rationali duæ ponantur potentiæ, quarum vna eſt cognoſcens, & dicitur intellectus, altera non cognoſcens, ſed appetens, quæ dicitur voluntas. Et dicit vlterius, quod uere & formaliter libertas conſiſtit in voluntate. Antecedenter autem & adminiſtratiuè cõſiſtit in ipſo intellectu, quandoquidẽ uoluntas non poſsit ferri in incognitum, ut 3. Ethicorum dicitur. Quare dixit Auguſtinus, quod in uita amare poſſumus, incognita nequaquam. ſic itaq; ſecundum hos,

 duabus

duabus potentijs, perficitur Liberum arbitrium, intellectu ſcilicet & uoluntate: ſed intellectu tanquam ſubſeruiente uoluntati, & uoluntate tanquam uere & principaliter domina. Verùm cum quæritur, quod & quale ſit miniſterium hoc intellectus ad uoluntatem, uariè et diuersè à diuerſis exponitur. ſunt tamē rationabiliores & magis uſitati tres modi. aliqui enim dicunt intellectum ſubſeruire in hoc opere ipſi uoluntati, quoniam effectiue mouet ipſam uoluntatē; ſed ipſi uoluntati affert q̄d ſit agēdum. Intellectus, quòd ſe habet ueluti conſiliarius ad Regem, & uolūtas ſe habet ad intellectum veluti Rex ad conſiliarium. Conſiliarius enim Regi oſtendit, quid expediat agere: non tamen Rex de neceſsitate elegit, quod per conſultorem fuerit concluſum. Verùm eſt in poteſtate ſua eligere, quā partem ſibi placuerit. Vnde conſiderans hæc poſitio, quod ſi uoluntas tantum paſsiuè ſe habeat ad uelle, nulla ſibi libertas relinquitur. Libertas namq; in agendo conſiſtere uidetur, & non in patiēdo, ideo actū

uolendi

volendi poſuit effectiuè procedere à voluntate. Tertia autem uia ab utriſque partibus diſcrepat, & partim conuenit. Vult enim iſte tertius modus loquendi neque intellectum ſolum concurrere actiue, uel ſolum obiectum, quod eſt in intellectu: neque ſolum uoluntatem, ſed vtrumque partialiter, ſic quod obiectum & uoluntas producant ſimul uolitionē vel nolitionem. Verùm uoluntatē principaliter tanquam dantem ſubſtantiam uolitionis & actus: obiectum uerò, tanquam ſecūdarium & dans ſpecificationem actus & qualitatem. Conuenit igitur cum prima, in quantum ponit obiectum agere, & hoc duab. de cauſis. Prima, quoniam non uidetur, quod eſſet miniſterium ipſius intellectus, uel obiecti ad ipſam uoluntatem. Secunda, quoniam voluntas niſi ſit determinata per ipſum obiectum, non magis cauſaret in ſe uolitionem huius, quàm cuiuscunque alterius ueluti intellectus, niſi ſit informatus determinata ſpecie, non magis producit intellectionem unius quā alterius. Diſcrepat autem à prima, quoniam

niam ſi totalis actio uoluntatis eſſet ab ipſo obiecto, iam, veluti ſuperius dictū eſt, non ſaluaretur libertas in volūtate, ſed aut penitùs libertas auferretur, aut tātum in ipſo obiecto remaneret, quod falſum eſt: imò niſi principalis motio in voluntate remaneret, & nō in obiecto, neq; uerè uoluntas diceretur libera, ſed magis ipſum obiectum. Quare patet ex his, quomodo hæc tertia opinio conueniat & differat cum prima & à prima & quia ſic etiam conueniat & differat, conuenit etiam, & differt à ſecunda. Cō uenit quidem: quoniam ponit ad actionem uolitionis effectiuè eſſe ab ipſa uoluntate, etſi non totaliter, partialiter tamen & principaliter, quoniam aliter non ſaluaretur libertas in ipſa uoluntate, ueluti multoties dictum eſt. Differt autem, quoniam ſecunda poſitio excludebat obiectum totaliter ab efficientia: quod tamen oſtenſum eſt per iſtam tertiam poſitionem ſtare non poſſe, tum quoniam non uidetur miniſterium intellectus ad uolūtatem aliquid eſſe uel facere, tum quoniam uolitio non poſſet ſpecifi-

ſpecificari. Iſti igitur ſunt communiores modi dicendi in hac materia & probabiliores, quanquam & multi alij ponantur, de quibus nunc non eſt nobis cura: quandoquidem meliora & utiliora intendimus colligere.

*Caput tertium, in quo impugnantur dictæ tres opiniones.*

QVoniam homo nõ ſemper dicit, etiam non mentiẽs, quod uerum eſt, ſed ſic non mentiens dicit quod ſibi verum eſſe uidetur. Homo enim & ueridicus & iuſtus loquitur ſecũdum exiſtimationem ſuam, verùm cum moderamine & modeſtia, ſic quod non pertinaciter adhæret ſuæ opinioni, & quòd, ſi meliores rationes ſuis audiat, mutet ſententiam: quia et ego uirum iuſtũ & modeſtum emulatus in hac re dicam, quod mihi uidetur, non firmiter meis dictis adhærendo, ſed ea dicta ſuſtinendo, donec meliora his appareant. Noui enim vires meas & q̃d nullus eſt homo, qui aliquando non decipiatur, niſi diuino

auxilio

auxilio teneatur. Imò expertus ſum multories nedum in alijs, verùm & in meipſo, quod dum credo in aliquo maximè bene ſentire, & pluſquàm alij, deinde remota oculorum caligine errorem meum cognoui: & ubi prius mihi maximè placebam, poſtea mihi maxime diſplicui, pudebatq; me recordari erroris. Quare faciliter & in hoc poſſum decipi. Dicam tamen quod mihi apparet. Nam etſi bene erit dictũ, & mihi & poſteris erit utile, de quo Deus laudetur: ſi verò perperam erit dictum, alij cauebũt ab hoc errore, & ubi ſic cognouero, me emendabo. Pertinacem namq; eſſe, inhumanum eſt. Cumq; unicuiq; ſit turpe, maximè in Philoſopho turpiſsimũ eſt. Dico igitur, ut mihi uidetur, quod quãquam iſti modi ſint maxime comũnes, & quaſi omnes teneant unum iſtorum modorum uel primum uel ſecundum uel tertium: nullus tamen mihi uidetur eſſe conueniens, & quod maius eſt apud me, unusquiſq; eſt intelligibilis, & maxime ſecundus & tertius intelligibiles uidentur. Primus itaq; modus,

dus,

dus, qui ponit actionem eſſe in obiecto, & nullam in uoluntate, ueluti in priori capitulo dictum eſt, manifeſtum eſt, nullo modo poſſe ſaluare libertatẽ eſſe in uolũtate: uerùm, ut diximus, aut penitus aufert omnem libertatem aut ipſam eſſe in obiecto de neceſsitate ponit. quod minimè fingi poteſt, cum obiectum naturaliter agat, & ſit tãtum determinatum ad unum. Quod ſi fingatur, ueluti quidam fingunt, libertatem conſiſtere in uoluntate, ideo quoniam quanquam obiectum agat in ipſam uoluntatem, eſt tamen in poteſtate uoluntatis recipere uel non recipere actionẽ obiecti. certè hic multiplex eſt error: quoniam ſic dicendo, eſt dicere uolũtatem non merè paſsiuè concurrere ad uolitionem neq; conſiſtere in pati, ſed uerè actiue & principaliter conſiſtere in agere, et conueniret cum tertia ſaltẽ in hoc. Deinde quomodo eſſet in poteſtate uoluntatis recipere actionem agentis obiecti, & non recipere, ſi ipſa uoluntas cæca & non cognoſcens ponitur. Non eſt enim apud me imaginabile, quod

uolun-

voluntas poſsit habere illos tres actus, qui communiter ei uoluntati aſsignantur, ſc. ſuſpendere actum, uelle & nolle, ſi ipſa nihil cognoſcit: neq; intelligibile eſt, ut exiſtimo. Cur eſt, quod aliquãdo ſuſpendat, & aliquando uelit, & aliquã do nolit, ſi nihil in ipſa imprimitur, neq; aliquam habeat operationem cognoſcitiuam. Vnde ſic dicere, mihi monſtrum ſuper omnia monſtra uidetur eſſe. Secunda etiam opinio, quæ uolens ſaluare miniſterium intellectus et obiecti ad ipſam uoluntatem, & non mouendo ipſam uoluntatem, mihi, bona tantorum uirorum uenia dixerim, uidetur eſſe perridicula. Dicit enim quòd oſtendat uolũtati, quod bonum eſt, et quod non bonũ eſt, quidue expediat, uel non expediat. Nam ſi ſe habet ueluti conſiliarius ad regem, certè neſcio quid incõſideratius & quid ſtultius, dici aut excogitari poſsit. Primò enim conſiliarius agit in Regem. generat enim in mente Regis tales propoſitiones, quales habet in mente ſua ipſe conſiliarius. Niſi enim ſic generaret, poſſumus dicere, q̃d

conſuli-

conſulimus marmori. Verùm ſecũdum poſitionem obiectũ nihil agit in uoluntatem, neq; aliquid generat. Secundò, quid ſtultius dici poteſt, quàm dicere intellectũ cognoſcentem oſtendere uolũtati, neq; habenti oculos, neq; ſenſum aliquem, & ab omni cognitione penitùs abſolutæ? Secundum quod aſserit poſitio. Eſt enim perinde, ac ſi quis cæco uelit oſtendere colores, ut de eis iudicet, imò quod peius eſt lapidi: quandoquidẽ cæcus, etſi uiſu priuetur, non tamen omni cognitione. Aſt uoluntas ipſa ponitur à ſic dicentibus uacua ab omni prorſus cognitione. verùm quod ab aliquibus audiui uolentibus hãc falſitatem ſuſtinere, valere non uidetur. Dicunt enim aliqui, quod ipſe intellectus, pro tanto dicitur uoluntati oſtendere, non quoniam reuera aliquid demõſtrat, quandoquidem, ut præoſtenſum eſt, ipſa uoluntas nullam prorſus habet cognitionem: ſed ideo dicitur oſtendere voluntati, quoniam uoluntas non poteſt mouere ſe ad uolendum, niſi ratione finis, hoc eſt, niſi finem inten-

dat. Oportet enim agens per ſe & maxi
me uoluntatem finem intendere. finis
autem à uoluntate intendi non poteſt
niſi ſit præſens. quare intellect9 per ob-
iectum intellectū ab ipſo facit finē uo-
luntatis, in quē intēdit, eſſe præſentem.
quia & ſic uolūtas poteſt ſe mouere ad
actum uolitionis. Sed proh Deus imor-
talis, quanta mihi uidetur eſſe ignoran
tia in hoc dicto. Nam ſi finis intenditur
ab agente aliquo, iam ille nō eſt in actu,
necꝫ præſens agenti: ſi namqꝫ eſſet præ-
ſens & in actu, non deſideraretur am-
plius, necꝫ intenderetur ꝑduci. Dicitur
enim finis, quoniam finit & terminat a-
ctionē & deſiderium. habitibus nāqꝫ
pręſentibus in materia ceſſat motus, ut
dicitur primo de Generatiōe. Quare ſi
quis deſiderat (exempli gratia) aurum
quod actu eſt, aurum reuera nō eſt finis
deſiderij, ſed auri poſſeſsio, ueluti notū
eſt. quare ſi dicitur uerum eſſe, quod fi-
nis ſecundum tale eſſe, quod terminat
deſiderium non habet eſſe in deſideran
te, verùm ſolum debet eſſe ſecundū eſſe
cognitum. certe necꝫ iſtud uidetur ſuffi
cere:

ſcere: quoniam inanimata mouentur ad ſuos fines, qui tamen ab ipſis inanimatis non cognoſcuntur. Verùm ſufficit quod in uniuerſali ſaltem ab intelligentia cognoſcantur. Quare ſufficit illa vniuerſalis intelligentiæ cognitio, ſecundum quam talia diriguntur, veluti in ſagittatione ſufficit quod finis à ſagittante cognoſcatur, quanquam ſagitta non cognoſcat. Sed huic fortaſsis dicitur ſecus eſſe in animalibus quæ mouentur ex ſe, ut dicitur octauo Phyſicorum, & maxime in hominibus, qui propriè dicũtur ſe ducere & non duci, & in rebus inanimatis quæ ex ſe nõ mouentur, ſed ab alio, ut 8. Phyſicorum & 4. de Cœlo & Mundo dicitur. Vnde non cognoſcentia non habent, nec habere debent cognitionem ſuorum finium. Aſt cognoſcentia debẽt ſuos fines cognoſcere. quare quod adductum eſt pro ſimili eſt ualde diſsimile. Verùm & hoc non videtur ſatisfacere, quoniã ꝗd finis cognoſcatur, hoc eſt ratione directionis ſiue ſit animatum illud quod mouetur ad finem. quod enim terminus, ĩ quem

tendit ſagitta debeat cognoſci, hoc eſt ratione directionis. Niſi em̄ ſagitta per cognitionem & artem dirigentis dirigeretur à ſagittante, temere moueretur ſagitta, & etiā niſi animal cognoſceret terminum, et per talem cognitionē dirigeretur, non magis ad unum quàm ad alterum terminum tenderet, modo ſic dirigere importat cauſam effectiuam: obiectum igitur effectiuè mouet uoluntatem, quod tamen poſitio negat. Amplius cognitio ſic dirigens uoluntatem uel neceſsitat uoluntatē ad mouēdum ſicut dirigēs ſagittam neceſsitat ipſam ſagittam, niſi aliūde impediatur. Quod ſi ſic, quæ igitur erit libertas voluntatis? profectò nulla: quoniam neq; in ſagittà ſic directa nulla eſt libertas; ſi uerò obiectum ſit cognitum dirigit uoluntatem vt non neceſsitet, ſed relinquat uoluntatem in ſua poteſtate inimaginabile eſt, quod ipſa nihil cognoſcens, ſed ſe habens veluti inanimatum habeat talem potētiam, quod ſi dicitur, vt aliqui prædictæ opinionis fautores & defenſores dicere conſueuerunt, quod ſcilicet uoluntas

luntas non dirigitur, neq; uoluntati oſtenditur uel conſulitur, ſed eſt ipſe homo qui dirigitur & conſultat: quia non cæco neq; inſenſato conſilium attribuitur, ſed ſic dicere, eſt propriam uocem ignorare: quoniam ſicut uoluntas non eſt illa, quæ dirigitur & cui conſiliũ datur, & bonum uel malum oſtẽditur, ſed eſt homo ipſe, quia ipſemet homo ipſimet homini conſulit & ipſi oſtendit. quare ſi dicitur hoc uerum eſſe tãquam quod, ſed tamen per diuerſa principia tãq; quo: erit igitur neceſſarium, ſi idem homo ſeipſum dirigat & ſibimet oſtendat, quod hoc fiat per diuerſa principia. quare ſi Socrates cõſulit & oſtendit, q̃d ſit bonum & non bonũ ipſi Socrati per intellectum prædictum faciet homo. Si autem ſit ipſe cui oſtẽditur, hoc erit per voluntatem, eritq; uolũtas principium, quo ei Socrati oſtenditur. Verùm ſtant argumenta priora, quoniam uoluntati, ſi cæca eſt, non poteſt tale oſtendi aliquod. Amplius, cum dicit opinio, quòd intellectus oſtendit homini & non uoluntati, ille cui fuit oſtenſio, aut includit

intellectum & cognitionem, aut non. Si non, quomodo ei poteſt fieri oſtẽſio? ſi verò includit, hoc eſt dicere intellectum intellectui oſtendere: quin voluntas in hoc nullam habebit neceſsitatem vel officiũ. Preterea quantumcunq; homo uideat, & non potentia uiſiua, & homo ſit, qui diſcernat inter ſenſitiua ſẽſuum exteriorum: tamen oportet præter hominem ſic diſtinguẽtem inter ſenſibilia diuerſorũ ſenſuum exteriorũ ponere unam potentiam, ut ſenſum communem, quo ut principio homo exercet tale opus, ut oſtendit Ariſtot. 2. de Anima, in capitulo ſenſus communis: & homo primo ſenſu communi, tanq; principio, quo diſcernit inter ſenſibilia, & per talem ſenſum communem transfertur operatio ad ipſum hominem tanquam quod ſic. Et quamuis homo ſit illud cui oſtenditur: oportet tamen aſsignare principiũ, quo i. fit oſtenſio. Tale autem eſt uoluntas. nullum enim aliud fingi poteſt. quare poſitio redditur inualida. Tertia quoq; opinio nõ minus inualida eſt. nam & habet aliqua pro-

pria

pria aduerſus ſemetipſam, & aliqua cõmunia cum duab. primis. Propria quidem habet: quoniam uult uoluntatem cum obiecto ita ſe habere ad uolitionẽ, veluti intellectus cum ſpecie intelligibili ſe habet ad intellectionem. Nam primum cauſans intellectionem, eſt intellectus, & cauſat ſubſtantiam actus intellectionis: verùm intellectio ſpecificatur per ſpeciem intelligibilem, quia & uoluntas cauſat ſubſtãtiam actus uolitionis, & obiectum ſpecificat actum. Verùm ſimilitudo non uidetur eſſe conueniens, neq; in ſe abſq; ſimilitudine dictum iſtud uidetur eſſe uerum. Non enim pars eſt ſimilitudo: quoniam ſpecies intelligibilis ſubiectiue eſt in intellectu, quia poteſt contingere quod dicitur de intellectu: aſt obiectum non eſt in uoluntate ſed in ipſo intellectu, niſi fingatur quod obiectum exiſtens in intellectu producat in uoluntatem ſpeciẽ ſui, & poſtea ipſa uoluntas ſic informata tali ſpecie reducat ſe ad actum volitionis, eo modo quo dicit opinio. Sed iſtud non uidetur ueriſimile, quoniam

ſpecies non uidetur poni niſi per cogni tionem: & ita ponitur per poſitionem, quod uoluntas non cognoſcit. Propterea ſi obiectum eſt in intellectu & non in uoluntate, obiectum uidetur eſſe inſtrumentum intellectus & non uoluntatis: quia uoluntatis non eſt mouere tale obiectum, ſed ipſius intellectus officium eſſe uidetur. Secundò deficit iſta opinio: quoniam obiectum cognitum ponitur ob iſta opinione non habere aliam cauſalitatem ſupra uolitionem, niſi quoniam ſpecificat actum: aſt ſecūdū Ariſtotelem 3. & 6. Ethicorum obiectū ipſum ſe habet ut conſiliarius & oſtendens quod eſt bonum, & quod eſt malum, & non tantum ut ſpecificans actū. Propterea ponitur obiectum ſecūdum iſtam opinionem, non ut moueat uolūtatem, ſed ut motum & directum à uoluntate cauſat uolitionem. ſic enim ſpecies intelligibilis exiſtens in intellectu, non mouet intellectum, ſed intellectus mouet ſpeciem intelligibilem: ueluti inſtrumentum mouetur à ſuo principali ad cauſandam intellectionem. Verùm

vt inquit Commentator 12. Metaph. Com. 36. balneum, ut eſt in anima effe ctiuè mouet deſiderium balnei. Habet & hæc opinio communem difficultatē cum prioribus: quoniam quãquam ad actum uolendi concurrat uolũtas & obiectum, primo tamen concurrit uoluntas ſecundum opinionem, & in ea eſt poteſtas ſuſpendendi actum uolendi et nolendi. Sed pariter, ut priores opiniones ponunt, vult voluntatem eſſe cæcã nihilq́ ab ipſo obiecto imprimi in uoluntate ipſa niſi uolitionem uel nolitionem. quomodo itaq; intelligibile eſt, quod uoluntas ſic nuda & ſic cæca habeat poteſtatem faciendi illos tres act9, uidelicet ſuſpēdere actum, uelle & nolle, & ſi non ſit tanquam quod, tamē, ue luti oſtenſum eſt, tanquam quo & primo principio. & præter hæc ego non uideo, quin ſecundum poſitionem uoluntas non poſsit uelle, quod nunquam ab iſto intellectu cognitum ſit: quãdoquidem neq; ipſa uoluntas aliquid producit in iſto opere in ipſo intellectu, neq; intellectus in ipſam uolũtatem, niſi forſ-

taſsis dicat intellectũ producere ipſam uolitionem, ut ipſa uolitio eſt ab obiecto, obiectum autem ſit ab ipſo intellectu ( nam uolitio eſt ſpecificata per poſitionẽ ratione obiecti) quia intellectus eſt neceſſarius, ut uolũtas uelit aliquid. Verùm iſtud non ſatisfacit, tum quoniã ſi per poſsibile obiectum fieret à nõ cognoſcente, voluntas tunc poſſet exire in actũ per tale obiectum & per ipſammet. Quare poſſet eſſe uolitio abſq; cognitione. Amplius, ſecundum poſitionem obiectum non mouet, niſi ut inſtrumẽtum potentiæ uolitiuæ, actio autem inſtrumẽti præſupponit actionem principalis, etſi non tempore de neceſsitate, tamen natura. Quare potentia uolitiua prius natura eſt ĩ poteſtate exercere illos tres actus, ſaltem quantũ ad ſubſtãtiam actus, quàm exigatur opus ipſius intellectus. Non enim exigitur, niſi ſecundum ſpecificationem actus. Prius autem, ut dicit poſitio, eſt actus ſubſtantia, quàm eius ſpecificatio. Quare eſſentialiter & primo uolũtas non præſupponet operationem intellectus: & ſic omni-

ſic omnino cæcum imò inſenſatum & immemor habet Liberum arbitrium. & ſic prima ratio libertatis nō erit ab intellectu, quod tamē multis repugnat. Vnde quæ adducta ſunt aduerſus primam opinionem, pro maiori parte procedūt contra tertiam & contra ſecūdam. quare iſti modi à me non recipiuntur.

*Caput quartum in quo ponitur alter modus dicendi.*

PRopter igitur ea quę adducta ſunt aduerſus priores poſitiones, mihi aliter dicendum uidetur. & dico, quod ſi iſtos errores euitare uelimus, oportet alterum duorum dicere, aut quod intellectus & uolūtas ſint una & eadem potentia, aut quod, ſi ſint diuerſę potētię, intellectus eſt ille, in quo propriè conſiſtit actus Liberi arbitrij: quoniam in eo tanquam in efficiente, in uoluntate uerò impropriè & executiuè, quoniã merè paſsiue concurrit ad iſtos actus: libertas autem magis cōſiſtit in agere quâm in pati. Primę parti fauet Auerrois in

tertio

tertio de Anima, qui vbicunq; poſuit intellectum & uolūtatem eſſe vnam & eandem rem, & ex intentione in 49. Comm. tertij de Anima, dicit neceſſe eſſe eandem uim intellectiuam & deſideratiuam, & quod impoſsibile eſt, ipſas diuerſificari. Themiſtius quoq; in Paraphraſi 3. de Anima capitulo 62. illud idem ex intentione contendit oſtendere. Euſtratius quoq; 3. & 6. Ethicorum vult unam & eādem eſſe uirtutem, quę conſulit & eligit, ſic quod electio apud ipſū dicit formaliter cognoſcere & deſiderare. Verùm ambo ſunt unius potentiæ: ueluti ordinans præmiſſas & colligens concluſiones. Videtur & non minus hæc eſſe ſententia Ariſtot. 6. Ethicorum, cum dicat electionem eſſe intellectum appetitiuū, vel appetitum intellectiuum, quanquam 3. Ethicorum uideatur magis dicere, eſſe appetitum intellectiuum, cum ponit ipſam eſſe deſiderium eorum quæ ſunt ad finem. Secta etiam nominalium uidetur huius opinionis. Ponit namq; differentiam inter intellectum & uoluntatem, non ratione

ſubie-

ſubiectiuæ potentiæ, verùm ratione operis diuerſi. Secundum itaq; modum hunc dicemus quod ubi intellectus fuerit de aliquo, utrum expediat uel nō expediat, quoniā hoc eſt opus intellectus practici, ut dicitur 6. de Anima, & 6. Ethicorum ipſe intellectus ſic diſpoſitus cauſans ī ſeipſo negociato uolitionem uel nolitionem, dicitur uoluntas actiua quod ut recipit, dicitur uoluntas paſsiua, magiſq; libertas conſiſtit in ipſo, dū actiuè cauſat tales actus, quàm dum paſſiuè recipit eos actus, & ipſemet ad ſic uelle, uel nolle diſponitur per cōſilium pręcedens, ſic quidem quod ipſemet intellectus, qui cauſat uelle & nolle, habet ante ſe negotiationem factam per conſilium, & non eſt diuerſus ab eo qui conſilium fecit. quare ſapiēter dixit Ariſtoteles electionem eſſe intellectum appetitiuū id eſt intellectus generās deſideriū, vel appetitus intellectiuus .i. deſiderans perſuaſum ab intellectu. Si verò teneatur ſecunda opinio, quæ communius tenetur, ſcilicet q̄d itellectus & uoluntas ſint duæ potentiæ realiter di-

ſtinctæ

ſtinctæ, dicendum eſt, quod intellectus poſt conſilium inducit in uoluntatem uelle aut nolle, ſic quod intellectus concurrit merè actiuè, uolũtas aũt merè paſſiuè. Quapropter cũ libertas uerius ſaluetur in agendo quàm in patiendo, uerius libertas ſtat in intellectu quàm in ipſa uoluntate. & hæc dicta ſunt ad euitanda argumenta, quæ adducta ſunt aduerſus priores opiniones.

*Caput quintum, in quo mouentur dubitationes aliquæ aduerſus dicta in ſuperiori capitulo, & ſolutiones ad eas dubitationes.*

ADuerſus ea quæ nunc dicta ſunt, multæ occurrunt dubitationes, et primo aduerſus primum modum dicendi, in quo dictum eſt, quod intellectus ſunt una & eadem potentia, quæ & cõſulit & in ſeipſam producit actum uolitionis. Hoc autem non uidetur eſſe uerum. Primò, quoniam 2. de Anima potẽtiæ diſtinguũtur per actus; ſed actus intellectus

tellect9 qui intellectus eſt, eſt apprehen dere & intelligere, actus uoluntatis eſt velle & nolle, qui non ſunt apprehēſio, vt communiter dicitur: ergo intellect9 & voluntas non ſunt eadem potentia. Secundò, quoniam Ariſt. 2. de Anima cōtra diſtinguit appetitiuam potētiam alijs potentijs. dicit enim quinq; eſſe po tias, Vegetatiuam ſcilicet, Senſitiuam, Intellectiuam, & ſecundum locum Mo tiuam & Appetitiuam. At membra cō tra diſtiсta nō coincidunt, ut dicit Boē tius in libro Diuiſionū: ergo idē quod prius. Tertio, quoniam ſic idem ageret in ſeipſum realiter, quod uidetur cōtra determinata in 9. Methaphyſicæ, & in multis alijs locis. Aduerſus ſecundum modum dicendi ſunt etiā multæ inſtan tiæ. Prima quidem, quoniam dictum eſt, Liberum arbitriū verius eſſe in po- tentia intellectiua, quàm in uoluntate. Hoc non uidetur poſſe ſtare: quoniam in quo conſiſtit primo peccatum & me ritum, in illo primo conſiſtit Liberum arbitrium, ut dicitur 3. Ethicorum, & o- mnes confitentur. Sed in uoluntate &

non intellectu conſiſtit peccatum, ut apertiſsimè docet Ariſtoteles in principio 3. Ethicorum. non enim aliquod opus eſt ſtudioſum uel uitioſum, niſi quoniam uoluntarium. & Auguſt. in libro de Peccato dixit, peccatum eſſe adeò uoluntarium, quod ſi non ſit uolũtarium, non eſt peccatum: igitur Liberum arbitrium non conſiſtit in intellectu. Secundò, quoniam operatio omnis proueniẽs ab intellectu, eſt cognoſcere & intelligere, uelle & nolle, neq; ſunt cognoſcere, neq; intelligere, ut communiter dicitur: ergo uelle & nolle non ſunt operationes intellectus. Tertiò, quoniam operatio proueniens ab intellectu, eſt mere naturalis, niſi fiat à uoluntate imperante: quoniam ſic ante primum actum eſſet actus, ergo uelle & nolle nõ ſunt ab intellectu: quoniam ſic eſſent operationes naturales, quod manifeſte falſum eſt. Quartò, quoniam ſecũdum iſtam poſitionem obiectum ad uolitionem uel nolitionem cauſandam nõ cõcurret, niſi ad ſpecificationem actus. nõ enim uidetur quam aliam cauſalitatem

habeat.

habeat. Sed hoc ſupra improbatū eſt, quoniam ſe habēt, & ut præoſtendens, quid expediat, vel quid non expediat. Quintò, quoniam iſta ſecunda poſitio ponit intellectum & uolūtatem eſſe diuerſas potentias, cum tamen multæ ſint autoritates ſonantes oppoſitum. Vltimò, cōtra omnes modos arguitur: quoniam in lib. de Bona fortuna Deus ponitur motiuum uoluntatis. Non igitur uoluntas uel obiectum, vel intellectus, vel iſta ſimul. Ad has autem dubitationes reſpondetur, & primo ad ea quę obiecta ſunt contra primum dicendi modum, qui uidetur eſſe Auerrois & Themiſtij. & ad primum dicunt nominales, quod bene uolūtas & intellectus diſtinguuntur formaliter: ſunt tamen una & eadem potentia realiter. Sed cum identitate reali ſtat diuerſitas formalis. Verùm uidetur, quod non ſolum ſunt idē realiter, verùm & formaliter, ut ſumuntur in propoſito. ſic enim poſſumus dicere uiſum & auditum eſſe unam & eandem potentiam, quoniam ſecūdū ipſos nominales potentiæ animæ ſunt idem

quod anima, & tamen negamus eſſe eã-
dem potentiam. Vnde quæſtio eſt, an i-
ta diuerſentur inter ſe intellectus & uo-
luntas, ueluti uiſiua potentia, & auditi-
ua, aut ueluti ſenſus exterior & ſenſus
communis: quamuis fortaſsis dici po-
teſt, quod illæ potentiæ, uidelicet ſenſ9
exterior & ſenſus communis, non dicũ
tur diuerſi ratione potentiæ: quoniam
ſunt idem quod anima, maxime ſi po-
natur inextenſa: ſed ſunt diuerſi ratione
ſitus & diſpoſitionis. Dicitur enim ui-
ſus, ut eſt ĩ oculo, & dicitur ſenſus com-
munis ut eſt ĩ primo vẽtriculo cerebri,
vt cõmuniter ponitur, vel in corde. Pu-
to tamẽ quod melius poteſt dici, quod
mihi uidetur, quod iſta ſit mens The-
miſtij ĩ loco prius citato, uidelicet in 62.
& in 63. capitulis tertij de Anima, uideli
cet, quod intellectio poteſt conſiderari,
vt habet rationem diſtinctam à uoli-
tione: & ſic intellectus & uoluntas dicũ
tur diuerſæ potentiæ formaliter diſtin-
ctæ, quanquam ſint realiter unum & i-
dem. Et poteſt conſiderari ipſa intelle-
ctio, ut ordinatur ad appetitum, & eſt

pars integralis ipſius electionis. Secundum enim Euſtratium intellectio eſt de formali intellectu electionis, & intellectio illa practica eſt tota appetitiua, ſumitque formalitatem ab ipſo appetitu: quia ut ſic intellectioni & uolitioni debetur eadē ratio uniuerſalis, poteſtque ipſa intellectio uolitio quædam appellari: & ut ſic intellectus & uoluntas nō ſunt diuerſę potentiæ, uerùm una. Dicens tamen duas rationes partiales, quarum una ordinatur ad alteram. Vnde & Ariſtoteles 6. Ethicorum appellauit electiuam potentiam intellectum uolētem, aut uoluntatem intelligētem: quoniam vna ratio formalizat alteram. & p hoc dicit ad ſecundum, quod comprehenſiua & appetitiua cōtra diſtinguuntur, & faciunt diuerſas potentias, vt ſeparatim conſiderantur, & una ratio nō informat alteram: quemadmodum loquutus eſt Ariſt. 2. de Anima. poſſunt et conſiderari ſecundum alium modum, qui dictus eſt, uidelicet quod cum conſtituāt, quorum unum ſit ſicut forma, & reliquum ſicut materia: & ſic non cō

ſtituunt intellectus & uolũtas duas diuerſas potentias, ſed unam tantum: cõpoſitam tamen ex formali & materiali. & ſic locutus eſt Ariſt. 6. Ethicorum, cũ dixit, electiuam potentiam eſſe intellectum volentem aut uoluntatem intelligentem. & ſic uoluit Euſtratius. & mihi idem uidetur uoluiſſe Themiſtius, vbi ſuprà. De tertio autem argumento, ſcilicet quod idem ageret in ſeipſum, eſt argumentum ſatis commune. Non em̃ præciſe per idem eſt agens & patiens, ſicut dicitur de Intellectu, quia cauſat intellectionẽ in ſeipſo, cũ quo Metaph. intellectio et uolitio ſint operatiões immanẽtes, ſed alibi hęc difficultas pertractanda eſt. Suſtinendo autem ſecũdum modũ dicendi, quod ſcilicet intellectus & uoluntas ſint duę potentię realiter diſtinctæ, ad primam rationem in oppoſitum adductam dicitur, quod libertas magis ſtat in intellectu, ut cauſat effectiue uolitionem & nolitionem, quâm in ipſa uoluntate, quæ hos actus tãtum recipit, & eſt cæca, & uelut lapis marmoreus, qui non mouet niſi motus. Et cum

dicitur,

dicitur, quod tunc peccatum ſtat etiam in intellectu & non in uoluntate, dico, quod intellectus & uoluntas æquiuoca ſunt. Nam aliquando ſumitur uoluntas & quaſi ut in pluribus pro potentia ſuſcipiente volitionem, & in ea primo non conſiſtit peccatum: quoniam bellua uel lapis non peccat, neque ſunt principia peccandi. Alio modo ſumitur uolũtas, non pro eo quod vult formaliter, ſed pro eo quod uolitionem inducit: ſicuti dicitur intellectus agens eſſe intellectus, non quoniam intelligat. Nam ſecundum tenentes eſſe potentiam fundatam in anima, intellectus agens neque intelligit, neque ſuſcipit intellectionem: cum tamen dicatur intellectus: ſic & illa potentia, quæ reuera intellectus eſt, eſt uoluntas agens. & uoluntas quanquam non recipiat ſubiectiuè uolitionem: & in hac uoluntate agente principaliter conſiſtit peccatum, & Liberum arbitrium. Peccatum ergo uolũtarium eſt, non propriè, & primò quia ſit in uoluntate agente ut in ſubiecto, ſed quoniam eſt à uoluntate agente, qua reuera

eſt intellectus ſecundum ſubſtantiam: ſed dicitur uoluntas, quoniam agit uolitionem. & ſecundum iſtum modum itelligẽdæ ſunt omnes autoritates quæ in oppoſitum adducuntur. Secundum namq; iſtam poſitionem intellectus intelligens eſt uoluntas mouens: non aũt eſt uoluntas recipiens uolitionem, ſecũdum quam formaliter uoluntas paſsiua dicitur uolẽs, & ſic intellectus & uoluntas ſunt idem ſubiecto & diuerſa ratione: quoniam qua recipit intellectionem, intellectus dicitur: qua uerò uolitionem generat non in ſe, ſed in alio, dicitur uoluntas. unde non coit hæc ſecũda poſitio cum prima, quamuis utraq; concedat eandem potentiam eſſe intellectum & uoluntatem: quoniam ſecundum primam quod recipit intellectionem, eſt idem re cũ eo quod recipit uolitionem. Aſt ſecũdum ſecũdã ſunt hæc realiter diſtincta. Quod ſi arguatur contra iſtam ſecundam, ſcilicet contra hoc quod intellectus recipiens intellectionem, & uolũtas faciens volitionem ſint diuerſę potentiæ, quoniã iſti actus ſunt

ualde

valde diuerſi, certè eodem argumento poſſet ꝓbari, quod potentia uiſiua quę recipit uiſionem, & quæ mouet ſenſum communem ad diſcernẽdos colores eſſent duæ diuerſæ potentiæ, quod ridiculum eſt. Horum itaqꝫ actuum diuerſitas non arguit diuerſitatem potentiarum, ut manifeſtum eſt: quoniam una operatio eſt manens & altera tranſiens, modò una potentia has duas operationes habere poteſt. Veluti enim dictum eſt, vnaquæqꝫ ſenſitiua potentia in homine cum hoc quod ſentit etiam mouet alteram potentiam, ut patet: quoniã ſenſus exteriores & ſentiunt & mouent ſenſũ communem, & communis phantaſticam, & phantaſtica intellectum: quare diuerſitas talium operationum, quarũ vna eſt immanens, altera tranſiens, non facit potentiam diuerſam, quanquam aliquam diuerſitatem ſecundum rationẽ & denominationem faciat, quæ rationis diuerſitas non eſt ſufficiens ad faciẽdum diuerſas potentias. Vnde ſicut intellectus cauſans uolitionem in uoluntate poteſt dici uoluntas agens, ita ſen-

ſus exterior poteſt dici ſenſus agẽs. Verùm hoc non eſt in uſu. Ad ſecundum, cum dicebatur, omnis operatio intellectus eſt intellectio, patet per dicta poſitionẽ eſſe falſã: quniã neq; oĩs opatio ſẽſus eſt ſenſatio uel cognitio. Nã nemini dubiũ eſt, appetitũ ſenſitiuũ moueri à ſẽſu & à ſenſibili: & tñ talis operatio facta à ſenſu, nõ eſt ſẽſatio: quniã appetitꝰ nõ eſt ſenſatio. Vera fortaſsis eſt illa impoſitio ſi ſit manẽs in ſenſu: verũ ſi tẽditur in alterum, ueritatem non tenet. Namq; etiam ſecundum alios omnis operatio proueniens à uoluntate eſt uolitio. Vnde & ad tertium cum dicebatur, operatio intellectus naturalis uera eſt, ſi ſit in ipſo intellectu tãquam in ſubiecto, ſed ſi eſt ab intellectu, ueritatem non continet, vt per dicta patet eſſe manifeſtum. Dico autem intelligere eſſe naturale, niſi fiat ſecundum imperium uoluntatis: quoniam ut ſic dicitur eſſe uolũtarium, quoniam eſt à uoluntate imperante.

Ad quartum dicitur, quod obiectum concurrit ad uolitionem: quoniam ſpecificat ipſam. Verùm non tantum iſto

modo

modo concurrit, ſed etiam, quoniam ipſum obiectum negociatum per intellectum inſinuat ipſi uoluntati actiuæ, quid agendum ſit: quoniam ipſa uolũtas actiua per conſilium procedens, directa eſt de agendo uel non agendo. Eſt enim uerum & idem quod cõſilium fecit, & quod uolitionem uel nolitionẽ inducit. vnde non eſt cæca, neq; ignorat, quid faciat, ut priores dicunt.

Ad quintum autem patet reſponſio: quoniam ſecundum iſtam opinionem, virtus electiua eſt uoluntas actiua intelligens ſubiectiuè & non ſubiectiuè, aut intellectus uolens actiuè. & iſtud uoluit Euſtratius, & fortaſsis ſic uoluerũt Auerr. & Themiſt. nõ ꝙd eadẽ ſit potẽtia ſubiectiua & formaliter ĩtelligẽs, & ſubiectiuè & formaliter uolens: ſed ad modũ expreſſũ. Ad ultimũ uerò dicitur ꝙd reuera Deus nõ eſt immediatũ motiuũ volũtatis, ſed eſt ipſa volũtas. Quod uerò adducitur de dicto in lib. de Bona fortuna dicitur, quod ut patet inſpiciẽti locum illum Ariſtot. voluit Deum eſſe primum motiuum & remotum, ne-

dum in uolitione, uerùm & in intelle-ctione, & vnoquoq; motu & mutatio-ne. & hoc proculdubio cõcedimus, ne-que repugnat dictis noſtris. Scias etiã, quoniam quanq; diuus Thomas quaſi ſemper determinat voluntatem realiter diſtinguit ab intellectu, & eam non co gnoſcẽte: tamen notauit, quod aliquan do dicit oppoſitum. & pro nunc mihi occurrit vnus locus. In ſcripto enim, in primo ſententiarum in diſtinctione ter tia in una quæſtione, qua quęr.t, an me-moria pertineat ad imaginem? in reſpõ ſione ad octauum & ultimum argumẽ tum, eiuſdem quæſtionis ſic dicit ad li-teram: voluntas enim quia conſiderat fi nem, mouet alias potentias omnes qua ordinantur ad finem, & imperat eis a-ctus ſuos. Quid clarius? idẽ legi in ali-is locis ab ipſo ſcriptis. quare coactus veritate conceſsit voluntatem cogno-ſcere, ſcilic. non qua inducit volitionẽ, veluti nos diximus.

*Caput ſextum, in quo indagatur de cauſali tate intellectus ad uoluntatem.*

Ex di-

EX dictis(ut opinor)patere poteſt, quam cauſalitatem habeat obiectum ad uolũtatem in eligendo actum ſuum. Nam quod obiectum ſit neceſſarium pro ſpecificatione actus, apud me nõ uertitur in dubium. impoſsibile namq; eſt, voluntatem exire in actum abſq; determinatione. Cũ enim operatiões ſint cõtra ſingularia et determinata, ut in prœmio Methaphyſicæ dicitur. aut igitur uoluntas in omnem actũ exigit, quod nõ eſt dare: aut in aliquem determinatum. Non eſt autem dabile aliud determinans, quàm ipſum obiectum: quare neceſſario per obiectũ determinatur ad actum, & eius ſpecificationem & currit ſimilitudo eadem inter intellectum & uoluntatem. Verùm iſtud non ſufficit. Si namq; talis cauſalitas ſufficeret, veluti & ſuperius diximus, non uideo expugnãtiam, quin poſſet eſſe uolitio non exiſtente cognitione, & ſic incognita velle poſſemus: quod rationi & autoritati apertè repugnat. Vbi enim obiectum eſſet præſens uoluntati, & factũ fuiſſet obiectum à non cognoſcente, nihil

hil uetaret,quod uoluntas non poſſet e ligere actum,quia cũ apud alios uolun tas ponatur cæca & nõ cognoſcens,eſ ſet electio abſq; cognitione:ſecundum verò nos quantũcunq; uoluntas ſit co= gnoſcens:quoniam uoluntas eſt intelle ctus,ſicuti ſuperius diximus. Volitio ta men non eſt cognitio formaliter neque realiter: & tunc electio poſſet eſſe abſq; conſilio & deliberatione. Vnde uide- tur dicendum, quod præter illam cauſa litatem,quam habet obiectum ad ſpeci ficationem electionis,intellectus & ob iectum habẽt aliam cauſalitatem ſupra voluntatem in productione uolitionis vel nolitionis,& eſt: quoniã intellectus conſultat voluntatem de agendo, quia obiectum uoluntati repręſentatur, ſub ratione boni uel mali.

Vnde ſecundum iſtum modum obie= ctum uoluntatem mouet, & non uo- luntas obiectum: & actio obiecti præ- cedit actionem uoluntatis. In ratione autem ſpecificationis actus uolitionis eſt uice uerſa: quoniam uoluntas mo= uet obiectum, ipſumque obiectum eſt inſtru-

inſtrumentum uoluntatis.

Quare actio voluntatis natura præcedit actionem obiecti: quandoquidem inſtrumentum non mouet niſi quia motum.

Vnde imaginari oportet, quod intellectus eſt ueluti conſiliarius oſtendens ipſi uoluntati, tanquam ei cui datur conſilium de agendo: & ſic intellectus concurrit actiuè ad uolitionem cauſãdam. Verùm cõſiderandum eſt, quod quemadmodum conſulens, & ſi in dando conſilium concurrat actiuè, & id cui cõſilium datur, paſsiuè concurrat in ratione conſilij: conſultor tamen in executione operis, quod ſubſequitur conſilium non eſt cauſa principalis, neq; adæquata, ſed eſt ueluti adiuuans, & occaſionaria: ſicut etiam dicit Philoſophus in ſecundo Phyſicorum & quinto Methaphyſicæ.

Nã eſt in poteſtate cõſultantis exequi conſilium, & non exequi: quia cum intellectus ſe habeat ad uolũtatem veluti cõſiliari9, etſi ut ſic ĩtellectus cõcurrat actiuè p ſe & pricipaliter, & uolũtas paſ-

ſiuè;

ſiue: tamen in electione actus, intelle
ctus eſt cauſa coadiuuans & quaſi occa
ſionaria, & non per ſe: uoluntas autem
eſt cauſa per ſe & adæquata. Quo fit, ut
obiectum ſit cauſa effectiua mouẽs uo-
luntatem, ſed non totalis & ſufficiens,
imò ueluti eſt cauſa ſine qua non: in ſpe
cificatione autem actus uoluntas mo-
uet obiectum, ut per ipſum ſpecificetur
operatio, ipſumq́ꝫ obiectum eſt cauſa p
ſe & neceſſaria ſpecificatiõis actus, quã-
quam obiectũ nõ moueat niſi motum
prius ab ipſa uoluntate. Quapropter in
ratione conſultantis & repræſentantis
obiectum præcedit omnem actum uo-
luntatis, & eſt ante ipſam uoluntatem
qua uoluntas eſt: in ratione uerò ſpeci
ficantis obiectum eſt poſt uoluntatem,
& actio ſpecificantis obiecti præſuppo
nit motionem uoluntatis, tãquam prin
cipalis agentis. nam in primo intellect9
practicus conſultat de agẽdo & demõ-
ſtrat uoluntati quid ſit agendum, & ſe-
cundum hoc intellectus concurrit acti-
uè, & uoluntas paſsiuè, non quidẽ quo
niam tunc uelit, ſed intelligendo quid
ſit a-

ſit agendum, & conſilium recipiendo. Deinde hoc habito, uoluntas habet poteſtatem exequendi, quid ſibi conſultum fuerit, & ex ſui poteſtate (exempli gratia) eligit partem affirmatiuam contradictionis. In hac electione uoluntas eſt principium mouens obiectum, & ſecundum mouens motum à uoluntate & per ſe ſpecificans actum: conſilium autem & obiectum ſumptum in ratione præſentantis concurrunt ad iſtam electionem, primò & per ſe, ſed in ratione adiuuantis & cauſæ ſine qua non. Quare ex his patere poteſt tota cauſalitas intellectus & obiecti ad ipſam uolitionem. Vnde prima opinio, quæ dicit obiectũ concurrere electiuè ad uolitionem, ſi intelligunt ſecundum modum repræſentantis & conſulẽtis, & iterum in ratione ſpecificantis, rectè diceret & ſeruaret naturam uolitiõis. Verùm hoc non expreſsit, quare aut falſa aut diminuta eſt. Secunda opinio, quæ dicit obiectum mouere formaliter uoluntatem & non effectiuè aut penitùs abijcienda eſt, aut eſt abuſus in nomine. Si namq;
hoc

hoc intelligeret, quod ut uoluntati obiectum repræſentatur ſub ratione boni uel mali, uoluntas non neceſsitatur ad actum eligendi, uerum eſt quod dicitur. Sed hoc nullo modo prætendunt talia uerba, ſed eſſet maximus uerborũ abuſus, cum hoc quod aufert actionẽ obiecti in ratione conſultantis & demõſtrantis. Tertia aũt opinio inter omnes magis ueritati appropinquat: quoniam obiectum proculdubio eſt ĩ ratione ſpecificationis actus: ſed non mouet, niſi ut præſupponit actionem uoluntatis tã quam principalis agentis. uerùm diminuta & imperfecta eſt: quoniam preter iſtam cauſalitatem habet & aliam priorem, uidelicet quoniam repræſentat uoluntati, neq; uoluntas exiret in actum, niſi prius facta eſſet talis repreſentatio, quanquam huiuſmodi actio obiecti & intellectus nõ ſit cauſa proxima, & per ſe, uolitionis. Hoc autem totum prouenit, quod omnes opiniones ponunt uoluntatem eſſe cæcam, & non cognoſcere. Quod apud me non eſt intelligibile: ueluti per multa ſuperius uiſum eſt. Nõ

autem

autē debet aliquis ex his dictis perturbari: quoniam dicimus intellectum cōſulere uoluntati, cùm tamen dicimus eandem eſſe potentiam, intellectum & uoluntatem: quoniam hæc diſtinctio, quæ inter duo diuerſa facta eſt, ut melius intelligatur, oportet imaginari intellectum conſulentem ipſimet, & non alteri. Quare loco duarum rationum ponimus, quaſi duas res, quarum vna ſe habet in ratione actionis, altera verò in ratione paſsionis: & ut intellectus producit velle & nolle, quod voluntatem appellamus, intelligitur ut informatus conſilio, & repræſentatione. Quare ſic intelligendo nullum ſequitur incommodum.

*Caput ſeptimum, in quo mouentur dubitationes aduerſus ea quæ dicta ſunt.*

VErùm & non minùs apud me adhuc inſurgit difficultas: quoniam ſic ſtante opinione dicta, quæro utrùm præſentato ſummo bono vel aliquo, in

quo uoluntas non conſpiciat aliquod malum, ſed tantum bonum, vtrum uoluntas de neceſsitate uelit illud ſummū bonum, vel illud in quo nullum conſpicit malum? Cōmuniter & quaſi omnes tenent, quòd non. Dicunt tamen aliqui imò maior pars, quod licet in iſto caſu voluntas non poſsit odire illud, quoniā odio habetur nihil, niſi quoniam præſentatur ut malum: ſicut nihil amatur, niſi præſentetur ut bonum: tamen uolūtas poteſt ſuſpendere actum, ita quòd neq; amet neq; odio habeat. Verū hoc dictum apud me habet magnam difficultatem: quoniam, ueluti quod odio habetur, neceſſariū eſt cognoſci ut malum, & quod amatur ut bonum cognoſcatur: ita uidetur, quòd ſi uoluntas ſtet ſuſpenſa, quod oporteat intellectum eſſe ancipitem. Cùm itaq; uoluntas habeat de neceſsitate vnam iſtarum trium operationum, & unaquæq; habeat diſpoſitionem diſtinctam ab altera, quarum vnaquæq; ſtat ad intellectum, veluti oſtenſum eſt. Secundum igitur diſpoſitionem intellectus, de neceſsitate operabitur

rabitur ipſa uoluntas. Ex quo ſequitur etiam, quod non eſt in poteſtate uolũtatis ſuſpendere actum: quoniam hoc uoluntatis, tanquam anceps, nõ eſt uolũtatis, ſed intellectus: & cũ intellectus naturaliter operatur quantum ad intelligere, uoluntas ſequitur intellectum. Volũtas igitur naturaliter operabitur. & ſic nullũ erit Liberũ arbitrium quod Stoici intendũt, niſi ad modum expreſſum in primo libro. ſed huic forte dicitur, quod quanquam ad hoc uoluntas faciat illam ſuſpenſionem, neceſſe ſit intellectum, ſic uoluntati oſtendere, ſcilicet ſub ratione ancipitis: tamen adhuc uoluntas eſt libera ad acceptandum illam ſuſpẽſionem, quia nõ ſequitur uoluntatem neceſsitari ab intellectu. Verùm multipliciter uidetur hoc deficere. Primo quidem, quoniam nullus dicet aliquid eſſe abſolute in poteſtate alicuius cum indiget altero: ad hoc, ut illud faciat, veluti manifeſtum ex terminis. Sed ſi uoluntas debet ſuſpendere talem actũ indiget intellectu ſic offerente, neque eſt in poteſtate intellectus ſic offerre:

quandoquidem libertas in ipſo non cō ſiſtat, ſed eſt Dei uel alicuius extrinſeci, quicquid ſit illud quod nō eſt in nobis. Quomodo igitur fingi poteſt, uoluntatem, ex ſe habere, quòd poſsit ſuſpendere actum. Amplius ſic præſentato uoluntati actu ſuſpenſionis, voluntas non cogitur ſuſpendere, ſed poteſt adhuc ſuſpendere illam ſuſpenſionem: tunc ad hoc quod ſuſpendeat, indiget adhuc intellectu oſtendente talem ſuſpenſionē: & ſic non erit uoluntas abſolutè in proteſtate talis ſuſpenſionis, ueluti ſuperius declaratum eſt: & tunc ſuſpenſionis erit ſuſpenſio. Quare abibitur in infinitum, et nunquam aliqua erit determinatio talis actus: quandoquidem infinitū eſt impertranſibile. Preterea mirum eſt, & uix credibile, quòd ſi obiectum præſentetur ſub ratione omnis boni, & ſuſpenſio oſtenditur, nō ſub ratiōe omnis boni. Non ēm includit ſuſpenſio omne bonum, imò eſt maxime culpabilis, & eſt viri omnino inſipientis, quod uelit ſuſpenſionem illam: non enim ſuſpenderet niſi uellet. Eſt enim actus uolun-

tatis, quia ſic eligit uoluntas illud quod nullam habet rationem boni & dimittit ſummum bonum. Vnde inconuincibile eſt, quod uolũtas reſpiciens ad malum, velit ipſum: & reſpiciens nedum ad bonum, verũ ad ſummum bonum, ſpernat ipſum: quod non tantum aduerſatur dictis Philoſophorum & ſanctorum, verum & experimento ipſi. Vnuſquiſq; enim in ſeipſo experitur, quòd ſi duo proponantur ſibi, quorum vnus eſt abſolutè melior altero: verbi gratia, abſtinere ab adulterio, & committere adulterium. Si quis committit adulterium pro eo tempore, pro quo committit, exiſtimat adulterium melius eſſe. nã præponit bonum delectabile bono honeſto, & ratione qua bonum, proſequitur adulterium, & non qua malũ: quia concludendo uidetur eſſe impoſsibile, quòd tale bonum ſic oſtenſum uoluntati non acceptetur ab ipſa uoluntate. Quod ſi quis dicat iſtud uerum eſſe, & quod non poteſt ſuſpendi actus uolitionis & nolitionis, niſi in re ancipiti, & vbi in obiecto uideãtur eſſe ſimul com-

mixta bonum & malum: quare difficultas auferretur. In ſummo namq; bono non uidetur eſſe libertas, ſic quod uolūtas poſsit uelle & nolle, & ſuſpendere, veluti neq; in miſeria. De neceſsitate enim unuſquiſq; uellet eſſe fœlix & nullus miſer. Vnde Auguſtinus in libro de Ciuitate Dei dicit: quanquam multi ſint, qui nollent eſſe reges: nullus tamē eſt, qui nollet eſſe beatus, vel qui vellet eſſe miſer. Vnde ad hoc ducimur natura, hoc ab ea inſtruimur, ſicut & cætera naturalia. Quia ſicut quilibet de neceſsitate aſſentit primis principijs, vbi intelliguntur, & diſſentit oppoſitis primorum principiorum: ſic unuſquiſq; vult fœlicitatem, & fugit miſeriam, vbi voluntati ſit ꝓpoſita. quare prior opinio ſpernenda eſt tanquam irrationabilis. Verùm hoc dictum eſt multum ſuſpectū, neq; uidetur euadere priores difficultates. Primo quidem ſuſpectum eſt: quoniam ferè omnes viri doctrina eminentiſsimi, ut S. Thomas & Io. Scotus, eos ferè ſecuti ſunt omnes, tenuerūt illā poſitionem, dicentes: quod licet uoluntas

non

non poſsit nolle uel refutare fœlicitatē vel uelle miſeriam, poteſt tamē actum vtrunq; ſuſpendere. namque par ratio eſt de intellectu & uoluntate: quoniam intellectus ante actum uoluntatis merè naturaliter agit, voluntas uerò eſt libera: imò propoſitis ipſis principijs ipſi intellectui, poteſt uoluntas auferre actum conſentiendi, licet non poſsit facere diſſentire: quoniam poteſt ab intellectu auferre conſiderationem. quanto magis poteſt à ſeipſa auferre actum uolendi uel nolendi. Præterea, veluti diximus, ſtant etiam adhuc illæ primæ difficultates: quoniam ſi ſuſpenſio tantum eſt poſsibilis, vbi in obiectum bonum & malum ſint admixta, uel igitur bonū & malum apparēt æqualia uel inæqualia. Si inæqualia: vnum igitur præſentabitur ſub maiori bono, & alterum ſub minori. Quæro igitur, an uoluntās poſsit eligere minus bonum, & relinquere maius bonum, an non? ſi detur quod non, iſtud uidetur contradicere inprimis Ariſtoteli 6. Ethicorum, ubi diſputat aduerſus Socratem, dicentem, uolun-

tatem non poſſe aduerſari ſciētiæ: quia Socrates negauit incontinentiam. & 3. Ethicorum Ariſtot. dicit: non oportet quod idem ſit eligens optimam & uerā habens opinionem de optimis, & non eligere optima. Quare eſto quod iudicet illud eſſe melius altero: poteſt tamē ſecundum dicta Ariſt. minus bonum eligere. Amplius, haberetur quod quæritur, uidelicet quod uoluntas non agit, niſi ut inſtructa ab intellectu: quia aut nulla eſſet libertas, aut eſſet in intellectu: quod non dicitur. Si verò detur altera pars, ſcilicet quòd minus bonū poteſt præeligi maiori bono, cum maius bonum in ordine ad maius bonum habeat ratiōem mali, ſicut minus magnū in ratione magis magni retinet rationē parui: tunc malum, qua malum eligetur: quod, vt dictum fuit, aduerſatur omnibus, & in nobiſmet experimur oppoſitum. Sentimus enim quod ſemper eligimus aliquod, quod melius uidetur altero: & ſi quis increpetur, quod magis malū elegerit, increpatus aut vult ſuſtinere, quòd electū per ipſum eſt melius

lius neglecto, aut excuſat ſe, quod ibi ꝑ tunc uiſum fuit ſic: & ſic eadem ſequun tur quę ad priorē. Sed huic forte dicit, ſicuti a multis dicitur, & uidet̃ eſſe ſententia Ariſtotelis in 3. Ethicorum, videlicet quòd maiori & minori propoſitis ſecundum apparentiam ipſi uoluntati, non poteſt rebus ſic ſe habentibus uolũ tas velle minus bonum, & renuere maius bonum, vt oſtenſum eſt: verùm poteſt voluntas intellectui imperare, vt rectè conſultet & facere, quod diſpoſitio ſit contraria. verùm quod ubi prius erat ſiue apparebat minus bonum, appareat nunc melius: & vbi tũc melius, nũc peius: quia ſecundũ iſtum modum ſtat libertas. Verùm neq; iſtud dictum uidetur ſufficere: quoniam uolũtas nihil imperat intellectioni uel alicui alteri potẽtiæ, niſi prius ſit tale præoſtenſum eſſe bonum ipſi uoluntati. Vnde de neceſsitate talis præoſtenſio præcedit imperiũ voluntatis, & eſt naturalis, neq; aliquo pacto eſt in poteſtate uoluntatis: quandoquidem uoluntas intellectum præſupponat. Erit igitur hoc ex aliquo ex-

trinſeco, vt Deo vel quouis alio, quod maxime uolunt Stoici. non igitur hoc eſt in poteſtate uoluntatis. Amplius, quoniam eo dato ubi intellectus non haberet rationes, per quas poſſet conuincere, quòd illud quod prius uiſum eſt, minus bonum oſtenderet uoluntati, eſſe maius bonum. & ſic uoluntas neceſsitatur ab intellectu, quod maxime intendimus, & eſt contra determinata. Sic enim aufertur omnis uoluntas. Cum nãque intellectus mere naturaliter operetur, & uoluntas de neceſsitate inſequatur intellectum: omnis igitur libertas aufertur. Quare ſtabit opinio Stoicorum. Propterea Ariſt. 2. Ethicorum dicit, quod ſi maior & minor in intellectu practico bene ordinata ſunt, ita ſequitur uoluntas et deliberatio, ſicut concluſio de neceſsitate ſequitur ĩ ſyllogiſmo bene ordinato. & in libro de Motibus animalium ſic ſcribit: cum enim duas propoſitionos intellexerit & compoſuerit. hæc autem ex duabus propoſitionib. concluſio, fit operatio: ut puta cum intellexit, quòd omni homini ambulandum,

dum, ipſe homo ambulat confeſtim. Si autem quòd nulli ambulandum homini, ipſe autem homo ſtatim quieſcit. & hæc ambo facit, ſi non aliquid prohibeat, aut compellat faciendum bonum. Domus autem bonum facit domũ ſtatim. & in 2. Ethicorũ in ea parte, in qua ſoluit rationem Socratis negantis incõtinentiam, ſic ſcribit: adhuc autem & ſic naturaliter aliquis reſpiciet, tamen hæc quidem uniuerſalis opinio. Altera autẽ de ſingularibus eſt, quorum ſenſus iam proprius. Cum autem una fiat ex ipſis, neceſſarium concluſum hoc dicere animam: in factis autem operari cõfeſtim puta, ſi omne dulce guſtare oportet: hoc autem dulce ut uinum, aut aliquod ſingularium, neceſſarium potentem & non prohibitum, ſimul & hoc operari. Quare etſi poſsit accidere impedimentum, quantum ad exequutionem deliberationis & voluntatis (quoniam hæc non ſunt in noſtra poteſtate:) neceſſario tamen uoluntas uolet & eliciet quę ab alio conſtringi non poteſt: ſed tantũ ab intellectu. Quod minime fingi poteſt,

teſt. quia cum intellectus naturaliter operatur, & ut oſtenſum eſt, uoluntas de neceſsitate ſequitur intellectum: ergo uoluntas de neceſsitate operatur. Non igitur libera eſt. Verùm & hoc auget difficultatem: quoniam appetitus ſemper ponitur ab Ariſtotele potentia paſſiua, quæ non mouet niſi ab alio mota. Nullum autem motiuum appetitus ponit Ariſt. niſi obiectum: quia prima motio in appetitione eſt ab obiecto. nõ itaque obiectũ mouetur ab appetitu, uelut inſtrumentum mouetur à principali, & ſolum ſecundum ſpecificationem, uerùm eſt totum oppoſitum: quoniam obiectum mouet ipſum appetitum, & dirigitur appetitus ſecundum regulam obiecti, ueluti manifeſtum eſt in ſenſu, & ab omnibus conceſſum eſt: quia nulla apud Ariſtotelem uidetur eſſe libertas, tum per iſtam rationem, tum ꝓpter alias ſuperius adductas, & infra adducendas. Cum tamen clariſsima uoce ꝓclamet 2. Ethicorũ: Sumus à principio uſq; ad finem noſtrorum actuum domini, licet non habituum. & 2. Politic. Inui

ctiſsi-

ctiſsimus eſt animus, à nullo cogitur, à nullo neceſsitatur. Sunt uirtutes, ſunt uitia noſtra, non naturæ, non fortunæ. Iſta igitur ſunt, quæ me premũt, quæ me anguſtiant, quæ me inſomnem & inſanum reddunt, vt uera ſit interpretatio fabulę Promethei, qui dum ſtudet clàm ſurripere ignem Ioui, eum relegauit Iupiter in rupe Scytica, in qua corde aſsiduè paſcit vulturem rodẽtem eius cor. Proteus verò eſt Philoſophus, qui dum vult ſcire Dei arcana, perpetuis curis et cogitationibus roditur, non ſitit, nõ fameſcit, non dormit, non comedit, nõ expuit, ab omnibus irridetur, & tanquàm ſtultus & ſacrilegus habetur: ab inquiſitoribus proſequitur, fit ſpectaculum vulgi. hæc igitur ſunt lucra Philoſophorum, hæc eſt eorum merces. Vnde fiunt argumenta Poëtarum; veluti Socrates fuit argumentum & materia in comœdia Ariſtophani, & omnes Philoſophi Luciano Comico.

*Caput octauum, in quo reſpondetur ad obiecta prioris capituli.*

Quan-

QVanquam arduum, & mihi diffi-cile videatur, his ſatisfacere: cona bor tamen ſecundum uires meas, qua-leſcunq; ſint, ad hæc reſpondere. Illud tamen in primis proteſtantes, quod ni-hil pertinaces aſſerimus, ſed ſi aliquan-do aliter nobis uidebitur, ſumus muta-turi ſententiam, & meliores ſequuturi. Suſtinendo igitur libertatem, & quod taliter uoluntas uelit, veluti diximus, quod gratia breuitatis non repetimus, dico, quod Liberum arbitrium non cõ-ſiſtit in hoc. quòd ſi uoluntati oſtenda-tur aliquod eſſe bonum illud re ſic ſe ha bente, per totum uoluntas poſsit odire ipſum: vel quod ſi præſentetur ut malũ, voluntas poſsit illud proſequi: ſic pro-culdubio & bonum odiret, & malum a maret: & ſic reſpiciẽs ad malum faceret bonum, & reſpiciens ad bonum faceret malum. quod manifeſtè aduerſatur ex-perientiæ, & dictis ſanctorum & Philo ſophorum. Sed ut libertas uoluntatis conſiſtit in hoc, quod præſentato bono eſt ĩ ſua poteſtate ſubtrahere actum uo-litionis & uelle ipſum, & rebus ſic ſe ha bentibus,

bentibus, uoluntas non poteſt illud refutare. Quod ſi refutaret, fieret mutatio ex parte intellectus. quare caſus uariaretur. Et conſimiliter dicatur, ſi obiectum præſentatur ſub ratione mali: non poteſt illud uelle uolũtas: uerùm aut illud renuit, aut actum renuitionis ſuſpẽdit. Dicoq; ulterius, quod talis ſuſpenſio, quę abſolutè & uerè eſt in poteſtate uoluntatis, non eſt: quoniam illud oſtẽdatur ſub ratione dubij. Nam talis diſpoſitio pertinet ad intellectum. Sed eſt, quoniam ipſa non eligit actum, neq; oportet aliam cauſam quærere: quoniam ſi qua eſſet cauſa, reduceretur ad naturalem. Quare uoluntas non eſſet libera, ſed naturaliter ageret ſecundum illam diſpoſitionem. Et ſi dicatur, ut dicebatur in opponendo, ſi ſuſpendit actum ipſa uoluntas, nónne vult illam ſuſpenſionem, & omne uolitum eſt apprehenſum ut bonum. ergo oportet intellectũ voluntati ſic oſtendere. Huic dicitur, quod ſic dicere, eſt negare ſuſpenſionẽ eſſe in poteſtate uoluntatis: quoniam oporteret, ſi deberet exire in talem actũ, ut in-

vt intellectus ſibi prius appræſentaret illud eſſe bonum: quæ præſentatio fit à cauſa extrinſeca, quæcunq; ſit illa. Quare dicitur, cum uoluntas ſuſpēdit talem actum, uolūtas non uult ſuſpendere talem actum, ſic q̃d uelle dicat aliq̃d poſitiuum: imò tunc uolūtas eſt mere ocioſa, & ille actus ſuſpenſionis nō uere eſt quid poſitiuum, ſed tātum negatiuum. Verùm dicitur actus uoluntatis: quoniam eſt priuatio actus uoluntatis, ueluti diximus, quod nolle ſuccurrere naui periclitanti, eſt actus uoluntatis, & abſentia nautæ eſt cauſa ſubmerſionis nauis. Et ſi quæreretur, cur eſt, ſi aliquod obiectum debet amari à uoluntate, de neceſſitate requiritur præoſtenſio boni per ipſum intellectum: ſi tamen uoluntas debet ſuſpendere actum, non requiritur aliqua præoſtenſio. Nam non eſt fingere quæ ſit illa, niſi oſtendatur per modum ancipitis: quod tamen negatum eſt. Huic quidem dicitur, quòd illud contingit ſcilicet, quod uoluntas ſuſpēdat actum ex tali oſtenſione. Sed illud neq; eſt neceſſarium, neq; cauſa per ſe. Verū quod

talis

talis præoſtenſio ſit neceſſaria in actu poſitiuo, & non in priuatione, eſt rationabile: quãdoquidem poſitiuum habet uere cauſam effectiuam: priuatiuum autem non habet cauſam efficientem ſed deficientem. Nam ſi uoluntas amat aliquod uel uelit, oportet illud eſſe bonũ, verè uel apparenter. Sed quod non eligat actum, ſufficit ſola deficientia actus & eius priuatio. Etenim agens, ut non agat, ſufficit ſola priuatio. Dico tamen, quod uoluntas non eligens actum ſecũdum quamcunq; diſpoſitionem, nõ dicitur ſuſpendere actum: ſed eſt in propinquiſsima potentia eligẽdi actum, ut pote, cum intellectus ei offert & actualiter intelligit. Si nãq; homo dormiret, non propter hoc diceretur ſuſpendere actum: quoniam tunc non eſt apta operari, & in potentia propinquiſsima exiſtens. Quare & per hæc ad omnia ſigillatim reſpondetur. Ad primam igitur, cum quærebatur præſentata uoluntati beatitudine, an poſsit indifferenter ſuſpendere uelle & nolle, dico, quod non poteſt eam nolle, vbi nolle non ſit merè

 priuati-

priuatiuum: quoniam uoluntas reſpiciens ad malum, non poteſt uelle illud, neque reſpiciens ad bonum, nolle ipſum. Quãto magis ad ſummum bonum? tamen eſt in poteſtate uolendi & ſuſpendendi actum: & ſic ſaluatur libertas. Cũ que ulterius dicebatur, ſi debet talem actum ſuſpendere, oportet quod uoluntati offeratur per modum ancipitis ab intellectu: ueluti ſi debet uelle, oportet offerri per modum boni. Iam patet hoc non tenere, imò concluditur oppoſitũ: quoniam ſic non eſſet merè libera, ſed præſupponeret aliam actionem. Verũ tamen eſt, quòd ſi primo præſentaſſet intellectus uoluntati obiectum ſub ratione dubitabilis, uel non omnino boni, ex illo poſſet perſuaderi, ſed non cogi. Sed ad ſimpliciter ſuſpendendum nihil aliud requirit, niſi ipſa uoluntas non agens: potens tamẽ in diſpoſitione propinquiſsima agere. Quare argumẽtum ſupponebat falſum, & dictum eſt, non eſſe ſimile de actu poſitiuo & priuato, & quod ſuſpenſio proprie non eſt uelle, niſi quatenus eſt priuatio. Vnde magis eſt

gis eſt uoluntatis, quàm uelle. Vnde ad ſecundam dicitur, quod ſi duo præſententur, quorum unum ſit maius, uel apparens maius bonum quàm alterū: ſtante tali caſu non poteſt præeligere minꝰ bonum, nec aufertur libertas: ſed poteſt uoluntas ſuſpendere actum circa maiꝰ bonū: quo ſuſpenſo quaſi ex conſequētia delitеſcit operatio intellectus, reſpectu illius maioris boni, quaſi intellectꝰ tanquam cōſiliarius fuerit ſpretus à Rege, & remanet conſideratio illius minoris boni: quia ſi à uoluntate eligitur, & eſt peccatum ipſius uoluntatis peccatū omiſsionis. Quare punienda eſt, neq; approbo quod adducebatur ex comuni noſtro modo loquendi quaſi ab omnibus, uidelicet quòd ſic minus bonum eligitur: quoniam uoluntas imperat intellectui, quod diſcurrat. Vnde fit tranſpoſitio: quoniam quod prius uidebatur maius, poſtea uidetur minus, & è conuerſo: quoniam, ut ſupra deductū eſt, uoluntas non poteſt facere tale imperium, niſi prius fuerit oſtenſum ab intellectu. Quare non ſtaret ſimpliciter libertas

bertas in poteſtate uoluntatis. Amplius, ut dicebatur, ubi per intellectum illud fieri non poſſet: nunquam uoluntas eligeret minus bonum: quod falſum eſt, & contra experientiam. Ideo dicendum eſt, ut diximus, & pariter dicatur de duobus æqualiter bonis: quoniam neglecto uno eligeret alterum, ut diximus. Quod ſi adhuc quæratur, quando eligit vnum & alterum negligit: nunquid reſpicit ad alterum, utpote ad maius bonũ, dicitur quod minime. Imò iſtud eſt impoſsibile, ueluti prius dictum eſt: uerùm uoluntate frigeſcẽte circa illud maius bonum: quoniam uoluntas ſuſpendit actum maioris boni, cognitio deliteſcit: neq; dico, quòd ideo intellectus ceſſat illud intelligere, quoniam illud imperetur à uoluntate. nam uoluntas non imperat nisi ſic oſtenderetur per intellectum eſſe imperandum, quod non apparet illud ſub ratione boni, quod uerũ non eſt. nam poſitum eſt, quod offeratur ſub ratione maioris boni: verùm eſt, vt diximus per quandam ſequellam, ſ. quod uoluntate frigeſcente circa mai bonum

bonum, deficit apparitio maioris boni. quare tantum reſtat apparitio minoris boni: & tunc habet apparitionem abſolutam & nõ comparatam ad maius bonum: quia uoluntas tunc eligit illud. Vnde nõ ideo eligit de neceſsitate: quoniam de minori bono factum eſt ſecundum apparentiam magis bonum, ut dicebant alij: ſed quoniam ſolum minus bonum remanſit, oſtenſum uoluntati. Quod ſi dicitur, cur obiectum minoris boni remanſit, & maioris boni deletũ eſt, cũ multo magis debuit illud remanere: quoniam magis mouebat ꝙ minꝰ bonum. huic exiſtimo, dicendum: quoniam fortaſsis habet minus bonũ cauſam magis conſeruantem, quia imputãdum eſt uoluntati quod ſuſpenderit actum maioris boni, & peccauerit peccato omiſsionis: vnde ex omiſsionis peccato ſequutum eſt & peccatum cõmiſsionis. Vnde non eligendo quod debebat eligere, eligit quod non debet eligere. Vnum enim peccatum ſubminiſtrat alteri. & forte, quod ex quo illud obiectum erat magis mouens, & fruſtratum

eſt, ſuo fine delitefcit: quod non eſt ita
ī altero obiecto. natura enim vbi perfe-
ctū non poteſt facere, monſtrum indu-
cit magis, q̃ non animatum producere
quaſi uices alternās: & ubi optimū non
facit, quod magis bonum accedit facit.
Vnde & per hæc dicit ad ultimū, quod
ſi intellectus practicus habet maiorem
& minorem in actu, ſequitur de neceſsi
tate electio, niſi impediatur. ut manife-
ſtè in utriſq; locis citatis dicit Ariſtote-
les. Verùm impediri poteſt, & de facto
aliquando impeditur. nam illæ præmiſ-
ſæ ordinabantur ad electionem conclu
ſionis. Verùm non eſt in poteſtate uo-
luntatis eligere oppoſitum concluſio-
nis: quoniam, ut dictum eſt, oſtenſa bo-
nitate non poſſumus refutare, ſed poſ-
ſumus actum ſuſpendere: nulla alia diſ-
poſitione præcedente. Quare impedi-
mentum aduenit, cum finis, in quem or
dinabatur ſyllogiſmus, impeditur. Vn-
de rectè dixit Ariſtoteles, quod ſtante
ſcientia perfecta & completa, non poſ-
ſumus operari aduerſus ſcientiam, ſic
quod agamus oppoſitum, & uelimus
oppoſi-

oppoſitum: ſed bene poſſumus actum ſuſpendere. Cumq; dicitur Ariſtotelem non intelligere de electione, ſed de opere ſequente electionem, quod non eſt in poteſtate nóſtra: huic dicitur, quòd per exemplum extra, dedit intelligere & illud intra. Poſuit autem illud exterius: quoniam eſt magis notum. Vnde cũ dixit, efficit domum, intelligit electionem, & ea quæ ſequuntur ad electionẽ. Sic itaq; mihi uidetur dicendum in tam ardua difficultate, quam ideo introduxi, magis ut alij doceant me, quàm ego alios.

*Caput nonum, in quo mouentur quædam dubia aduerſus ea quæ dicta ſunt.*

ADuerſus aũt ea quæ adducta ſunt in ſuperiori capitulo, arduæ inſurgunt mihi dubitationes. Dictum eſt enim, quod præſentato aliquo bono tantum ſub ratione boni uel maiori bono non poſſum renuere illud: neq; in hoc ſtat libertas uoluntatis, ſed poſſum ſuſ-

pendere actum vel velle ſtātibus dictis conditionibus. Verùm cadit dubitatio: quoniam aut requiritur alia diſpoſitio ratione ſuſpenſionis, & alia ratione uolitionis: ſic quod ſi uoluntas in caſu iſto debet ſuſpendere ſuum actum, exigit unum alterum ad hoc ut ſuſpendat, & alterum ad hoc quod eligat: aut præciſe ſecundum eundem modum ſe habens, poteſt utrunq; diuiſim facere. Si detur primum, hæc eſt contra determinata & contra ratione͂ libertatis: quoniam ſi a exempli gratia, requiritur pro ſuſpe͂ſione & b pro electione: ut igitur a eſt uoluntarium aut naturale, & habens cauſam ex aliquo extra uoluntatem. Si uoluntarium eſt, illud etiam erit in poteſtate ad oppoſita, ut ab ea uoluntate eligatur. Quare erit proceſſus in infinitum. Si vero naturale, ergo cum uoluntas determinetur per illud quod no͂ eſt in poteſtate ſua, no͂ alia requiritur diſpoſitio. Verùm ipſa uoluntas eodem modo ſe habens indiffere͂ter poteſt in oppoſita, & hoc neceſſarium eſt dicere, ſi priore͂ poſitionem uolumus ſuſtinere. Verùm

ſtat anguſtè: quoniam uirtus, quæ eſt in potentia, æqualiter ad utrumq; oportet vt determinetur per aliquod aliud: quoniam aut utrumq; ſimul produceret, aut nullum, vt dicit Commentator 8. Phyſicorum Comm. 48. & uidetur eſſe ſententia Ariſtot. in nono Methaphiſicæ. Igitur uoluntas ſic determinata nõ poteſt aliquem iſtorum actuum producere.

Huic fortaſsis dicitur, ut comuniter dici ſolet: Aut tibi intellexiſſe de naturali potentia, & non uoluntaria. Certè hoc inconſideratè dicitur: quoniam manifeſte 8. Phyſicorum Comm. 8. & manifeſtius & copioſius Com. 15. dicit, quòd neq; uoluntas quæcunque ſit illa poteſt hæc facere, imò quod iſtud non eſt intelligibile: & non tantum iſta eſt ſententia Commentatoris & Themiſtij & aliorum Peripateticorum: verũ & Ariſtot. Nam negata iſta propoſitione nulla remanet uia apud Ariſt. ad probandum motum æternum. Innititur enim illi q̃d diuerſa produci non poſſunt, niſi ſecundum diſpoſitiones diuerſas Quare ante quemcunq; motum datum, oportet

dari alium motum præcedẽtem, & ſubſequentem. Vnde ſi motus incipit ante motum, erit motus: & ſi motus deſinit poſt motum, erit motus. Quare ſi uolũtas à nullo mota, poteſt incipere moueri, & per nullam aliam cauſam poteſt à tali motu ſe abſtinere: quanto magis diuina uoluntas poteſt incipere motum ſine motu præcedente, & deſinere moueri ſubſequente. Neque prodeſt, quod ab aliquibus dicitur, veluti & ſuperius diximus, vt ſi uoluntas poteſt ſuſpendere actum, & facere actum: non tamen ſine ſui mutatione: quoniam uolitio ſubiectiue eſt in ipſa uolũtate, et mouẽs nõ eſt in mouẽte, ſed in moto, vt dicit Philoſophus 3. Phyſicorum. Quare ſi Deus inciperet mouere, ſaltem moueret ſe, & ſic eſſet mutabilis: quod eſt contra rationẽ Dei. Verùm hæc reſponſio ex toto eſt corrupta. Primò, quoniam ſic deſtruitur ratio Ariſtot. & efficitur falſa. Dicit nãq; Ariſtoteles, quod ſi motus inciperet ante primum motũ, eſſet motus, modo ſecundum tales hoc non ſequitur, ſed ſolum quod Deus moueret.

Ex illo

Ex illo antecedente igitur non infertur, quod per Ariſt. infertur, ſed quod per Ariſtot. non infertur. Quare dupliciter erit peccatum Ariſt. vnum quidẽ quod non intulit quod debeat inferre. Secundò, quoniam ſi teneamus intellectũ eſſe uoluntatem agentem diſtinctum à uoluntate recipiente, vt tenuimus in 2. nullo modo intellectus ſiue uoluntas actiua mouebitur. Quare eadem erit ratio de Deo, & uoluntate in agente in aliud & nõ in ſe. Tertiò, quoniam ut multoties dictũ eſt nulla eſt maior ratio, quod virtus eodem modo diſpoſita producat contraria in ſeipſam quàm in aliud. Eſt enĩ illud accidentale, ſcilicet agere in ſe uel in aliud. Quare eſt fallacia non cauſæ vt cauſę. eſt altera dubitatio, quoniam in eodem cap. conceſſum eſt, quod intellectu practico ordinante maiorem & minorem, debito meo ſtat quod uoluntas non eligat, ſed ſuſpendat actum. Verùm hoc nõ uidetur eſſe poſsibile: quoniam ſtat quod ſic peccet, etſi non peccato commiſsionis, quoniam ſecũdum dicta in tali ſuſpenſione uoluntas nihil agit,

agit, tamen peccato omiſsionis. Non ſolum em̄ peccamus operando quæ nō debemus, uel modo quo non debem9: verùm & omittendo quæ debemus.

Quare & in confeſsione dicitur, non ſolum commiſsione, ſed & omiſsione. Verùm in tali peccato nullus eſt error in intellectu, et eſt error in uoluntate ut apertum eſt. Sed hoc eſt manifeſtè contra Ariſt. & contra communiter loquētes, & maximè aliquos Theologos. cōtra Ariſt. (& contra cōmuniter loquentes) quoniam 2. Rhet. manifeſtè dicit Ariſtoteles: nullus ſciens & uolens praua eligit. Aſt ī tali peccato eligit prauū, vt patet 3. Ethicorum & eſt ſciens: quoniam & habet maiorem & minorem in actu. Idem ſequitur ex poſitione, quod non minus qui peccat, aut per ignorantiam peccat, aut peccat ignorās. ex quo ſequitur, quod non omnis malus eſt ignorans, quod aperte Ariſtot. aduerſatur in 3. Ethico. & Socrati & Platoni vt patet in Memnone, et in 2. Alcibiade & alibi, & noſtris Theologis qui tātos autores inſequūtur. Patet autem, illud manifeſtè

nifeſtè ſequi: quoniã talis ſcit maiorem & minorem. Quare neq; in uniuerſali neq; in particulari ignorat. quod ſi concedatur non eſſe neceſſarium peccantẽ ignorare, & arguitur ab aliquib. quod iſtud eſſe non poteſt duabus euidentib. rationibus. Prima eſt, ſicut ſe habet bona exiſtimatio ad actum moralem bonum, ita mala exiſtimatio ad actum moralem malum: ſed non eſt bonus actus moralis abſq; bona exiſtimatione, ut dicitur 6. Ethicorum, quoniam prudentia eſt neceſſaria, quæ eſt cum bona exiſtimatione, ergo mala exiſtimatio eſt neceſſaria in peccato: ergo deceptio eſt neceſſaria intellectu. Amplius, quoniã omnis peccator eſt imprudens ſicut docet Philoſoph. in ſecundo Ethic. omnis enim qui peccat imprudenter facit. Imprudentia pertinet ad intellectum, veluti & prudentia: quoniam oppoſita pertinent ad eandem potentiam. Cum itaque prudentia ſit recta, ut dicitur 2. Ethicorum. ergo prudentia erit obliqua in intellectu: & ſic non eſt peccatum in uoluntate, niſi ſit in intellectu. hoc idẽ cõ-

muniter, vt diximus, dicunt Doctores ſcribentes ſuper 3. Ethicorum ſuper illa parte, omnis malus ignorans. & Egidius Rom. in Quolibeto 3. 9. 15. ex intentione determinat hoc, & intendit iſtud oſtendere. Diuus quoque Thomas multoties idem approbat, & eſt quaſi vniuerſalis opinio. Imò & ſaluator noſter dum in cruce penderet, rogauit patrem vt Iudæis parceret, dicẽs: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. & Stephanus dum lapidaretur rogauit redẽptorem, dicens: Domine ne ſtatuas illis hoc in peccatum, ſed ignorantię aſcribas: et Apoſtolus dixit, q̃d de ſua perſecutione aduerſus Chriſtianos ueniam meruit: quoniam ignoranter fecit, quia nullum uidetur eſſe peccatum in uoluntate abſque peccato intellectus. Vnde Commentator 12. Methaphiſicæ Commento 36. remouit peccata ab intelligẽtijs: quoniam remouit & ignorantiam, cum ſint actus ſimplices. & eadem videtur eſſe ſentẽtia Ariſtotelis apertè in 9. Methaphiſic. vbi uoluit peccatum & errorem remoueri ab intelligẽtijs: quoniam

nſam ſunt actus ſimplices.

### *Caput decimum, in quo reſpondetur ad obiecta.*

VTinam ad hæc obiecta haberem conuenientẽ ſolutionẽ. tamen ad hæc quæ mihi uidentur, dicam: rogoq; uidẽtes has nõſtras nugas, ſi temerarius eis uidebor, & nimium audax, hanc opinionem à ſe remoueant: quãdoquidem non ex aliqua malitia, neq; ut mihi gloriam cõparem, hæc dico: ſed ſolum deſiderium ſciendi ad hoc me inducit. Certè uoluntas non peccat, ſi intellect9 peccat. Quantum igitur ſit de prima dubitatione, inſequendo hanc opinionẽ, dico: quòd uoluntas præciſè exiſtens ſub eadẽ diſpoſitione poteſt in duo oppoſita, & extrinſecè & intrinſecè ſe habendo in eundem modum, & non alia diſpoſitione indiget, ut ſequendo opinionem argumentum mihi uidetur demonſtrare: & cum dicitur, potentia æqualiter reſpiciẽs duo, non poteſt in alterum, niſi per aliquod determinetur,

dicitur,

dicitur, vt ibi dicebatur. Fallit in uoluntario agente. Alia uerò ſubduntur illi regulæ, quod prouenit ex eorum imperfectione. Quare voluntas ex ſui perfectione & actualitate in vtrumque poteſt ſic ſine determinatione alia. Quãto magis igitur Deus benedictus, qui eſt fõs omnis perfectionis, & pelagus iexhauſtum. Cumque adducitur Comment. in 2. & 8. Phyſic. autoritas eius in hoc admittenda non eſt; neque etiam Ariſt. veluti & omnes leges, quæ mũdum de nouo faciunt, habent dicere. Vnde mirum eſt de eis, ſi ponunt Liberum arbitrium in hominibus: ad quod de neceſsitate ſequitur, quod uoluntas ex ſe ſine alia diſpoſitione poteſt in duo oppoſita: & negant hoc in Deo: quandoquidem ſic agere poſſe in duo oppoſita ſit ex rei perfectione, & Deus ſit ſummè perfectus. Vnde proculdubio illa ratio Ariſt. de Aeternitate mũdi eſt Sophiſtica & puerilis. Quod ſi dicatur, cum Ariſtoteles acceperit illam propoſitionem quæ falſa eſt, & deſtruit Liberum arbitrium ergo Ariſt. negauit Liberum arbitrium: quod

quod non uidetur uerum, cum dicat, nos eſſe dominos noſtrorum actuum, & uirtutes & uitia eſſe in poteſtate noſtra. Huic dico, quod de neceſsitate Ariſtoteles negauit Liberum arbitrium, quod Cicero in libro de Fato Ariſtoteli aſcribit apertè. Dicitq́ʒ Ariſt. tenuiſſe, omnia ineuitabiliter euenire: aut ſi tenuit in nobis eſſe Liberum arbitrium, vt in primo Perihermen. ad finem dicit, & in tertio Ethicorum: ſibi manifeſtiſsimè contradixit in his locis, & in octauo Phyſicorum. Exiſtimo tamen, opinionẽ Ciceronis eſſe magis ad mentẽ Ariſtotelis, etſi aliter uideatur dixiſſe in Ethicis, hoc fecit propter vulgares & bonos mores: exiſtimoq́ʒ unum dixiſſe, & alterum ſenſiſſe. In ſecundo nãque Ethic. multũ ſe inuoluit de illa quæſtione, an ſit uidelicet in poteſtate noſtra, q̊d res appareat vel bona vel mala. Vnde ibi dicit, fatuum eſſe dicere, uirtutes eſſe noſtras & nõ uitia, & uerum dicit: ſed, neq́ʒ uirtutes neq́ʒ uitia noſtra ſunt, ſecundum Stoicos. Vnde erat ſuum oſtendere, virtutes eſſe noſtras.

Quare ego exiſtimo, illud Ariſtotelem non dixiſſe ex propria intentione, ſed complacens vulgaribus, & propter bonos mores. Iſta ergo in hoc eſt mea exiſtimatio, non autem ſententia. Ad alteram autem dubitationem, in qua inferebatur, quod aliquis ſciens & volẽs praua vellet, & quòd non omnis malus eſſet ignorans, quod aduerſatur Ariſtoteli & Platoni, huic dicitur, quod cõcluſio de neceſsitate ſequitur, ut optimè argumentum deduxit. Quare autem hoc aduerſetur Ariſtoteli, mirum eſſe non debet: quoniam iſta concluſio ſequitur ex præſuppoſitione illius, quòd uoluntas eodem modo ſe habens intrinſecè & extrinſecè poteſt in duo oppoſita.

Hoc autem manifeſte repugnat eius ſententiæ in octauo Phyſicorum. Vnde voluntas, cum ſeipſam non poſsit limitare ad alteram partẽ, oportet quòd limitetur ab alio, quod naturaliter agit. Quare ſecundum directionem illius, dirigitur voluntas: ex quo manifeſte auſertur ab eo libertas, & ab omni alio ſic loquendo de libertate, quod immediatè nul-

tē nullo addito limitante poſsit in duo oppoſita. Quare omnis error in uoluntate, erit ex errore intellectus: & ſic nullus apud Ariſtotelem ſciens & uolens efficitur prauꝰ, & omnis malus eſt ignorans. Ille quoq; tertius actus, quem cōmuniter attribuimus voluntati præter velle & nolle, ſcilicet actum ſuſpendere, non eſt à uoluntate uerè & ſolitariè, ſed eſt ab intellectu dirigente ipſam ſuſpenſionem. Vnde Ariſtoteles poſuit voluntatem merè paſsiuam, & moueri ab obiecto, & non voluntatem mouere obiectum, ueluti eſt in ſenſu & appetitu eius ſenſus: quoniam appetitus ſenſitiuus mouetur à ſenſu informato obiecto, & appetitus ſenſitiuus non mouet ſe: quia cum Ariſtoteles nullam faciat differentiam inter uolūtatem & appetitum ſenſitiuum, quantum ad moueri ab obiecto, (ſub una etenim regula vtroſq; comprehēdit,) nulla relinquitur libertas in uoluntate, neq; etiam in intellectu, quandoquidem naturaliter agit ipſe intellectus: ſed tamen eſt differētia inter appetitum ſenſitiuum & vo-

luntatem, quoniã eſt & differẽtia inter intellectũ & ſenſum: quoniam ſenſus eſt ſine diſcurſu & particulariter cognoſcit neq; menſurat & comparat inter ſuas actiones, quæ tamen omnia fiunt ab intellectu. Hinc exiſtimatur uoluntatẽ eſſe liberam: quoniã intellectus ad partes conſulit, ad partes utraſq; argumentatur. Sed ipſa uoluntas ſemper ſequitur ipſum intellectum, ſiue benè iudicet intellectus, ſiue malè iudicet. Quod autem bene intellectus iudicet, uel malè, non eſt principaliter ex uoluntate: quoniam, vt dictum eſt, uoluntas mouetur ab intellectu: ſed ex bona diſpoſitione intellectus, quam contraxit à corpore in principio generationis. Nam apud Ariſtotelem anima eſt mortalis, & non poteſt ſecundum ipſum à corpore ſeparari veluti diximus in noſtris tribus Tractatibus de Immortalitate Animæ: & eſt primus. Secundus eſt apologia, in qua reſpondemus quibuſdam impugnantibus. Tertius inſcribitur Defenſorium, in quo particulariter reſpondemus cuidam noſtro calumniatori. Be-

nè uel

nè vel malè etiã diſcurrit intellectus ex diſpoſitionibus extrinſecis, ut ſunt cor porum cœleſtium influxus, conuerſari cum uiris doctis, habere neceſſaria ad uictum & veſtitum, & ſic de ſingulis: quę omnia tamen ſubijciuntur fato, ne que ſunt in noſtra poteſtate ſimpliciter Quòd ſi quis dicat, Ariſtotelem non te nuiſſe fatum propter multa quæ ab eo dicuntur, dicatur ipſum ſibi repugnaſſe, & inconſtantem & fluxum fuiſſe: quod eſt proprium hominis, neq; ego ſum ſolus: quandoquidem & ipſe Cicero in libro de Nat. deorum hoc Platoni & Ariſtoteli amplisſimè tribuat. Sequendo igitur opinionem ueram, & religionis Chriſtianæ quam ego profiteor, & pro qua paratus ſum tollere crucem, & cum Chriſto & pro Chriſto mori, dico iſtud non eſſe inconueniens, q̊d aliquis habeat intellectum non errantem, & uolũtatem non errantem. Quare ſciens & uolens eligit praua, extendendo tamen nomen electionis ad ſuſpenſionem actus, & quod non omnis malus ſit ignorans, ſic quod peccet per

ignorantiam, aut ignorans. Et hoc totum conceditur: quoniam conceditur, quod idem eodem modo ſe habens poteſt in oppoſita: & hoc ſoli uoluntati conuenit, & nulli alij. Aduertas tamen quod ubi eſſet peccatum cõmiſsionis, hoc non poteſt concedi, ſed tantum in peccato omiſsionis. In peccato enim cõmiſsionis eligitur malum, quod uoluntati per intellectũ oſtenditur eſſe bonum, quare intellect9 peccat: quoniam oſtendit aliter quàm eſt, aut reijcitur bonum, quod exiſtimatur eſſe malum: quoniam intellectus ſic oſtendit uoluntati. Vnde eſt error in ipſo intellectu, & transfertur ad uolũtatem. Et ſi dicatur, prius igitur peccatum eſt in intellectu, quam in uoluntate: quod dictis & rationi repugnat. Huic dicitur, ut ſupra uiſum eſt, quod peccatum eſt primo in uoluntate, ſed primum peccatum uoluntatis eſt peccatum omiſsionis, ex quo peccato deſcendit peccatum commiſsionis: quare peccatum eſt ex uoluntate. In peccato igitur commiſsionis ſemper intellectus peccat, ut oſtenſum eſt: in pec-

cato

cato autem omiſsionis ſtat oppoſitum: quoniam ſtat, quod ſciat in uniuerſali & in particulari, & quod ſuſpendat actum, quod eſt omiſsionis peccatum: ſed non poſſet uelle aut nolle, ut affirmationem dicit contra ſcientiam in vniuerſali & in particulari. verùm ad ratiões. Ad primã, in qua dicebatur, quod ſicut actus bonus ſecundum morem exigit exiſtimationem rectam, ſic actus malus ſecundum morem exigit exiſtimationem falſam, dicitur negando ſimilitudinem: quoniam ad bonum & ad perfectionem omnia requiruntur integra. Si enim domus debet eſſe perfecta, oportet quod habeat omnes partes requiſitas ad domum: verum ad imperfectionem ſufficit defectus unius partis, quia uirtus exigit mẽtem rectam & uoluntatem bonam: ad uitium autem ſufficit, uel quod ratio ſit mala uel mens mala. nam uera uirtus non eſt abſque prudentia, ut dicitur ſexto Ethicorum.

Quare ſi ratio eſſet mala, & recta uoluntas ſcilicet ad bonum finem propriè non eſt actus uirtuoſus. Vnde & ad 2. di

citur, quòd malus eſt imprudens non ratione rationis, ſed ratione uoluntatis: nam cum prudentia exigit & rectā rationem & rectum appetitum, imprudentia ei oppoſita exigit, vel falſam rationem uel obliquum appetitum: & ſic rationes nihil cogunt in eo qui malus eſt per omiſsionem, & non per commiſsionem. Quare forte propoſitio dicens, nullus ſciens & uolens eligit praua, intelligitur per actum poſitiuum & in peccato commiſsionis, non autem de peccato omiſsionis, imò omittendo propriè non eſt electio, ſed impropriè dicitur electio. Vnde ſic peccans peccat, non quia eligit: ſed quoniam non eligit. Quod ſi dicatur, iſte qui nō eligit vult non eligere, ſed uelle eſt affirmatiuum, ergo peccat committendo, quoniam vult quod non debet. vult enim non eligere quod non debet non eligere, imo debet eligere. patet illud non bene inferri, quod ſi non eligit, vult non eligere, niſi intelligatur priuatiuè, quòd ſcilicet priuatio illa ſit uolũtatis. Neq; talis omíſsio habet obiectũ aliquod:

aliquod: quoniam priuatio non exigit obiectum proprie. & ſimiliter gloſſari poteſt, omnis malus ignorans ſcilicet malus committendo non omittendo. Vnde tres adhibuimus actus uoluntatis ſcilicet uelle uel nolle, complacentia vel diſplicētia, & purum non uelle, q̊d eſt actum ſuſpendere. Velle exigit, ut bonum præſentetur tanquam malum. ſuſpenſio nullum iſtorum exigit, quanquam ſuſpenſio poſsit eſſe mala & bona. bona, ubi ſuſpendit, quod ſuſpendēdum eſt: mala uerò, ubi ſuſpendit, quod ſuſpendendum nō eſt, ut eſt in malo omiſsionis. Quantum autem ego recordor, mihi uidetur quod Ariſtoteles non faciat mentionem de iſta ſuſpēſione, niſi ut ſuſpenſio eſt uolita poſitiuè, ſic quod ſi uoluntas ſuſpendit uelle vel nolle, hoc eſt, ut ſibi placet, ſic ſuſpēdere ex aliqua cauſa, & ſuſpenſio habet rationem boni. Vnde ſi quęratur, quare ſuſpendis? dicit Ariſtoteles, quoniam hoc uidetur bonum: quoniam anceps ſum de partibus. Quare uolo maturius conſulere. vnde uelle exigit ap-

parentiam boni,nolle ut affirmatiuum includit apparentiam mali. Suſpendere uerò aut quoniam non uidetur anceps, uel exiſtimat protelationem ſiue dilationem cõuenire ex aliqua cauſa. Quare iſti tres actus,extẽdendo nomen actus, etiam ad priuationem exigunt diuerſas diſpoſitiones: quoniam idem,eodem modo ſe habens,non producit diuerſa. Vnde ante motum de neceſsitate eſt motus,ut dicitur in octauo Phyſicorum. Quo dato, quicquid euenit ineuitabiliter euenit, offertq́ Liberum arbitrium. Quod ſi ſaluare uolumus, oportet illud principium negare, ſcilicet quod idem eodem modo ſe habens non poſsit producere diuerſa, ut quietem & motum, ſuſpendere actum & non ſuſpendere. Vnde cum Ariſtoteles poſuit, quod de neceſsitate motus eſt æternus, quoniam idem eodem modo ſe habens, non poteſt producere oppoſita, & quod nos ſumus domini noſtrorum actuum, implicite poſuit duo contradictoria. Quare cum principijs exiſtentibus repugnantibus ne-

ceſſe ſit ſequi concluſiones repugnantes, non eſt mirum, ſi in hac materia reperitur contrarietas & inuolutio in dictis Ariſtotelis.

*Caput undecimum, in quo mouentur quædam dubia circa diuinam prouidentiam.*

QVoniam fatum concernit prouidentiam, & Liberum arbitrium, ſicuti dicit Boëtius in 4. de Conſolatione. In diffinitione enim fati (quemadmodum dictum eſt) ponit̃ diuina prouidentia, & quoniam ſi quid ſubterfugit ineuitabilitatem, maximè eſt Liberum arbitrium. Cum igitur in ſuperioribus capitulis uiſa ſint quædam pertinentia ad Liberum arbitrium: ideo nũc intendimus quædam ponere, quæ pertinent ad diuinam prouidentiam. Illud autem mihi præcipuum eſt, an Deus cognoſcat actus uoluntatis humanæ? neque facio uim antequam fiant, uel dum fiunt, uel dum facti ſunt: quoniam quantum ad id quod quærere intendo, eſt eadem difficultas.

Quare

Quare dicamus de his actibus humanis, qui nunc ſunt uel facti ſunt: & nemini dubiũ eſt, quod inſequendo hanc opinionem, quã uerißimam credimus, oportet dicere, quod ſic: & unanimes omnes confitentur. dicereq́ oppoſitum eſt hæreſis manifeſta, & aperte deſtruit dictam opinionem. Verùm apud me maximam habet difficultatem, quam maxime deſiderarem à me remoueri.

Nam actus humanus elicitus, utpote volitionis uel nolitionis dependet, nõ tantum ab eſſentia animę & eius potẽtia, quæ eſt uoluntas, ſed à determinante uoluntatem ipſam. non enim uolitio huius uel illius obiecti producitur à uoluntate niſi determinetur ipſa uoluntas ad unum oppoſitorum: quandoquidẽ cum ſit in potentia contradictionis ad duo oppoſita. Si debet agere ſimul, utrumq́ non agit, ſed unum tantum determinatè. quare oportet ipſam determinari. Quod ſi iſta de neceſsitate requiruntur ad eſſe uolitionis, requiruntur & ad eius cognitionem. Non poteſt igitur ſciri uolitio niſi & uolitionis

cauſæ

cauſæ ſciantur. Si igitur Deus cognoſcit uolitionem, cognoſcit & illa tria, ſc. Eſſentiam animæ, potentiã quę eſt uoluntas, & determinationem. Verùm potentia & eſſentia ſunt effectus Dei: quare illa duo ſciuntur à Deo ſcientia practica ſiue factiua, determinatio autem (vt dictum eſt in prioribus) eſt ab ipſa voluntate. Nam determinationis alia cauſa non eſt quærenda, niſi quoniam uoluntas. Quare uolitio & nolitio ſua ſunt, unde per ipſas meretur laudem & vituperium: & conſequenter pœnam & præmium. Cum igitur talis determinationis Deus non ſit cauſa, neq; cauſa talis actus, quomodo igitur talis act9 à Deo cognoſci poteſt? quoniã, ut eſt cõmunis ſententia Phyſicorum & Theologorum, qui cõcedunt Deum cognoſcere extra ſe, dicũtur illa à Deo cognoſci, quorum Deus eſt cauſa. Cum igitur tales operationes & determinationes noſtræ ſint & non Dei, igitur talia Deo cognoſcere non poteſt: quãdoquidem talium non ſit cauſa. Sed huic fortaſsis dicitur, imo & actus & determinationis uo-

onis uoluntatis Deus eſt cauſa, ſed uni uerſalis. Nullus enim effectus ſubterfu git cauſalitatem Dei, ſed iſtud magnã a pud me habet difficultatẽ: quoniã De= us eſt, uel totalis cauſa huius effectus, et talis determinationis, uel tantum partia lis. Si primũ detur: tũc cum actus Libe ri arbitrij magis attribuitur agenti quã patiẽti, cũ Deus ſit totalis cauſa talis de terminationis & actus, actus ille non e rit uoluntatis, ſed erit Dei: & ſic uelle & nolle non erũt noſtra, ſed Dei. Quare li bertas aufertur ab ipſa uoluutate. Si ue ro detur, quod iſta ſunt Dei & uolunta tis, aut igitur Deus regulat uolũtatem & dirigit ipſam, ueluti, imò & magis quàm carpentator ſecurem: quoniam etſi ſecuris in hoc opere non moueatur niſi mota, habet tamen ex diſpoſitio= ne, quòd ſic uel ſic faciat, ut puta quòd bene incidat uel male incidat, uel ali= quam aliã diſpoſitionem ſe tenentẽ ex parte ferri, aut quod ferrum ſit bonu m, vel malum, & acuties ſit bona uel ma= la, quæ non ſe tenent ex parte carpenta= tarij, neq; ſunt in eius poteſtate. Aſt uo

luntas

luntas quo ad ſubſtãtiam totum habet à Deo, unde nihil eſt, quod ſibi imputetur ex parte ſuæ ſubſtantiæ: quoniam Deus ſic fecit ipſam uolũtatem & eam ſic mouet: quare totum debet attribui ipſi Deo. Vnde ſi ꝑ poſſibile ſecuris haberet materiã ſuã, utpote, quòd eſſet ferrea, & figurã & motum ab ipſo carpẽtatore, nihil remaneret ĩ ſecuri, ꝗd ĩ opere imputaretur ſecuri, ſed totũ carpentatori. Cum itaq; motus ſit à Deo, & eſſẽtia uoluntatis ipſius Dei erit. Quare Liberum arbitriũ, ſiue operationes aſcriptæ Libero arbitrio nõ erũt noſtrę, ſed Dei. Si aũt detur, ꝗd uoluntas moueat Deum, & ipſum regulet: quid ſtultius in primis dici poteſt? Amplius, quoniam habet ꝗd quęritur. prius em̃ natura erit actio uolũtatis, ꝙ Dei: & cũ prius non dependeat, ut ſit à poſteriori, neque ſit cauſa poſterioris Deus, ergo non erit cauſa talis primæ motionis à uolũtate: ſed actus uoluntatis dependet à tali prima motione, ut manifeſtum eſt. Non igitur cognoſci poteſt talis actus, niſi cognoſcatur talis prima cauſalitas.

Aut igi-

Aut igitur talis cauſalitas non cogno ſcitur à Deo, aut aliquid cognoſcitur à Deo extra ipſum, cuius ipſe Deus non eſt cauſa Horum utrumuis inconueniens eſt, ergo illud dici non poteſt. Sed ad hæc fortaſsis dicitur, quod Deus eſt cauſa talis determinationis: quoniam quod uoluntas poſsit determinare ſe, hoc habet à Deo: ſed quod ab alio habetur, eſt effectus illius, à quo habetur. Quare determinationis Deus eſt cauſa. Verùm ſermo iſte ſophiſticus eſt: tantum enim probat, quod poteſtatem determinandi habet à Deo: ſed non, quòd actum. Quod ſi etiam actum haberet à Deo, actus non eſſet noſter, ſed Dei. Vnde perinde eſt, ut prætor in ciuitate, habens à Rege, quod poſsit ſuſpendere, & non ſuſpendere. Actualis autem determinatio eſt ut ipſius prætoris, ut notum eſt Præterea cum uoluntas producit nolitionem, aut eſt aliqua ratio actiua uoluntatis, quæ non eſt Dei aut nulla. Si nulla tota actio eſt à Deo. Si aliqua: illius Deus non eſt cauſa. Quare & eam Deus non cognoſcit, ſi nihil extra à

tra à

tra à Deo cognoſcitur, cuius ipſe non ſit cauſa. Amplius, peccatum eſt ipſius uoluntatis, & nullo modo Dei: quoniam Deus non poteſt eſſe cauſa peccati. Aut igitur peccatum à Deo cognoſcitur, aut non. Secundum dari non poteſt ſecundum poſitionem, ergo peccatum à Deo cognoſcitur: ſed peccatum cauſam habet, cuius Deus non eſt cauſa: aliquod igitur extra cognoſcitur, cuius Deus non eſt cauſa. Sed huic forte dicitur, quòd peccatum non habet cauſam efficientem, ſed deficientem, quæ à Deo cognoſcitur: quoniam defectus cognoſcitur per actum. Et ſic Deus cognoſcit cauſam peccati, quanquam Deus non ſit cauſa peccati. Vnde propoſitio, Quicqd Deus extra ſe cognoſcit illius Deus eſt cauſa, intelligitur, eſt eiꝰ cauſa, aut eſt cauſa eius, per quod Deus cognoſcit cauſam illius. Sed cõtra, quoniam Deus non poteſt ſcire Socratem peccare, niſi Socrates peccet. Pro hac igitur cognitione Dei, Socratem, eſt neceſſarium, peccare. Hoc ergo, q̃d eſt Socratẽ peccare, ſi neceſſarium eſt eſſe pro

hac Dei ſcientia, aut igitur eſt neceſſarium eſſe, quoniam eſt effectus ſcientiæ Dei, aut cauſa ſciẽtię Dei. Altero enim modo neceſſarium eſt intelligi. Si igitur neceſſariũ eſt eſſe, tanquã effectus cõſequẽs ſuã cauſam: Deus igitur erit cauſa peccati, & ſic ſtabit Stoicorũ opinio. Si ergo erit tãquam cauſa, quòd igitur Socrates peccet eſt cauſa, qa Deus ſcit Socratẽ peccaturũ. Vnde & Origenes ſuper Epiſt. Pauli ad Rom. ſcripſit: non q̃niam Deus preſcit, Socratẽ peccaturũ, ideo peccabit Socrates: verùm quoniã Socrates peccabit, Deus ſcit Socratem peccaturum. Sed ad hoc fortaſsis aliquis diceret, Deum eſſe cauſam uolitionis uel nolitionis: quoniam uoluntas ipſa eſt cauſa utriuſq;, ueluti dictũ eſt ſuperius: determinatioq; uoluntatis nihil aliud eſt quàm ipſa uoluntas. quid enim aliud eſſe poteſt? Nõ enim aliud quod ſit in intellectu: quoniam ſic uoluntas cogeretur ab intellectu: neq; aliud extrinſecum eadem ratione. Si quid uero eſt, quod ſit in uoluntate, & non ſit ipſa uoluntas, illud non poteſt eſſe,

nisi

niſi aliquod uoluntarium, & ſtabit ſimi lis difficultas, quomodo uoluntas fuit determinata ad tale uoluntarium. Quare illa determinatio eſt idem, quod ipſa uoluntas. Cum igitur Deus ſit cauſa uoluntatis, quoniam potentias habemus ab agente: quòd igitur introduxit animam humanam, induxit & potentiam nolitiuam. Quare cum talis potentia ſit cauſa actus, Deus igitur eſt cauſa actus: & ſic Deus poteſt cognoſcere, imò de facto actum cognoſcit: quoniã cognoſcit cauſam, ſcilicet uoluntatem. Cognoſcit autem uoluntatem, quoniam eſt cauſa uoluntatis: & ſic non procedit ratio. Verùm quanquam reſponſio cum ratione iſta adducta, ſit ualde efficax & difficilis apud me ſolutionis: non tamen cum prioribus dictis uidetur poſſe ſtare: quoniam ſi ideo Deus eſt cauſa actus uoluntatis, quoniam eſt cauſa potentiæ & determinationis, quoniam determinatio eſt idem quod uoluntas, ut deductum eſt: manifeſte tunc ineuitabile eſt, quin Deus ſit cauſa peccati, quoniam erit cauſa determi-

nationis peccati & potentię. Nam utrobicꝫ par eſt ratio, ut patet. Amplius, nō plus erit in nobis uelle quam intelligere ante omnem actum uoluntatis, imò quam quod lapis exiſtēs ſurſum, & demiſſus natura ſua cadat deorſum: quoniam iſte caſus eſt à grauitate, per quā inclinatur ad motum deorſum: quam grauitatem & inclinationem totam habet à generante. Cum itaque totus act9 uoluntatis conſimiliter ſe habet ad potentiam uolitiuam, quoniam tota uolitio uel nolitio ſit totaliter à potētia uolitiua, & nullo alio, quæ tota dependet & habet eſſe à creante & conſeruante, ueluti igitur deſcenſus in lapide attribuitur generanti: ita & uolitio creanti potentiam uolitiuam. Amplius, ſequeretur quòd actus antequam producere tur, non plus eſſet contingens, quàm ubi eſt productus dum modo ſaluetur in eſſe uoluntas ipſa, quod eſt impoſsibile manifeſtum apud opinionem negantē fatum: quanquam illud à Stoicis neceſſarium ſit dici, ueluti apertum eſt. Illatum deducitur: quoniam ſi ante actum uolunta

uoluntatis, actus eſt in contingentia, & poſt actum non eſt in contingētia, hoc erit, quoniam cauſa productiua actus in aliquo poteſt impediri. Sed ſupponi tur, quòd uoluntas quo ad potentiam remaneat illæſa. nam ſi eſt immaterialis ut ponit poſitio, non poteſt deſinere eſſe ſaltem ex potentia ordinaria. Ergo cauſa uolitionis nullo modo poteſt im pediri. Ex quo igitur cauſa certa eſt, & impediri non poteſt. Ideo effectus eſt certus de ſuo euentu, quanquam actu non ſit. Veluti eclipſis futura, eſt ità cer ta, quando actu non eſt, ſicut quando a ctu eſt: quoniam ſua cauſa impediri nō poteſt. Quod ſi dicatur, licet potentia non ſit impedibilis, quoad eſſe, quoniā neceſſarium eſt ipſam eſſe: tamen impe dibilis eſt ſecūdum determinationem, quando ipſa uoluntas non exijt in actū niſi ſe determinet. & quoniam poteſt determinare & nō determinare ſe ad al teram partem contradictionis, ideo an te actū productionis eſt in contingen- tia, quod non poteſt eſſe, ubi eſt produ- cta. Verùm iſta uidentur uerba ſuper-

flua, & nihil ad rem pertinentia: quoniam iſta determinatio nihil aliud eſt, q̄ ipſa uoluntas. Quare ſi eſſe uoluntatis non eſt in poteſtate uoluntatis, ſed ſui conditoris, neq; determinatio eſt in poteſtate ipſius uoluntatis, ſed eiuſdem conditoris. Cumq; per conceſſa actus ſequitur potentiam & determinationē: totum igitur erit à Deo. Quare uelle & nolle totum eſt à Deo, & non in poteſtate uoluntatis. Accidit etiam dubitatio, non tamen circa actus humanos, an à Deo cognoſcatur, verum etiam vniuerſaliter circa unumquodq; quod aliquando non eſt. Exempli gratia, Deus nunc ſcit, Socratem eſſe: corrupto Socrate, non amplius ſcit Socratem eſſe: quoniam ſic Socrates eſſet, & non eſſet. Cum igitur prius ſciuit, Socratem eſſe, & poſtea neſciuit, ergo mutatio facta eſt in Deo ex ſcientia in ignorantiam: & ſic in Deo eſſet mutatio. Quòd ſi dicatur, factam eſſe in re, & nō in Deo, quoniam ex eo quod res eſt uel nō eſt, oratio dicitur uera uel falſa, certè reſpōſio nulla eſt: quoniam quando res mutatur,

tatur,

tatur, remanente eadem opinione & non uariata, opinio ipſa, etſi non eſſentia & quoad abſoluta non uariatur: variatur tamen, quoad reſpectum: quoniam vbi prius erat uera opinio, poſtea efficitur falſa. Quare ſi uariata re, præciſe cognitio Dei remanet integra quoad abſoluta & intrinſeca: uariabitur tamen de ueritate in falſitatem, uel econtrà: & ita aliquando in Deo erit falſitas, quod à Deo remotiſsimum eſt. Quare ſi hoc euitare uolumus, oportet & Deum in opinione uariari: veluti ego, ſi te ſedente credam, te ſedere, ubi tu non ſedeas, aut habeo præciſe eãdem opinionem de ſeſsione tua, quam prius habebam, quando tu ſedebas. & ſic licet uariatio non ſit facta ex parte mei ſed tui, tñ opinio mea falſa incipit eſſe. quod ſi opinio mea non debet eſſe falſa de tui ſeſsione, oportet quod muter de opinione una in opinionem alterã: & breuiter aut Deus de neceſsitate mutabitur, aut in Deo erit falſitas. Horũ quodlibet inconueniens eſt, ergo Deus mutabilia non poteſt cognoſcere, quod Peri

pateticì confitentur. Eſſet & tertia difficultas, quod intellectus diuinus quo nihil abſtractius & remotius à materia eſt, ſingularia materialia cognoſcere poteſt, cum intellectui humano, qui eſt infimus in genere immaterialiũ, non conuenit talia ſingularia cognoſcere, ratione im̃aterialitatis, ueluti com̃uniter dici ſolet. Quarta etiam dubitatio in hoc etiam adduci ſolet; quoniam ſi intellectus Dei ſingularia cognoſcit, iſta ſunt infinita. Infinitas autem excluditur à cognitione: quoniam infinitum, qua infinitum, cognoſci non poteſt. Hæ itaq; difficultates circa prouidẽtiam ſiue ſcientiam Dei occurrunt.

*Caput duodecimum, in quo reſpondetur ad dubitationes adductas.*

PRima harum dubitationum eſt inſolita, necq; unquam de ea aliquid uidi. Quare uidetur mihi admodum difficilis. atq; cum de hac conferrem cũ aliquibus me peritioribus, ſuasq; opiniones dixiſſent, mihi minime ſatisfactum

ctum eſt. Quare à relatione horum dictorum me abſtinebo, ne mihi & cæteris tędium generem: ſed tantum dicam illud quod ego exiſtimo in hoc quæſito dicendum. quod ſi alijs non ſatisfecero, ſcribant & ipſi ſuas opiniones, vt ego et alij fructũ in ſcientia habeamus. Hoc enim humanum & pium uidetur, vt alter alteri ſuccurrat: & ubi uidet fratrem errantem, ipſum reducat in uiam rectam. Dico itaq;, ut mihi uidetur, ad primam dubitationem, quòd Deus actus humanos, antequam fiant, intelligit & cognoſcit: & ipſos actus cognoſcit, dum ſunt, & etiam poſtquam facti ſunt. Verùm & ſemper & uno intuitu hos cognoſcit, non tamen ſecundum eandem rationem & modum: quoniam Deus cognoſcens hos actus futuros, qua futuri ſunt, veluti ex parte rei determinationem non habent, ſic etiam ex parte cognitionis diuinæ non determinati ſunt: quoniam res cognoſci nõ poteſt aliter, quàm ſit natura eius: aliter enim impoſsibilia ſciri poſſent. Cum itaque actus, ut futuri ſunt, contingentes

ſint & indeterminati, (nam de his uertitur quæſtio:) ideo Deus ut contingentes & futuros cognoſcit, non plus cognoſcit, niſi quòd poſsint euenire & non euenire. Etſi unam partem determinatè cognoſceret, non cognoſceret qua contingentes & futuri eſſent. Sunt enim hæ rationes repugnantes. Sic itaq; cum Deus cognoſcat Socratẽ peccaturum, ut peccaturus eſt, & reſpicit futurum: ſic Deus cognoſcit ipſum poſſe peccare & non peccare, & huic cognitioni qua talis repugnat Deo ſcire determinatam partem contradictionis. Cognoſcit autem & Deus & in ſua æternitate actum peccati, dum actu eſt: ſed hoc non eſt qua ęternitas reſpicit futurum, & actus peccandi eſt in poteſtate peccantis, ſed ut iam eſt in actu, & ſecundum iſtam conſiderationem Deus determinatè ſcit partem contradictionis, quoniam & iam pars contradictionis eſt determinata: & idem ſtatuatur iudicium de præterito. Vnde ſicuti nos futura cõtingentia cognoſcimus indeterminatè, ſed tantum ſcimus poſſe eſſe

& non

& non eſſe: ſic Deus cognoſcens futura contingentia, tantum ſcit, quòd poſſunt eſſe & non eſſe, neque plus poteſt ſcire. Amplius, ſicut dũ res eſt, uel poſtquam facta eſt, poſſumus eſſe determinati de parte contradictionis, quoniam iam in re eſt determinata: ſic & Deus, vt pars eſt determinata, & ad actum exiuit, certus eſt de parte. Verùm intereſt inter nos & Deum: q̃niam quia nos menſuramur tempore, & ſumus infra tempus, non ſcimus determinatam partem, niſi actu exiſtente tempore et actu determinata parte ſecundum rem. Quare ſi cras Socrates eſt diſputaturus, nullus creatus intellectus nũc certitudinaliter ſcire poteſt de actu diſputationis, ſed bene coniecturare ex cauſis nunc exiſtentibus uel præcedentibus talem actum: certitudinaliter autem minime. Deus autem ſolus hoc certitudinaliter nunc ſcit, non quidem ratione futuri, quoniam iam dictum eſt, quod ut ſic tãtum ſcire poteſt, quòd contingenter diſputabit, ſed ratione temporis, in quo erit actu diſputatio, & erit extra ſuas cauſas,

ſas, & non amplius in potentia. Nunc autem poteſt afferre Deus iſtud iudicium, quoniam non claudetur à tempore neq; ab æuo, ſed tantum eſt in ſua æternitate: quæ æternitas continet omnem temporis differẽtiam, & tota eſt ſimul, ut dicit Boëtius in 5. de Conſolatione.

Vnde homo qui eſt ante diſputationẽ Socratis, & erit in tempore diſputationis actualis, & etiam permanebit poſt diſputationem actualem, aliquando tã tum ſcit, quòd poteſt diſputare, & non diſputare: aliquando ſciet, quòd diſputet, aliquando quòd diſputabit. Quare aliquando certus, aliquando dubius erit ſecundum diuerſas partes temporis: ſed ſi per poſsibile uel imaginabile in ſe & ſimul haberet iſtas tres temporis differentias, ſecundum rem haberet & cognoſceret illas tres diſputationes.

Verũ hoc in re temporali, non eſt poſſibile: quoniam tempus habet partem extra partem. Quare ſimul eſſe nõ poſſunt, ſed quoniam hoc eſt de natura æternitatis, quæ ſimul in ſe omnes differentias temporis cernit, & continet, ideo

deo ſimul ſecundum rem omnia illa cognoſcit, ſecundum tamen diuerſas rationes ſumptas, & conſideratas in ipſa æternitate. Vnde cognoſcit Deus Socratem peccaturum contingenter, ut ſua æternitas reſpicit futuri rationem. cognoſcit uero determinate ipſum peccaturum, ut continet illud tempus, in quo actu peccabit: quoniam totum tempus continetur ab æternitate. Cognoſcit etiam quòd exiuit extra ſuas cauſas, pro quanto cõtinet æternitas illud tempus. Vnde quæ ſunt ſeparata in tẽpore, ſunt unita in ęternitate. Veruntamen ſi diuerſa uerificantur in æternitate, hoc tamen eſt ſecundum diuerſas rationes & ut eſt reſpectus ad tempora diuerſa. In eodem enim inſtãti temporis dicimus, quòd homo cognoſcit equum (exempli gratia) determinatè & indeterminatè, ſed non ſecundum idem: quoniam cognoſcens equum, qua animal, indeterminatè cognoſcit: qua autem animal hinnibile, determinatè. quanto magis hoc dici poteſt in æternitate? quare & Deus in æternitate ſcit futurum contin-

genter ac indeterminate, & in eadem æternitate determinate. Verùm non secũdum idem, neq; ſecundum eundem reſpectum ad idem tempus præciſe. Sic itaq; patet, qualiter Deus cognoſcat actus priuſquã ſunt & dum ſunt, & poſt quam ſunt. Cum igitur, antequam ſint, non ſint determinati, & determinatio actuum humanorum à nobis ſit proprie (quoniam tantum iſti actus dicũtur noſtri: cętera uerò dicuntur naturę directę à Deo, & ſolùm naturaliter agentis:) quare locum non habet difficultas in illis: quoniam Deus horum eſt cauſa, & meritò hæc Deo attribui poſſunt. quare & cognoſci. Verùm difficultas locum habet, ubi actus producti ſunt & determinati, & determinatio eſt noſtra, et nõ Dei, ut arguebatur. Stat igitur difficultas, quomodo hos Deus cognoſcit, cũ Deus horum non ſit cauſa: & tamen uidetur neceſſarium, & ab omnibus fere dicitur. Quod ſi Deus aliquod cognoſcit extra ſe, illius eſt cauſa, ſcilicet & actuum noſtrorum & non noſtrorum: ſed aliter & aliter. Actus enim & uniuerſaliter

uerſaliter ens, quod non ſubijcitur uoluntati noſtræ, habet eſſe à Deo: neque habet poteſtatem per ſe ad duo oppoſita, ſed ut ei datum eſt à natura, ſic operatur: neq; deducto impedimento poteſt aliter operari, ut 9. Metaphyſicæ dicitur. Vnde lapis eſt, quoad eſſe à generãte proximo & corporibus cœleſtibus, quæ intelligentijs ſubijciuntur. Quare deducta uoluntate, ſic quod non concurrat ad tales actus, ineuitabiliter fiũt, ſtante motu cœli, ut diximus in primo libro: quia & motus prouenientes ab ipſis, ineuitabiliter fiunt. Vnde ut etiam talia futura ſunt, de eis apud Deum eſt determinatio: quoniam tota determinatio actuum ſuorum eſt à natura, & non dependet ab ipſis. non enim eſt in poteſtate lapidis, ſi eſt ſurſum, & dimittere naturæ ſuæ, quòd cadat deorſum: ſed iſtud eſt ineuitabile & neceſſarium ſtante communi curſu. Quare in talib9 eſt determinata ueritas, ita antequã facta ſunt, ſicut quando facta ſunt: niſi quod hoc eſt futurum, illud uerò factũ, ueluti diximus de eclipſi futura: quòd

ſtante

ſtante communi curſu naturę, ita eſt de terminatum, quòd erit in tali hora, ſicut poſtquam eclipſis facta fuerit, erit determinatum, quòd fuit in tali hora: ſed actus humani, antequam fiant, diſsimiliter ſe habent. Nullus enim intellectus creatus, ueluti dictum eſt, poteſt eſſe certus de hoc: ſed tantum ipſe Deus. neque ipſe etiam, qua futurum illud eſt, ſed qua continet tempus, in quo illud erit extra ſuas cauſas. Nulla autem res hoc continet, niſi Deus ipſe: qui ſolus in Trinitate menſuratur. Vnde ſi quis intellectus creatus futura certitudinaliter cognoſcit, iſta non dependent à uoluntate, & cognoſcuntur per cauſas pręſentes. Vnde certitudo eſt proprie de præſenti, & eſt quaſi eſſet præſens. Vnde quod certitudinaliter ſciam, cras Solem eſſe oriturum, hoc eſt nõ quoniam ſimul ſum cum die craſtina, ſed quoniam ſimul ſum cum cauſis, ex quibus ineuitabiliter (ſtante communi curſu) ſequetur ortus Solis die craſtina. Aſt Deus actus noſtros humanos futuros cognoſcit: quoniam æternitatis ſuę eſt

præſens

præſens tempus, in quo erit actus humanus. Cadit igitur difficultas, cum eſſe actus humani non habeat eſſe niſi per actum uoluntatis, cuius actus Deus non eſt dominus, verùm uoluntas noſtra eſt domina: quomodo igitur Deus talem actum cognoſcit, cùm ipſius non ſit cauſa, & nihil extra ſe cognoſcit, niſi ſit eius cauſa? ideo, ſalua veritate, & me ſubijciendo in hoc & in cæteris Romanæ eccleſiæ, dicam, quòd Deus & talium actuum eſt cauſa, & talium actuum quoquo modo non eſt cauſa. Quare quod Deus dependet ab altero in hac cognitione, ſimpliciter tamen non dependet ab alio in hac cognitione. Dico igitur, quòd horum actuum uoluntatis Deus ſimpliciter eſt cauſa. Quare hos Deus ſimpliciter ſcit. Nam actus humani uel ſunt boni uel mali. Pro nũc omittamus, an aliqui ſint indifferentes: quoniam propter hoc propoſitum non uariatur. Si ſunt mali, horum Deus eſt cauſa: quoniam omne malum fundatur in bono, et eſt à bono ſecundum naturam. Vnde peccatum eſt à voluntate, & in uolunta

te,quæ uolũtas cum ſit à Deo,bona eſt. Pro quanto igitur peccatum eſſe nõ poteſt abſque uoluntate, quæ dependet à Deo,& in fieri & in conſeruari: ſubtracta enim manu Dei, nihil eſt uoluntas. quare ut ſic peccatum eſt à Deo, quantum ad bonum quod requirit peccatũ, peccatum etiã deformitatem habet: cuius cauſa per ſe non poteſt eſſe Deus, tamen Deus dici poteſt huius peccati cauſa permiſsiua. non enim uoluntas peccaret,niſi Deus permitteret. Vnde ſi volũtatem de medio ſubtraheret, non peccaret. Poſſet etiam mouere volũtatem ad bonum,& remouere à malo: ſed hoc nõ eſſet relinquendo uoluntatem in ſua natura,quia Deus, quoad deformitatem poteſt dici cauſa deformitatis. Vnde & bonitatis & deformitatis, Deus dicitur cauſa,licet aliter & aliter: quoniam bonitatis per ſe,deformitatis quaſi per accidens, quia Deus ipſam deformitatem poteſt cognoſcere, & poſitiuum in deformitate, cum horum utrorumque ſit cauſa,& nihil aliud à Deo taliter pecca ti eſt cauſa: tamen ultra hanc cauſalitatem

tem Dei concurrit cauſalitas uolunta-
tis, immediatè effectiua deformitatis et
per ſe. Quę tamē, etſi dependeat à Deo
ſecūdum modos prædictos, quoniam
omnis deformitas ab aliquo nō defor-
mi dependeat, & non exit deformitas,
niſi permittēte Deo: tamen quoniam
permiſsio non eſt ſufficiens cauſa effe-
ctus, ut manifeſtum eſt. Non enim ſi
permiſsio, te percutere me, non erit per
cuſsio, niſi tu moueas & pcutias: quia
niſi uolūtas peccet, non erit peccatum,
quāquam Deus permittat te peccare:
quia hoc eſt ipſius uoluntatis, & Deus
non poteſt cognoſcere te peccare, niſi
tu pecces: & prius ſecundum naturam
eſt te peccare, quam Deus cognoſcat
te peccare: & Deus ſecundum hoc dici
tur dependere in hac cognitione à tuo
peccato, non quidem ſimpliciter & ab-
ſolute, ſed ſecundum quid. Non enim
ſimpliciter: quoniā totus iſte ordo eſt
datus à Deo, et iſta depēdentia non eſt,
niſi ex fine & ex ſuppoſitione: quæ, ut
manifeſtum eſt, non eſt dependentia
ſimpliciter, ueluti dicimus, tibi neceſſa-

riam eſſe nauim, non ſimpliciter: ſed ſi nauigaturus es, neq; iſta dependentia tollitur à Deo, neque arguit in Deo imperfectionem: quoniam non eſt ſimpliciter neceſſaria, ſed eſt ſecundum ſuam voluntatem & ſuam diſpoſitionem. Si enim Deus vult te ſaluare, indiget te, non quidē ſimpliciter: ſic eēm es imperfectus: ſed pro hoc fine, quoniam ſaluare te non poteſt, niſi ipſe ſis. vnde & ſi fecit te ſine te, non ſaluabit te ſine te: imò ne dum non ſaluabit, imò nec poterit ſaluare. Secundum hūc intellectum, videlicet q̄d oportet te eſſe, quia ſi Deus vult humanam uolūtatem eſſe liberam, de neceſsitate oportet aliquam ſibi dare actionem, cuius ipſe Deus ſecūdum aliquem modū non ſit cauſa, quāuis ſimpliciter & nullo modo eſſe poſſit, quòd illius actiōis Deus non ſit cauſa. Et pariter per omnia dicendum eſt in actu bono ſiue in uirtute: vno excepto, quòd ſi uoluntas ipſa ſit effectiua mali & boni: neq;, ut exiſtimo, in hac actione Deus eſt mouens tāquam principale, & uoluntas tanquam inſtrumentum.

tum. Veluti Carpentator ſe habet ad ſecurim, dum mouet eam: quoniam ut argumentum eſt, actio eſſet Dei. Quare meritum & demeritum aut nullũ eſſet: aut ſi eſſet, attribueretur Deo, imò tota actio uoluntatis eſt noſtra, quantũ ad actum. Quare nos meremur & demeremur. Vnde ſicuti graue mouet ſe deorſum, motus grauis non eſt à cœlo ſecundum actum: quoniam ſi eſſet à cœlo, oporteret quòd cum ſit mouens extrinſecum, cœlum expelleret lapidem deorſum. Quare & totũ intermedium inter cœlum & lapidẽ deorſum expelleretur: & cum non detur uacuum, oporteret quòd cœlũ deſcenderet, quod fatuum eſt dicere: ſed lapis immediatè & effectiue mouet ſe deorſum, neq; lapis mouetur à cœlo. Subtracta enim actione cœli, lapis non moueretur deorſum, imò neq; eſſet. Sic dico, quod uoluntas in uolitione & nolitione mouet ſe, & non mouetur à Deo: quoniam dedit ei, ut moueat ſe, quia in ea conſiſtit meritum & demeritum. Quòd ſi dicatur, moueri à Deo hoc eſt, quoniam uo

luntatē Deus conſeruat, nec͂ ſine Deo eam conſeruante poſſet habere opus aliquod: quoniam nec͂ eſſet, totumq́ue poſitiuum, quod eſt in actu uoluntatis, à Deo fouetur & conſeruatur. Redeundo ergo, vnde diſceſsimus, dico per omnia eſſe ſimiliter, quoad hoc in actu uirtutis & uitij: quoniam uterq; actus immediate fit à uoluntate: & ut ſic Deus uoluntatem non mouet, licet conſeruet in eſſe. Verum cum in uitio ſit defectus, Deus non conſeruat defectũ, quoniam defectus eſt priuatio, quæ non exigit Deum conſeruantem: ſed habet tantummodo cauſam deficientem. Neque Deus eſt cauſa finalis defect9: quoniam defectus nõ ordinatur in Deum: nec͂ etiam Deus eſt cauſa exemplaris defectus, quia ob iſtas rationes, Deus non eſt cauſa peccati. Verum Deus eſt cauſa actus uirtuoſi; quoniam eſt finis eius & exemplar, & conſeruat actum uirtuoſum. Quod, ut dictum eſt, dici non poteſt de uitioſo actu, ſaltem quãtum ad defectum, ſed in utriſq; actibus Deus uoluntatem conſeruat, & omne poſiti-

poſitiuum, quod in actibus inuenitur: quoniam omne poſitiuũ per ſe à Deo conſeruatur. Quare concludentes dicimus, quòd ꝗquo modo utriusq; actus Deus non eſt cauſa, & ſimpliciter Deus eſt cauſa. Et hęc ſufficit, ut Deus utrũque actum cognoſcat. Si enim non ſimpliciter Deus eſſet cauſa: ad modum tamen à nobis expreſſum, Deus cognoſcere non poſſet actum ipſum: neq; ꝗd Deus ſupponat actum uolũtatis, ſi certitudinaliter eã Deus debet cognoſcere, non derogat perfectioni ſuæ infinitę & omnipotentiæ: ueluti non derogat ſuæ potentiæ & perfectioni, ſi ſupponit Socratem eſſe, ſi eum debet ſaluare, & quod egerit Socrates actus meritorios, ſi ei debet dare gloriam, ſecundum quod ordinauit. Iſtæ enim ſuppoſitiones non ſunt ſimpliciter, ſed tantum cõditionaliter, quæ non derogant maieſtati diuinę. Sed fortaſsis adhuc dicitur, quòd reuera difficultas non euacuatur ſecundum iſta dicta: quoniam Deus antequam actus uoluntatis producatur, certitudinaliter cognoſcit actũ, quoniã

actus,ut ſic habet rationem contingentis,cui repugnat actus certitudinis, & determinationis: producto autem actu Deus eſt certus de parte contradictionis. Sed nihil eſt ĩ Deo actu producto, quod nõ ſit etiam ante productionem eiuſdem actus. In eodem ergo ſi prius non fuit determinatus,neq; poſt actum erit determinatus:uel ſi poſt actum, uel in actu eſt determinatus,ergo et ante actum,quod & firmatur: quoniam ſi Deus debet eſſe certus de actu peccati, oportet quod peccatum ſit reductum ad actum,ut conceſſum eſt. Vel igitur aliquid dedit Deus ipſi peccanti, in actu peccati, q̃d antè non dedit: uel aliquid ex tali actu generatur in mente Dei,q̃d antè non erat. Nam alio modo non uidetur poſſe intelligi, cur Deus tunc certus ſit,& prius certus non erat. Verùm nullum dari poteſt. Aſſumptum probatur: quoniã ſi aliquid daret quod antè non dedit,nõ uidetur eſſe aliud, quàm determinatio actus. Sed per conceſſa hoc uolũtas habet ex ſe, ergo Deus nõ dat aliud, Verũ neq; fingi poteſt, quòd

aliquod

aliquod, ſcilicet in Deo generetur: quoniam ſic mutaretur, quod ratio non admittit. Secundò ad idem, iſta cognitio, qua Deus eſt certus de actu peccati uel virtutis, aut eſt cognitio factiua, aut ſpeculatiua: ergo actus eſt iam cauſa huius cognitionis. In cognitione namq; ſpeculatiua obiectum eſt cauſa ſcientiæ factiuæ: & ſic actus generat ſcientiam in Deo, q̄d eſt ridiculum dicere: ergo non uidetur eſſe bene dictum, quod fuit dictum. Ad hęc reſpondetur, & ad primū dicitur, quòd ſi Deus non poteſt facere impoſsibilia, & quæ repugnātiam claudunt, non eſt aſcribendum impotentiæ vel defectui diuino: ſed ſic dicere, eſt ſtultum. Impoſsibilia enim non continentur ſub obiecto diuinæ potentiæ.

Quare cum dicitur, cur Deus ante actum nō eſt determinatę partis, & poſt actum eſt: dicitur, quòd hoc eſt: quoniam ratio formalis contingentis ipſius, & ut eſt in ſuis cauſis, & ut eſt ipſum cō tingens, eſt ut ſit indeterminatū. & Deus non poteſt contra rationem formalem rei: ueluti non poſſet facere homi-

nem eſſe irrationalem. Quare neq; in determinatum determinatum. Ratio aũt indeterminationis contingẽtis eſt, quòd ſit in actu,uel fuerit in actu: quia vt eſt in ſuis cauſis, indeterminatè cognoſcitur: & ut eſt in actu,determinatè cognoſcit. Quod ergo dicitur,quid pl9 eſt in Deo, dum determinatè cognoſcit quã quando indeterminatè cognoſcit? dicitur,quòd nihil eſt ex parte Dei, ſed benè ex parte rei, quæ ex hoc quod determinata eſt,terminat certitudinem ſci entiæ Dei. Nam talis certitudo rationẽ importat, quæ poteſt alicui aduenire: nulla mutatiõe facta in eo cui aduenit vt dicitur 5.Phyſicorum. Exiſtentia ergo actus, & potentia eiuſdem actus exiſtentis nihil ponunt in eſſentia diuina,ſed ſunt conditiones cognitionis ſci entiæ diuinæ, quæ certitudinem & incertitudinem terminat. Quòd ſi dicitur quomodo igitur illum terminum Deus poteſt cognoſcere, ſi illius non eſt cauſa? Patet iam, quòd ſimpliciter Deus eſt cauſa, & quoquo modo non eſt cauſa. Quare & illud poteſt à Deo cognoſci.

gnoſci. Prioritas autem & poſteriori-
tas non eſt intelligenda ſecundum tem
pus, ſed ſecũdum inſtantiam æternita-
tis. Vnde & ad ſecundum ſiue ad confir
mationem cum dicebamus in inſtanti
productionis, imò & in tota menſura eſ
ſe producti, Deus eſt certus, ante illud
inſtans non erat certus: aut igitur pro
illa mẽſura certitudinis aliq̃d dat, quod
antè non dedit: aut aliquid recipit. Sed
nullum horum poteſt dari, ut præoſten
ſum eſt, igitur dictum non poteſt ſtare.
Huic dicitur, quòd quamuis concedi
poſsit, quòd Deus aliquid det: quoni-
am conſeruat tunc, & prius non conſer
uabat: tñ iſta non eſt cauſa certitudinis,
quoniã cõſeruatio naturæ ſubſequitur
eſſe: eſſe aũt illius act9 eſt à volũtate, &
nõ imediatè à Deo, ſicuti dictũ eſt: quia
diuiſio illa fuit inſufficiẽs. Neq; ideo ꝓ
illo inſtãti certificat: quoniam aliq̃d de
nouo det, neq; quia aliq̃d de nouo reci
piat: ſed q̃niam pro illo inſtanti eſt ter-
minatio certitudinis, ubi prius nõ erat:
veluti eſt & in cæteris relationibus.
Socrates enim, nunc poteſt fieri ſimi-
lis Pla-

lis Platoni vbi prius non erat ei ſimilis: neque aliquid dando Platoni, neque aliquid recipiendo: ſed quoniam ſolum nunc eſt terminatio relationis, ubi prius non erat. Et ſi dicatur, quanquam ita ſit, ut dicitur: tamen relatio nõ poteſt terminari, niſi aliquod de nouo fiat.

Quare cum iſta relatio in Deo terminari non poſsit, niſi ex aliqua factione, oportet igitur ibi eſſe nouam factionẽ, aut igitur Deus illius erit cauſa, aut nõ. Si primum: non igitur actus uoluntatis eſt noſtri, ſed Dei. Si non eſt Deus cauſa: non poterit ergo à Deo intelligi, quod intendebatur. Sed iam multoties dictum eſt, quòd Deus illius actus ſimpliciter eſt cauſa, & ſecundum quid nõ eſt cauſa: quia qua Deus eſt cauſa ſimpliciter huius actus, iſte actus à Deo cognoſcitur: qua uerò ſecundum quid, Deus non eſt huius actus cauſa, non cognoſcitur determinatè à Deo, ſed tãtum ſub conditione, ut eſt actus ille extra ſuas cauſas: ueluti neq; cognoſcitur, vt indeterminatus, niſi quatenus actus ille eſt in potentia. Vnde actus humani abſolu-

abſolute à Deo cognoſcuntur: quoniam Deus abſolute eorum eſt cauſa, ueluti dictum eſt. Sed quoniam aliquandó ſunt determinati, & aliquando indeterminati: ideo altera & altera ratio exiguntur. Nam qua in potentia ſunt, cognoſcuntur ut indeterminati: quoniam qua in potentia ſunt, & indeterminati ſunt: & ut habet ad eſſe res, ſe habet ad cognoſci: qua autem actu ſunt, determinatè cognoſcuntur: quoniam & qua actu ſunt, determinati ſunt. Cumq́ Deus contra rationem rei non operetur, quoniam non faciat hominem ſine anima, quoniam de intrinſeca hominis ratione eſt anima: ideo non certificatur de actu, niſi quatenus actus eſt extra ſuas cauſas: quoniam in materia contingenti non poteſt prius eſſe rei dermina tio, quàm actus ſit. Nam quandiu potẽtia eſt, extrinſeca ratione indeterminatus eſt. Secus autem in rebus ineuitabilibus eſt. Nam antequam Sol oriatur, determinati ſumus de ortu Solis: quoniam ſecundum comunem opinionem & comunem curſum eſt in materia neceſſa

ceſſaria: neque Deus ſecundum omnem modum poteſt eſſe cauſa actus uoluntatis, ſi uult actꝰ eſſe noſtros & liberos: quoniam aliter dicere eſt ſermo inintelligibilis. Conſiderãdo igitur naturam contingentis, & unde habet indeterminationem & determinatiõem, & quod actus ſint liberi & noſtri: & aliter uidere meo dici non poteſt. Vnde & ad ſecundum, cum dicebatur, ſiue quęrebatur, an talis ſciẽtia eſſet practica uel ſpeculatiua? dicitur, quòd partim ſpeculatiua, partim practica ſiue factiua: ſimpliciter tamen factiua eſt. Secundum verò quid eſt ſpeculatiua: quoniam ſecundũ quid, habet eſſe ab obiecto, non quidem quòd actus effectiuè generet ſcientiam: quoniam nihil poteſt agere in Deum: ſed quoniam terminat certitudinem, ueluti dictum eſt. non enim eſt ſcientia certa, niſi ut actus exiſtit, uel eſt extra ſuas cauſas. Simpliciter tamen hęc, ſcientia eſt factiua: quoniam actus eſt à Deo, & effectiuè dependet à Deo: quandoquidem Deus eſt cauſa uoluntatis, à qua fit actus: & poſitiuum quòd

eſt in

eſt in actu, cõſeruatur à Deo, & in Deo ordinatur.

Veluti unumquodque ens taliter à Deo depẽdet, imò quoquo modo peccatum, quantum ad deformitatem, dicitur eſſe à Deo, nõ quòd Deus faciat defectum, ſed permittit defectum. Poſitiuum autem non tantum permittit, verum conſeruat & fouet, & in ipſum Deum ordinatur, quanquam immediatè fiat à uoluntate, quę quidẽ mouet, non quod à Deo moueatur, veluti ſecuris à Carpentatore, ſed veluti uirtus derelicta in ſemine à patre: & graue, quando mouetur deorſum, dicitur à cœlo moueri, quanquam ex toto non currat ſimilitudo: quoniam magis poſitiuum dependet à Deo, quàm graue à cœlo in modo ſuo, vt manifeſtum eſt.

Et cum dicitur, quòd ſcientia ſpeculatiua effectiuè ſit ab obiecto, quanquã iſta vniuerſaliter nõ ſit uera, quoniam de relationib. & ſecundis intentionibus appareat nõ uerificari: dicitur tamen pro nunc, quòd ſuppoſito, quòd illud eſſet verum in nobis, non tamen

in Deo:

in Deo: quoniam ut aliqui, & uiri doctiſsimi tenent, quanquam Deus de vnoquoque ab eo facto habeat ſciētiam practicam: prius tamen ſpeculatiuam. De quibus manifeſtum eſt, quod talis ſcientia non eſt facta ab obiecto. Quare ſi de his quæ à Deo fiunt, poteſt habere ſcientiam ſpeculatiuam, quare & non de ijs, quæ à uoluntate fiunt? Vnde, ut ego exiſtimo, non eſt de ratione ſpeculatiui, quòd ſcientia fiat ab obiecto, ſed quòd non ordinetur talis ſcientia in opus. Vnde, pro quanto Deus cognoſcit hominem non ut factibilem ab ipſo, conſideratio hæc dicitur ſpeculatiua: ut uerò ordinat in opus, dicitur eſſe practica. Nam intellectus extenſione fit practicus, ut dicitur 3. de Anima. Quare omne practicū deſcendit à ſpeculatiuo: & conſequenter eſt eo poſterius. Verum & adhuc hoc non uidetur ſatisfacere: quoniam in omni uera cognitione debet eſſe adæquatio inter cognoſcens & cognitum: quoniam ueritas conſiſtit in adæquatione, & debet eſſe aſsimilatio inter cognoſcens & cognitum:

gnitum: quoniam veritas conſiſtit in adæquatione, & debet eſſe aſsimilatio inter cognoſcens & cognitum. Quando igitur Deus ĩtelligit, ſiue ſcit actum humanum inter Deum & actũ humanum, cadit ſimilatio: aut igitur Deus ſimilatur actui, quòd nõ uidetur eſſe verum: quia magis creatura aſsimilatur creatori, & effectus cauſæ, quàm creator creaturæ, & cauſa effectui: ſi uerò actus aſsimilatur Deo, Deus videtur eſſe cauſa huius act9, & non uoluntas humana. Quare actus non eſt uoluntatis, ſed Dei: quod intenditur. Quòd actus ſit à Deo, & non à uoluntate, ſi aſsimilatur ei, patet: quoniam erit effectus ipſius Dei. Nam effectus aſsimilatur cauſæ, et non cauſa effectui. Non enim imagini Mercurij debet aſsimilari Mercurius, ſed econtrà: neq; imago eſt cauſa Mercurij, ſed Mercurius eſt cauſa imaginis. Quare ſi actus aſsimilatur Deo, actus eſt Dei, & non uoluntatis. Sed ad hoc dicitur, quòd uel in actu eſt deformitas, uel non. Si non eſt deformitas, ſic aſsimilatur Deo. Verùm Deus

totaliter non eſt cauſa effectiua huius actus, tãquam inſtrumentum, & Deus tanquam principale, loquendo de inſtrumento, ut ſupra diximus: & ultra hoc, q̃d Deus eſt cauſa effectiua principalis, & finalis, & exemplaris. Quare dico actum aſsimilari Deo, & non Deum actui: quoniam in triplici genere cauſæ Deus eſt cauſa. Neq; ꝓpter hoc excluditur, quin actus ſit uoluntatis, uelut inſtrumenti: ſi uerò actus habet in ſe deformitatem, dico, quod quantum ad deformitatem, non aſsimilatur Deo: quoniã nullo modo illius deformitatis Deus eſt cauſa, niſi permiſsiua, & per accidens: cui cauſæ non debet effectus aſsimilari. ut ſatis notum eſt. Cognoſcit tamen Deus defectum illum, quanquam non ſit ſimilitudo aliqua inter Deum & defectum: quoniam priuatiua nõ cognoſcũtur per ſimilitudinẽ inter ipſam priuationem, & cognoſcentem: quoniam impoſsibile eſt inter talia eſſe diſsimilitudinem. Sed priuationes cognoſcuntur per habitus oppoſitos: quoniam rectus eſt iudex ſui & obliqui. Hæc quidem

quidem dicuntur ſequẽdo opinionem veram religionis Chriſtianæ. Exiſtimo tamen Ariſtotelem nõ ſenſiſſe priuationes à Deo cognoſci: quoniam exiſtimauit iſta cognoſci ab intellectu exiſtente in potentia. quod dici non poteſt ſecundum Ariſtotelem de obliquo intellectu in actu: quanto minus de Deo dici poteſt: ſed Lex eſt fortior Philoſoph. humana, cum ſit à Deo. Verum quoniam & in eadem dubitatione ſatis apparenter argumentabatur, quòd totus actꝰ uoluntatis ſiue rectꝰ ſiue obliquus eſſet à Deo, & nullo modo ipſius uolũtatis: tum quoniam Deus eſt cauſa adæquata uoluntatis, ut ſupponitur, & uoluntas eſt cauſa adęquata actus. Quarę uidetur inferri, quòd Deus eſt cauſa adæquata actus: tũ quoniam ſi Deus non eſſet cauſa adæquata actus uolitionis, hoc eſſet, quoniam determinatio uolũtatis non eſt à Deo, ſed ab ipſa uoluntate. Sed iſta determinatio nihil aliud uidetur eſſe quã ipſa uoluntas, cuius Deus conceditur eſſe cauſa: ergo Deus eſt cauſa uolitionis. Ideo propter hoc dicẽ

dũ in agente uoluntario argumentum non tenere. Non enim, ſi Deus eſt cauſa uoluntatis, & voluntas cauſa actus, ſequitur, quòd Deus ſit cauſa actus: ſic enim Deus eſſet cauſa peccati, & hoc totum prouenit, quoniam uoluntas eſt cauſa adæquata duorum oppoſitorum quod non eſt in rebus naturalibus. Vnde ſi in rebus naturalibus poſita cauſa adęquata ponitur effectus, non tamen in voluntarijs. Vnde actus attribuitur volũtati, & non Deo, niſi tanquã cauſa vniuerſalis, veluti dictum eſt. Ad ſecundam etiam, cum dicitur, quod determinatio nihil aliud eſt, quàm ipſa uoluntas: quare ſi Deus eſt cauſa uoluntatis, eſt & cauſa determinationis, & conſequenter actus ipſius, dicitur, quòd poteſtas determinatiua eſt idem quod volũtas: ſed actu determinatio nihil aliud eſt, quàm actus ipſe. Vnde cum dicitur, voluntatem ſe determinare, nihil aliud eſt, quâm volũtatem producere actum determinatum, non aliquod aliud ab ipſa voluntate uel ab actu. Quare cum dicitur, Deum non determinare actum volun-

voluntatis, nihil aliud intelligitur, niſi Deum non producere actum voluntatis, ſed voluntatem ipſam producere actum. Quare obiectio non procedit. Quantum autem ad ſecundam dubitationem, in qua intendebatur probare, quòd Deus nõ cognoſcit actus humanos, quoniam quandoq; ſunt & quandoq; non ſunt: quoniam ſi Deus certitudinaliter ſciret, aut in Deo eſſet falſitas, aut mutaretur de vna opinione in alteram. Huic dicitur, quòd neutrum ſequitur. Si enim Socrates, vbi Plato ſedet, credat Platonem ſedere, & vbi Plato poſtea ſurgat, Socrates videret Platonem ſurgere, vtiq; in Socrate non eſſet falſa opinio. Quum autem Deus uideat tempus, in quo res eſt, & ĩ quo res nõ eſt, in Dei uiſione falſitas cadere nõ poteſt: quoniam non variatur res, quin eius variatio à Deo videatur. Verum cum infertur, ſicut Socrates, vbi videt Platonem ſedere, & poſtea non ſedere, licet non decipiatur, cadit tamen & perit credulitas, quòd Plato ſedeat, quam prius habebat. Vnde in Socrate deſinit

aſſenſus affirmatiuus, & incipit eſſe diſ ſenſus. Quare etſi in Deo nunquam ſit falſitas, veluti & in caſu dato, nec eſt in Socrate: erit tamen alia credulitas, & peribit prior: veluti in Socrate etiam manifeſtum eſt. Huic dicitur negando ſimilitudinem: quoniã Socrates ſubijcitur tempori, & ſimul non eſt in præſenti & futuro vel præterito. Vnde aliter ſe habet in præſenti, & aliter in futuro. Aſt Deo ſua æternitate omnia tempora ſunt ęqualiter prſentia. Vnde cognoſcit præteritum, veluti & præſens, vt dicit Auguſtin. 6. de Ciuitate Dei, capite 12. In Socrate enim illud contingit, ſcilicet quòd credulitatem variat: quoniam & tempus, in quo eſt, & varia tur Aſt in Deo nõ variatur opinio: quoniam æternitas eſt tota ſimul. Dico igitur, quòd in æternitate realiter nihil eſt prius vel poſterius, ſed tantum ſecundum noſtrum modum intelligẽdi: quare realiter nunc ita uidet, & præſentialiter quæ fuerunt, ſicut ea quæ ſunt. Vnde deceptio eſt: quoniam ita iudicamus de Deo, veluti & de nobis. Vnde quoniam

niam in nobis eſt ſucceſsio, credimus & eam eſſe in Deo. Exiſtimo tamen, quod Ariſtoteles negaret, quanquam in Libro de Bona fortuna verſus finem videatur dicere, omnia & futura & præterita eſſe ſibi præſentia. Verum hæc dicta noſtra magnam apparentiam falſitatis videtur continere: quoniam ſi præſentia, præterita & futura eodem modo ſe habent in æternitate, tunc ſimul erunt uera duo cõtradictoria. Nam cum nunc Socrates ſedeat, præſentialiter uidet ipſum ſedere. Cũq; aliquando non ſedeat, videt & ipſum non ſedere. Cũq; cognitio iſta eſt intuitiua, ſimul uidet ſedere & non ſedere: & multa alia conſimilia poſſent adduci aduerſus hanc opinionem, quæ ad alium locum dimittimus. Conſimiliter an Ariſtoteles hoc tenuerit, & maxime propter locum adductum de Bona fortuna. Sed pro nũc omittamus tantam difficultatem. Credo tamen, quòd ſecundum religionem Chriſtianam ſic ſit dicẽdum. Quantum verò ſit de 3. dubitatiõe, videlicet quòd intellectus humanus non cognoſcit ſin

 gularia,

gularia,ratione ſuæ im̃aterialitatis, ſunt diuerſæ & contrariæ opiniones. Quidam tenent, intellectum humanum primo cognoſcere ſingularia: & ſic ratio perit,quantũ ſit ratione illius fundamẽti,licet fortaſsis per aliam cauſam neget intellectum diuinum cognoſcere ſingularia, vtpote ratione variabilitatis vel diuinitatis, vel propter aliquam aliam cauſam. Alij autem negant intellectum humanum cognoſcere ſingularia, non propter immaterialitatem, quoniam ſic Deus ea non cognoſceret: ſed adducũt alias cauſas. Quare & ſecundum iſtos ratio non procedit: quoniam ſecũdum iſtos ratio aſſumit falſum, licet aliud ſit hoc falſum aſſumptum, quã illud quod dicebat prima opinio. Prima enim volebat rationem peccare: quoniam accipiebat intellectum noſtrum non intelligere ſingularia: hæc verò hoc concedit, ſed negat immaterialitatem eſſe cauſam huius accidentis. Quare ſecundum utraſque opiniones ratio non cõuincit, quãquam alias aſsignent cauſas. Verũ quoniam de his abunde dicitur ab autorib.

neq;

neq; exiſtimo demõſtrationem in hoc adducere poſſe, vnusquiſq; eligat illam partem, quæ ſibi videtur probabilior. Conſimiliter dicitur ad quartam, ſcilic. quòd Deus non poteſt cognoſcere ſingularia, quoniam ſunt infinita, & infinitum cognoſci non poteſt, dicendum, vt dicunt communiter autores: Infinitum cognoſci non poteſt per partẽ poſt partem, ſed vno intuitu poteſt cognoſci. verùm de hoc ab autoribus videamus. Puto tamen Ariſtotelem iſta nullo modo conceſsiſſe, ſed ueluti dictum eſt, Deus omnia cognoſcit ſecũdum ſpeciem ſpecialiſsimam, quæ perfectam facit cognitionem. Quòd ſi aliquę autoritates videantur ſonare, Deum omnia cognoſcere, intelligitur ſecundum iſtum modum. Quare illud adductum de bona fortuna, ſic eſt interpretandum, ſcilicet intuitu & cognitione vniuerſali, & non particulari. Vnde nullum harum rationum apud Ariſtotelem facit dubitationem. Verum ſapientia diuina vincit & conculcat humanam.

*Caput tertiumdecimum, in quo aduerſus has reſponſiones mouentur aliquæ dubitationes.*

RVrſum & circa ea quæ dicta ſunt, occurrunt & multæ dubitationes quas exiſtimaui non bonum eſſe eas omittere. Prima itaque dubitatio eſt, quoniã dictum eſt, Deum cognoſcere futura contingentia, vt indeterminata, ſi cognoſcit qua futura ſunt: ſi verò qua pręſentialia ſint & extra potentiam, determinatè cognoſcit. Ex iſto ſeqtur, quòd aliter cognoſcit futura, quàm præſentia: hoc autem apertè repugnat Auguſtino. Capitulo namque 12.10. libri de Ciuitate Dei ſic ſcribit: Deus temporalia mouens, temporaliter non mouetur: nec aliter nouit facienda quàm facta: nec aliter inuocantes exaudit, quàm inuocaturos videt. Præterea ſi Deus de futuro contingenti non plus ſcit, niſi quoniam erit vel nõ erit, vel quoniam poterit eſſe vel non eſſe, non maiorem Deus de hoc habebit certitudinem, quàm quicunque homo admodum vilis & parum ſci-

rum ſciens. Quare Dei prouidentia erit ſimilis vaticinio Thyreſiæ, in quo dicebatur: Quicquid dicam, aut erit aut non erit. Et hæc videtur eſſe ratio Boëtij aduerſus iſtam opinionem in Proſa tertia 5. libri de Conſolatione. Idem videtur, eſſe magna blaſphemia dicere, Deum de aliquo habere cognitionem indeterminatam: quoniam indeterminatum dicit impotentiam & imperfectionem. Quia ſi Deus habet cognitionem indeterminatam, cognitio Dei eſt imperfecta & impotens, q̃d abſurdum eſt. Præterea cum Deus futuri contingentis per conceſſa habet indeterminatam cognitionem, habebit etiam determinatum: quoniam & nos aliquando habemus. Verum hoc intelligi non poteſt abſq; Dei mutatione: Deus igitur mutabitur, quod eſt impoſsibile, & ridiculum. Amplius, quoniam vt dicit Boetius in eodem quinto libro de Cõſolatione, non eſt neceſſarium, cognoſcens ſequi naturam rei cognitæ: & vt per multas rationes ibidem contendit oſtendere. Quanquam igitur contingens

gens

gens futurum in ſua natura ſit indeterminatum: non oportet tamen, quòd apud cognoſcẽtem ſit indeterminatum: quia fallax aſſumptum eſt fundamentum. Dictum eſt etiam, quòd actus voluntatis non ſunt à Deo determinante ipſam voluntatẽ, ſed uoluntas ſe ipſam determinat, neq; Deus habet cognitionem certam de actu uoluntatis, niſi ut eſt extra ſuas cauſas. Sed in his multiplex uidetur eſſe error. Primo quidem, quoniam ſi uoluntas determinat ſe ad actum, & non Deus: tunc aliquis erit effectus, cuius cauſa non eſt Deus: & ſic nõ omne mouẽs reducit̃ in primum mouens, quod eſt poſt ipſum: quod aduerſat̃ nedũ Philoſophis, ſed & Theologis. Aliud etiam dictum ſtare non poteſt, ſcilicet quòd Deus non eſt determinatus de actu humano, niſi ubi act9 humanus ſit extra ſuas cauſas: quoniam ſic Deus certitudinaliter non cognoſceret Antichriſtum futurum, & determinatè: quoniam nondum eſt extra ſuas cauſas. & ita Deus nunc non uidet, an Antichriſtus futurus ſit: nec erit certus plus, q̃

plus, q̃ ego uideam: quod eſt aperta hęreſis. Amplius, quoniam cognitio Dei eſt æterna, eſſe Antichriſti eſt temporale: igitur æternum dependet à temporali: & ulterius ſequitur cognitiōem Dei dependere ab aliquo, quod eſt extra ſe. Quare & Deus ab illo depēdebit: quoniam ſcientia & eſſe Dei, ſunt omnino idem. Et hoc argumento idem Boethius utitur in eodem loco citato. Dictum eſt etiam per nos, prouidentiam Dei eſſe cauſam rerum, unde ſcire ſiue procedere Dei, eſt res præuiſas producere.

Verum huic uidetur aduerſari, quod dicitur à Boethio in Proſa quinta 4. libri de Conſolatione. Videtur enim dicere, quod ſicut videns aliquem moueri ad aliquem locum, certus eſt de hac itione: nihil tamen facit, neq; patitur ab ipſo eunte. Ita Deus eſt certus de futuris, quanquam non faciat illa futura.

Cui ſententię & Alexander conſentit in libro de Fato, capite 10. ſic enim ſcribit. Aliud namq; eſt prænoſcere, aliud facere. Vltimo dubitatur, quoniam dictum eſt, quòd actꝰ ſiue bonus ſiue malus pro-

lus procedat à uoluntate, illius uoluntas eſt cauſa. Hoc dictum etſi de actu malo & deformi uideatur eſſe uerum, non tamen de actu ſtudioſo & bono uidetur poſſe ſuſtineri. Nam Oſeæ prophetæ 13. capit. dicitur ex perſona Dei: Perditio tua Iſrael ex te eſt tantummodo, ex me auxilium tuum. Quare ferè omnia determinata ruunt.

*Caput quartumdecimum & ultimum, in quo reſpondetur ad dictas dubitationes.*

AD primam igitur harum dubitationum dicitur, quòd uerbum illud Auguſtini intelligendum eſt, quantum ad potentiam & actum: quoniam eadem potentia eodem actu cognoſcit contingentia & neceſſaria: non tamen quantum ad eandem rationem cognoſcendi. Si enim eadem eſſet ratio neceſſarij & contingentis, tūc idem eſſet neceſſarium & contingens. Vnde cognitio Dei de futuris & præſentibus, re eſt vna, & eadèm cognitio: ratione tamen ſunt di-

ſunt diuerſa, ut intellectio & uolitio ſũt vna & eadem res: alia tamẽ eſt ratio intelligendi, & alia uolendi. Quare & mala intelligit, & tamen mala non uult.
Ad ſecundam, cum dicebatur, quòd ſi Deus de contingenti, qua contingens eſt, non plus ſcit, niſi quod poteſt eſſe, & non determinatè cognoſcit, quod erit: tamen ſciet Deus, quantum homo. Ad hoc dicitur, quod ſi Deus non cognoſcit numerum determinatũ infiniti, veluti etiam non cognoſcit homo, non ſequitur Deum eſſe ignorantem, & cognitionem hominis ſimpliciter æquari cognitione Dei, licet quantum ad aliquid æquentur. Deus enim non poteſt ſcire, quod impoſsibile eſt ſciri: neq; etiam homo. Quare in hoc non eſt differẽtia, verùm omnia ſcibilia Deus ſcit: quę tamen à nulla creatura pura ſciri poſſunt: quia cognitio creatoris & creaturę non adęquantur.
Cumq; dicitur, uaticinium Thyreſię erit ſimile uaticinio Dei, ad hoc dicitur, minimè illud ſequi, & ſi Deus contingẽtia, qua contingentia ſunt, ſcit ipſa eſſe incerta:

incerta:qua tamē ſunt extra ſuas cauſas, in æternitate ſua cognoſcit cognitione certa:quæ ſola Deo debet & nulli creaturę. Dico etiam qua futura ſunt, et Deus cognoſcit eſſe incerta, ueluti & intellectus creatus: ut ſic tamen Deus magis propinquat certitudini, quā intellectus creatus: veluti & ſi prudentiſsimus de euentu futuro non certum poteſt afferre iudicium: tamen iudicium ſuum magis appropinquat certitudini, quàm iudicium imprudentis uel minus prudentis.

Ad tertiam cum dicitur, quòd ſi Deus de contingenti habet cognitionem indeterminatam: tunc eius cognitio eſſet in potentia & imperfecta, quod blaſphemia uidetur eſſe. Ad hoc dicitur, q̄d indeterminatio poteſt cadere ſupra obiectum: & ſic propoſitio eſt uera, & ſenſus eſt, quòd Deus cognoſcit ipſum contingens eſſe determinatū. Quod ſi Deus aliter cognoſceret, imperfectè cognoſceret, imò falſe. Poteſt & indeterminatio cadere ſupra cognitionem, ſic quòd ſenſus ſit, Deus indeterminatam cognitionem habet de contingenti. Et hoc

hoc falſum eſt: imò Deus exactiſsimam & perfectiſsimam cognitionem habet de contingente: quoniam cognoſcendo quicquid eſt contingentis, & quod natura ſua eſt indeterminata, determinatiſsimè & perfectiſsimè cognoſcit ipſum, ueluti & conſueuimus dicere, q̃d ſciens fortunam eſſe cauſam indeterminatam determinatiſsimè cognoſcit fortunam. Dicoq́; quòd non propriè dicitur de Deo, q̃d de cõtingẽt futuro, quà contingens eſt, dubitet de determinata parte: quoniam dubitatio eſt motus titubationis, qui remotiſsimus eſt à Deo imò præpoſita illa parte contradictionis firmus eſt in ea, ſcilicet quòd poſsibilis eſt, & non determinata: ſed dubitatio uidetur ſignificare, quòd credat vnã partem eſſe determinatè ueram, & neſciat tamen quæ ſit illa. Si tamen ſumatur dubitare negatiuè, id eſt, non ſcire determinationem, ſic concedẽdum eſt. Sed hoc non eſt proprie accipere uerũ: verũtamen abutimur, & ſumũtur quandoq; ut ſynonima: vnde nihil, quod imperfectionem claudat, poteſt de Deo affirmari.

firmari. Ad quartam dicitur, quòd ibi aſſumitur falſum. non enim Deus quã/ doq; cognoſcit futurum eſſe indeterminatum, et quandoq; determinatum, ſi ſynonima refertur ad cognitionẽ: q̃ni am ſimul & ſemel cognoſcit ipſum de/ terminatum & indeterminatũ, verum non ſecundum eandem rationem: quo niam qua contingens ſcit ipſum eſſe in determinatum, et qua eſt extra ſuas cau ſas, ſcit ipſum eſſe determinatum. Velu ti cognoſcẽs hominẽ eſſe animal ratio/ nale, ſcit ipſum eſſe determinatũ & in= determinatum: qua animal eſt, indeterminatum eſt, qua rationale, determina= tum. Et quãquam tempus ſit diuerſum in quo contingens eſt indeterminatum à tempore, in quo illud eſt determina= tum, quoniam eſt continuum tempus, in quo de neceſsitate partes ſunt incõ= poſsibiles: tamen apud æternitatem, quæ ſupra tempus eſt, nõ eſt ſucceſsio: quia ſimul omnia uerificantur, ſed pro eadem menſura temporali. Vnde ſi De us æternitate non menſuraretur, non ſi= bi ſimul repræſentaretur determinatũ & inde=

& indeterminatum: neq; ſimul uideret determinationem & indeterminationem. Quare in alijs à Deo hoc fieri nō poteſt: quoniam eorum menſura non eſt æternitas, ſed æuum vel tempus. Sic itaq; Deus, quoniam uidet ipſum contingens eſſe determinatum, videt & eſſe indeterminatum: quoniam utrumq; tempus eſt præſens ęternitati: vnde nulla cadit in Deo mutatio. Quicquid enim videt, æternaliter uidet: quanquam ſecundum noſtrum modum intelligendi concedi poteſt in Deo & in ſuis operationibus eſſe prioritatem & poſterioritatem: ſicut dicimus, Deum prius intelligere quàm uelle, & pro aliquo ſigno, pro quo non eſt uelle. Sed hoc arguit nouitatem ex parte modi noſtri intelligendi, non autem ex parte rei. Ad quintā autem cum dicitur, ex Boethij autoritate, quòd cognoſcens non ſequitur naturam cogniti, quia ſi cognitum eſt indeterminatum, nō oportet cognitionem eſſe indeterminatam. Huic dicitur vt ſuprà dictum eſt, ſi determinatio ſe tenet ex parte cognitionis, ſic uerū eſt,

quod dicitur:ſed nihil contra nos. Vnde de obiecto ex natura ſua indeterminato, cognoſcendo ipſum eſſe indeterminatum, determinatiſsimè cognoſcitur, & ſcit ipſum, quantum ſciri poteſt ſecundum ſuam conſiderationem. Si verò determinatio ſe teneat ex parte obiecti, ſic ſermo eſt ĩpoſsibilis & claudens contradictionem. Senſus eñ eſt, quòd de re, quæ natura ſua eſt indeterminata, & indeterminatio eſt de ſua intrinſeca ratione, intelligitur ſub oppoſito: & perinde eſt, quòd homo intelligatur cognitione uera irrationalis. nam veluti rationalis eſt de intellectu hominis: ſic & indeterminatio de intellectu contingentis. Non enim intelligibile eſt, quòd in definitione contingentis cadat indeterminatio, & indèterminatè ipſum ſciatur. Si enim determinate ſcitur, determinatum eſt, aliter ſciretur quòd non eſt, & ueritas non cõſiſteret in adæquatione repreſentationis: quoniã cognitio eſt ſimilitudo & adæquatio. Non tamen oportet, quòd qualiscunq; ſit conditio cogniti, ſit & conditio co-

tio cognitionis: quoniam ſtat cognitũ eſſe in materia, & cognitionem eſſe ſine materia, cognitum eſſe ęternum, & tamẽ cognitionem ſecundum ſuum eſſe, eſſe nouam: & econtrà, cognitum ſecundum eſſe, exiſtere nouum, & cognitionem de eo eſſe ęternam. Sed quantũ eſt ex parte ſimilitudinis, oportet adæquationem eſſe inter cognitum & cognoſcens: quia ſi de natura contingentis eſt indeterminatio, non poteſt cognoſci ſub determinatione, quãquam talis cognitio ſit maxime determinata, veluti ſi fortuna eſt cauſa indeterminata, qua fortuna eſt, non poteſt intelligi ſub determinatione, quanquam ſic intelligendo determinatiſsima eſt cognitio fortunę. Si itaq; intellectus Boethij fuit iſte, conceditur: ſi aliter, cum bona venia non admittitur. Ad ſextam uerò dicitur, quòd actus uoluntatis immediatè ſunt à uoluntate: neq; tamẽ ſequitur, quòd aliquis effectus ſit, qui nõ dependeat à Deo. In actu enim aut eſt defectus aut non. Si non eſt defectus, etſi immediate hoc ſit à uoluntate: tamen

cum uoluntas ſit à Deo, neq; eſſe neq; operari poſsit uoluntas ipſa, niſi in uirtute Dei, & ut eſt inſtrumentum, non actualiter motum, ſed quoniam ipſa uoluntas eſt Dei effectus in triplici genere cauſæ, ut aliàs dictum eſt. Ideo iſte actus reducitur in Deum, ſicut mot9 grauis deorſum reducitur in motum cœleſtē, quanquam corpus cœleſte propriè non moueat graue deorſum. Quantum autem ad defectum exiſtentem in ipſo actu, propriè non habet cauſam efficientem, ſed deficientem: cuius cauſa originalis eſt, quoniam ex nihilo eſt, tamen ex toto non ſubterfugit iſta deformitas cauſam effectiuā Dei: quoniam non eſſet iſte defectus in tali actu, niſi Liberum arbitrium haberet à Deo, & permitteret talem effectum: adhuc quoniam deformitas fundatur in uoluntate, quæ ut ens eſt, bona eſt, & omnis bonitas à Deo eſt. Poteſt & dici, iſtum defectum ordinari in bonū quoquo modo, pro quāto eſt occaſio iuſticię & miſericordiæ Dei, quæ ſunt ualde bona: quia nullus eſt effectus, qui ſubterfugiat cauſa-

at cauſalitatem Dei. Si enim Deus non cauſaret, neq; eſſent bona neq; mala. Ad ſeptimam dicitur, quod reuera Deus non eſt certus de actu humano, niſi vt eſt extra ſuas cauſas: quoniam actus non eſt determinatus ſecũdum eſſe uel fore, niſi quatenus eſt extra ſuas cauſas. Vnde ut eſt in ſuis cauſis, neceſſe eſt eſſe determinatum. Quare ut ſic non poteſt intelligi eſſe indeterminatus: neq; e conuerſo poteſt intelligi eſſe determinatus, niſi quatenus eſt extra ſuas cauſas. Verum cum dicitur, nunquam igitur Deus certitudinaliter ſcit, niſi ubi actus ſit, uel actus fuerit, quare ut ſuppono, cũ non erit iſte actus niſi in fine centum annorum, Deus igitur in iſtis centum annis non habet certitudinem de iſto actu: quod falſum eſt, & opinioni repugnans. Huic dicitur, quòd ratione iſtorum centum annorum, Deus non habet certitudinẽ de iſto actu, imò quãtum eſt ratione iſtorum centum annorum, Deus non ſcit, niſi quod eſt contingens: ratione uerò temporis ſubſequentis Deus eſt certus de iſto actu: verum

quoniam æternitas non habet ſucceſſionem, ſed eſt tota ſimul: ideo dicitur, quod etiam in iſtis primis centum añis Deus eſt certus de hoc actu, non ratione iſtorum centum annorum, ſed ratione temporis ſubſequentis. Quòd ſi dicatur, quomodo æternitati temporis futurum eſt ei præſens, dicitur, quoniam æternitas eſt cauſa futuri, & totum tempus continet. Quod ſi iterum inſtetur, q̃modo æternitas cõtinet actũ voluntatis, cum ipſa non ſit cauſa actus uoluntatis: quoniam actus uoluntatis eſſet Dei & non noſtri. Certè (vt dixi) mihi argumentum eſt difficillimum, veluti diximus. Quare Stoici hanc difficultatem faciliter euadunt, cum actus volũtatis ſint à Deo: propter quod opinio Stoica redditur valde probabilis. Dico tamen (vt ſuperius dixi) quoniam melius non habeo, ſcilicet quòd etſi voluntas ſit cauſa ſui actus: non tamen ſimpliciter, ſed ſecundum quid: quia Deus ſimpliciter in ſua æternitate actũ illum continet, quanquam ſecundum quid, actus ille ſit uolũtatis, quod quomodo intelligatur,

ligatur, ſatis abunde ſuperius dictum eſt. Et ſi interim inſtetur, nunc Deus certè & determinatè ſcit actum uolũtatis, qui in centeſimo anno erit, & iſta certitudo non poteſt eſſe, niſi actus voluntatis ſit in actu: igitur nunc Deus non certe ſcit, dico, q̃d ſi nunc ſcit, certè ſcit ratione, nũc quod erit in centeſimo anno, in quo nũc actus erit in actu, vt ſupponitur. Et quoniam omnia ſunt præſentia ęternitati: ideo ſemper apud ęternitatem ille actus eſt in actu. nam eadem difficultas cadit, quo futurũ & pręteritum pręſentia ęternitati ſunt. In ęternitate eñ nihil poteſt eſſe fluxum: quoniam ſic non eſſet ęternitas. Ad octauã conſimiliter dicitur, quòd quamuis actus iſte ſecundum exiſtentiam temporis non ſit ęternus, vndę tamen eſt præſens æternitati, eſt ęternus. Ab ęterno enim Deus uidit me ſcribentem pro iſta hora, & in ęternum uidebit. Quare vt pręſentatur ęternitati, ęternus eſt: neque unquam fuit vel erit aliqua eius deficientia, ſed ut eſt in tempore, incipit & deſinit eſſe. Quare non concluditur,

quòd cognitio ęterna dependeat à cognitione temporali, imò ut cognitum eſt à Deo, eſt ęternum & intraſmutabile: veluti etiam ęternum poteſt cognoſci ab eo, quod incipit: quandoquidem ęternum, quanquam in ſe ſit ęternum, vt tamẽ cognitum ab hoc nouo eſt nouum: repręſentatur tamẽ intellectui nouo, vt æternum: quoniam ſic non eſſet vera cognitio, ſicuti ęternitati hoc nouum repręſentatur vt nouum, licet repręſentatio ſit ęterna. Et cum ulterius in eadem argumentatione inferebatur, quod Dei ſcientia depẽderet ab aliquo extra ſe, quoniam verificari non poteſt, niſi aliquod ſit extra ſe. Huic dico, ſalua veritate, Dei ſcientiam à nullo abſolute dependere: verum non inconuenire eã dependere ab aliquo extrinſeco ex ſuppoſitione finis, quæ non eſt neceſsitas ſimpliciter. Vnde Deus non dependet abſolutè à Socrate. ſi tamen vult Socratem ſaluum eſſe, dependet à Socrate. Vnde ſuppoſito, quòd Deus velit numerum electorum, oportet quòd ſi iſta finis impleatur, quòd aliqui homines a

ctus

ctus meritorios habeant & faciant, niſi ipſe Deꝰ ex gratia vellet eos eſſe de numero electorum. Neq; bene infertur, quòd ſi Dei ſciẽtia eſt idem quòd eſſentia, & Deus ſecundum ſcientiam aliquando depẽdet ab aliquo extrinſeco, quòd etiam eſſentia. Nam diuerſa ſignificant ſcientia & eſſentia. Quare nõ ſequitur, quod infertur. Quod ſi quis inſtaret, quoniam ſecundum hãc reſpõſionem verificaretur dictũ Origenis ſuper epiſtola Pauli ad Romanos. In quo loco dicit Origenes, quòd non, quia Deus præuidet, ſic erit, ſed quoniam ſic erit, ideo præuidet. Quare igitur res ſit cauſa prouidentiæ, & non prouidentia ſit cauſa rei? Nam nõ confitemur in hac noſtra reſponſione Dei ſcientiam depẽdere à re. Hoc autem dictum Origenis cõmuniter damnatur à modernis Theologis, & à Boethio in 5. de Conſolatione: imò & Auerrois in Commento 51. 12. Methaphyſicorum dicit, ſcientiam noſtram differre ab ea quæ Dei: quoniam noſtra cauſatur à rebus: Dei verò ſcientia cauſat ipſas res. Ad hoc nihil uidetur di-

tur dicendum, quod in rebus non depẽ dentibus à voluntate humana (pro nũc omittamus intelligentiarum voluntatem) ſcientia, ſiue Dei prouidentia eſt infallibiliter cauſa rerũ: ſtanteq́ comuni curſu, illa ineuitabiliter uenient, niſi Deus mutaret comunem curſum. Vnde de his, vt futura ſunt, apud Deum eſt determinata cognitio, imò & apud intellectum aliquem creatum ſaltem de multis. Vnde cum talia moueantur ex natura, determinatę ſunt uirtutis, veluti & de eclipſi futura. Quare ut ſunt futura, etiam de his eſt determinata ueritas: neq́ talis propriè dicitur eſſe contingẽtia, vt opponitur ineuitabilitati: ſed eſt contingentia, vt opponitur neceſſario: quoniam non ſemper ſunt de neceſsitate, tamen ſunt & erunt in determinatis temporibus. Si autem ſumamus prouidentiam, ſiue præſcientiam de actib. uoluntatis, vt actus uoluntatis ſunt in ſuis cauſis, & in uera contingentia, quę tñ non opponitur neceſſario, ſed ineuitabili, dico, quòd Dei prouidentia non eſt totalis cauſa rerum ſiue actuum voluntatis.

luntatis. Vnde ſi Deus ſcit, Socratem peccaturum uel actu peccantem, ſi Dei ſcientia eſſet cauſa, quòd Socrates peccaret, Deus eſſet cauſa peccati. Verum magis uertitur, quòd ex quo Socrates peccat, Deus ſcit ipſum peccare, non quidem quoniam peccat Socrates, aliquid ĩ Deo generatur: quoniam ſic Deus mutaretur: ſed quoniam actus peccãdi Socratis terminat Dei cognitionem ad modum ſuperius dictum, uidelicet quoniam ad hoc, quod Deus ſcit certe de peccato Socratis, oportet quòd actualiter in Socrate exiſtat peccatum tanquam cõditio requiſita ad certitudinem Dei. Vnde in certitudine Dei duo requiruntur, ſcilicet ad hoc quòd Deus ſit certus de Socratis peccato, Abſolutum, quod eſt Dei ſcientia, & Reſpectiuum, quod requiritur ex parte exiſtentiæ ipſius Socratis, quę fundat talem conditionem. Et quanquam Deus ſecundum totum non ſit cauſa talis actus: tamen ſimpliciter Deus eſt cauſa talis actus, quia poteſt à Deo cognoſci. Dico igitur, quod dictum Origenis in ſe eſt uerũ, loquendo de

do de actibus voluntatis. Nam ſua ſcientia non eſt cauſa peccati neq; meriti. ſic enim actus non eſſent liberi, neq; totaliter illi actus ſunt cauſa ſcientiæ: quoniam generarent aliquid in Deo, & nõ dependerent ab ipſo Deo, neq; eſſent voliti ab ipſo Deo & ordinati. Aſt oblatus eſt Chriſtus, quia ipſe uoluit. Voluit namq; crucis ſubire tormentũ: quare quoquo modo ſubiacent voluntati Diuinæ, quanquam ſint peccata. Origenes ergo (vt exiſtimo) per illa uerba uoluit habere hanc ſentẽtiam, ſcilic. quòd intelligitur in actibus voluntatis, quorum Deus voluit, voluntatem eſſe cauſam. In reliquis verò propoſitio non intelligitur: neq; tamen ſequitur aliquod inconueniens, ſcilicet quòd Deus non eſt cauſa omnium, uel quod illi actus nõ eſſent cogniti à Deo, veluti per multa antè dicta uiſum eſt ſuperius, quanquam apud me nullum in iſta materia ſit argumentum adeò difficile.

Ad nonam autem & penultimam dubitatiõem, in qua dicebatur, quod Boethius uidetur dicere, quod Dei ſcientia

neq; ſit

neq; ſit cauſa rei, neq; rei effectus, & Alexander huic ſententiæ uidetur cōſentire. Huic dicit̃ primo, quãtum ad Alexandrum, quòd autoritas eius non eſt admittẽda, imo neq; intelligibilis: quoniã quod Deus cognoſcat alia à ſe, hoc non poteſt intelligi, niſi quia cauſat illa, & cognoſcendo ſeipſum eſſe cauſam cognoſcit effectus: quoniam in cauſa relucent effectus, aut quoniam Deus eſt effectus rerum extra ſe. Vnde cognoſcendo ſe, cognoſcit res: quoniam p effectus cognoſcimus cauſam, quod excogitare de Deo nephas eſt aut quoniam ſimilitudinem rerum receperit à rebus ipſis uel ab aliquo alio, quod & non minus impoſsibile eſt: aut quod ipſemet ſit rerum ſimilitudo, quod & fingi non poteſt: quoniam aut ipſe eſſet imago rerum, aut res imaginis eius. Si primum: eſt rerum effectus. Si ſecundum: eſt cauſa rerum. Et ſic ſequitur cõtra ipſam. Quare illud dictũ Alexandri ſtare non poteſt, quod & firmatur: quoniam cuiuſcunque rei Deus eſt cauſa, quæ non eſt ipſe Deus, non autem eſt

cauſa,

cauſa, niſi intelligendo & uolendo, vt oſtēditur in 12. Methaphyſicę: quia ſua ſcientia eſt cauſa rerum. Pręterea Deus comparatur rebus ueluti artifex ad artificiatū: ſed artifex eſt factiuus artificiati, ergo ſcientia Dei eſt cauſa rerū. Amplius, prouidentia dicit actionem de re fienda: quomodo igitur non eſt cauſa rei. Quod aūt adducit de Boethio, certè Boethius per totum illud quintum videtur illud īnuere. Ponit enim exemplum de eo qui uidit aliquos ire ad aliquem locum: à quibus nihil videtur recipere, neq; in eos aliquid agere. Quod exemplum in pluribus non conuenit, & eſt manifeſtè falſum: quoniam uidēs dependet à uiſibili, & ſecūdum ipſum ſcientia Dei non dependet à re: quoniam inquit ipſe aduerſus Origenem, ęternum dependeret à temporali. Amplius, uidens continuè recipit ſpeciem ab eo, quod mouetur: Deus autem nihil poteſt recipere à re. Falſum eſt etiā: quoniam Deus de neceſsitate dat reb9 ſi debent operari. vnde dictum Boethij non videtur eſſe uerum. Tamen Boethius

thius non negat Deum aliquid rei face re, ſed negat Deum neceſsitare hanc actionem. Verùm inſurgit maior difficultas. quoniam concedit Boethius, rē contingenter agere, certum tamen eſſe Deum de re ab ipſo contingenter agente procedente. Quod apud me implicat contradictionem: quoniam impoſſibile eſt, aliquid certè cognoſci, niſi ipſum ſit certum. Aliter enim & impoſſibilia ſciri poſſet, & res ſciretur ſub oppoſito ſuæ rationis formalis. Neq; obſtat, quòd ab aliquib. dicitur, certè ſcio te eſſe, quando te uideo, non deceptus, tu tamen es quoddam contingens. Certe hæc eſt ridicula res, ſcilicet quod tu nunc ſis contingēs, quoniam quanquā poſsis non eſſe in futurum, & antequā non eſſes, non potuiſſes non eſſe: per nullā tamen potentiā fieri poteſt, quòd non ſis nunc, de quo ſum certus: non autem ſum certus de futuro ſed tātum de præſente, quoniam determinatiſsimè es. Vnde alterum duorum eſt, aut ego non intelligo, quid ſibi Boethius uoluerit, aut eſt deceptus Boethius.

Quare dico, quid dicant Boethius & Alexander, quod ſcientia Dei eſt cauſa rerum, nullaqúe res eſt ſiue bona ſiue mala, cuius Deus non ſit cauſa: ſed aliter boni, aliter mali. Quare tam bona quàm mala à Deo cognoſcuntur: quoniam omnium ſecundum modum conuenientem Deus eſt cauſa, vt dictum eſt. Ad vltimam verò dubitationem, in qua dicebatur, quòd Deus non eſt cauſa uolitionis malæ, ſed tantum bonę ꝓpter autoritatem Oſeæ prophetæ. Huic dicitur, vt dicit Ariſtoteles 2. & 3. Ethicorum, quod dicere, nos eſſe cauſam bonorum actuum, & non malorum, vel malorum, & non bonorum, eſt negare uirtutes eſſe noſtras, uel uitia eſſe noſtra. Quare uel uirtutibus non deberetur laus & præmia, vel uitijs non deberentur pœnę & uituperationes, quorum quodlibet eſt manifeſtè falſum. Secundum opinionem igitur dico, quod uirtutes ſunt à nobis, & etiam malitiæ: tamē malitiæ ſunt magis noſtræ, quàm virtutes. Primo, quoniam uirtutes aſsimilātur Deo, qui eſt fons perfectionis: malitię

malitię uero nobis, qui quaſi nihil ſumus. Item virtutes fouentur & approbantur à Deo, malitię nequaquam. Virtutes habent finem per ſe, malitiæ uero per accidens. Amplius, defectus magis attribuitur cauſę imperfectę, & pfectio cauſæ pfectę. nã ſi rectè operamur, ut diuini operamur, ſi malè, vt nõ entia & imperfecti homines. Sunt & alię cauſę: ſed hę ſufficiant. Quare dictũ Oſeæ, ſic poteſt intelligi. Dicere aũt, ꝙ Deus in actiõe morali & ſtudioſa, eſt primus motor, q habet ſe ad uolũtatẽ. ſicut Carpentator ad ſecurim. In actu aũt uitioſo Deus derelinquit illum actum, & non mouet ueluti ſecuris. ſi eſſet ex ſe recta, niſi iſta uidentur deliramenta: neq; intelligo quomodo. Si ſic eſſet, virtutes & uitia eſſent noſtra: ſed manifeſte eſt ponere fatum. Vnde ſic dicentes, vt mihi videtur, contendentes deſtruere fatum, conſtituunt fatum: & ſic terminatur tertius liber.

# PETRI POMPONATII
## DE FATO LIBER quartus.

*Caput primum, in quo ponitur intentio: & adducuntur quædam argumenta contendentia oſtendere, diuinam prouidentiam & Liberum arbitrium non poſſe ſimul ſtare.*

IN ſuperiori uolumine uiſum eſt de Libero arbitrio, & Dei prouidentia ſecũdum ſe, & non conferendo unum ad alterum: in hoc uerò intendimus uidere, an Liberum arbitriũ & prouidentia diuina poſſunt ſimul cohabitare. Vt namq; dicit Boethius in 5. de Conſolatione, hæc eſt antiquiſsima dubitatio, quam etiam Cicero in libro de Diuinatione mouit. Difficultas autem eſt: quoniam ſcientia & opinio diſtinguuntur: quoniã, vt dicitur primo Poſteriorum, ſcientia eſt cum certitudine, quòd perfectionem

ctionem dicit. Quare à Deo mouenda non eſt. Opinio autem eſt cum formidine, quod aperte ſine imperfectione eſſe non poteſt. Vnde Deo nullo pacto tribui poteſt: quoniam ſic Deus imperfectus eſſet. Hæc igitur prouidentia Dei debet eſſe cum certitudine, quod neq; falli neq; uariari poteſt. Verum ex altera parte Liberum arbitrium eſt de contingenti & indeterminato. Qui igitur fieri poteſt, ut Liberum arbitriũ, quod variabile & indeterminatum eſt, diuinę prouidentiæ ſubijciatur? quæ certiſſima & inuariabilis eſt. Quare Stoici & Ciceron. iſta coire ſiue ſimul ſtare non poſſe arbitrati ſunt: quanquam aliter Stoici de partibus dixerunt, quàm Ciceron. Stoici namq; prouidentiam cõcedentes, negauerunt Liberum arbitrium: Ciceroniani uerò Liberum arbitrium concedentes, diuinam prouidentiã de actibus humanis de medio abſtulerunt: quorum quodlibet ueritati & religioni Chriſtianæ aduerſatur. Amplius, poſteriores ad idem argumentabantur: quoniam ſi Deus nunc ſcit o-

mnia, quæ uentura ſunt, etiam in milleſimum ſciuit. Cum igitur ad ſcientiam rei ſequatur rem eſſe, quoniam non eſt ſcire quod non eſt, vt dicitur primo Poſteriorum. ſequitur igitur ſi Deus ſciuit omnia, quæ erunt. Si igitur antecedens eſt neceſſarium, & conſequens eſt neceſſarium, vt oſtenditur 2. libro Priorũ. Aſt antecedens ſimpliciter eſt neceſſarium: quoniam prę̨terita non poſſunt eſſe non prę̨terita, vt dicit Ariſtoteles ſexto Ethicorum: approbans ſententiam Agathonis. Hoc ſolo namq; priuatur Deus, quod genita non poſsit facere ingenita. Simpliciter ideo neceſſarium eſt, ut omnia quę erunt, erunt: quia non poterũt non eſſe. Cum itaq; actus humani erũt & de neceſsitate, aufertur Liberum arbitrium. nam neceſsitas & talis libertas ſe excludunt, quod 3. affirmatur: quoniã omne ſcitum à Deo neceſſe eſt eſſe: àliter enim ſua ſcientia nõ eſſet certa ſed mutabilis, quod Dei perfectioni repugnat. Aſt quæcunq; uentura ſunt, à Deo ſciũtur: quoniam ſunt ſub eius prouidentia. Quare omnia futura de

tura de neceſsitate euenient, ſed actus humani à Libero arbitrio euenient. Hę itaq; ſunt meliores rationes, quàm ut exiſtimo, adduci poſſunt.

*Caput ſecundum, in quo ponuntur communes reſponſiones & dubitationes aduerſus eaſdem dubitationes.*

BOëthius itaq; in dicto quinto lib. de Conſolatione, ſubtiliter & ornate his dubitationibus intendens ſatis facere, duas aut tres reſponſiones dat, parùm, vt exiſtimo, differentes. Prima itaq; reſponſio, in qua multã contrahit moram, eſt, quod nihil prohibet ſcientiam in ſe eſſe certam, quanquam illud, de quo eſt ſcientia, in ſui natura eſt incertum: quoniam cognoſcens non neceſſario ſequitur naturã cogniti, quod oſtendit per ſenſum & ſenſibile, imaginationem & imaginatum, intelligẽs & intellectum in nobis, quanto magis igitur in diuino intellectu? Quare nihil inconuenire dicit, actus humanos in

ſui natura incertos eſſe: apud tamen Deum certos eſſe. Vnde fit, ut certa prouidentia in Deo non repugnet indeterminationi Liberi arbitrij in ſe. Secunda autem reſponſio à prima parum differens, ut exiſtimo, ab eodem in eodem libro ponitur, quę eſt: nihil inconuenire aliquod relatum ad unum habere diſpoſitionem oppoſitam, ut ad alterum comparatur. Quare non inconuenire, humanos actus ut relatos ad diuinam ſcientiam eſſe neceſſarios: vt uerò relatos ad ſeipſos ſeu ad cauſas contingentes, eſſe contingentes. & hæc reſponſio vt in plurib. à modernis Theologis ſuſtinetur, exemplificantes de concluſione, quæ ſequitur ex maiori de neceſſario, ex minori de contingenti: quæ tamen ſequitur contingenter, vt dicitur primo Priorum. Quare etſi iſte effectus ſit neceſſarius in ordine ad maiorem, quoniã habet cauſam neceſſariam (ipſa namq; ponitur neceſſaria) in ordine tamen ad minorem eſt contingẽs: & quoniam effectus magis ſequitur cauſam proximam, quàm remotam, ideo abſolute

ſute dicitur cõtingens, quanquã et quo quomodo dicatur eſſe neceſſarius. Dãt & exemplum de Planta, quę quanquã producatur à cauſa neceſſaria ut puta Sole, & contingenti, ut puta ſemine, magis tamẽ dicitur effectus contingẽs quàm neceſſarius. Quare quanquam ſcientia Dei ſit neceſſaria, & in ordine ad eam actus humanus ſit neceſſarius in ſe: tamen & ut à uoluntate producitur, eſt contingens. Neq; hæc ſimul adiuncta aliquam incompoſibilitatẽ claudunt. Tertia Boethij reſpõſio eſt, quod nihil inconuenit aliquod abſolute eſſe contingens, quod tamen ſub conditione eſt neceſſariũ. Veluti me habere nauim, eſt contingens: eſt tamen neceſſariũ ſi transfretaturus ſum. Quare actus humani ſimpliciter ſunt contingentes: vt tamen ſtant ſub diuina prouidentia, ſunt neceſſarij. Quare non inconuenire contingentiam et indeterminationẽ ſtare cum neceſsitate & determinatione. Si uerò utrumq; eodem modo ſumatur, videlicet contingentiam ſimpliciter & neceſsitatem conditionatam, in-

determinationem ſimpliciter, & determinationem conditionatam. nam ſecũ do elenchorum contradictio eſt ad idẽ per idem, & ſecundum idem. Ad ſecundam uerò dubitationem non reſpõdet Boethius, quoniam neq; eam adducit, neq; ſimiliter tertiam. Verum poſteriores, & diuus Thomas in prima parte Summę, & in articulo tertio 12. quęſtionis, & eadem reprobatis nonnullis reſponſionibus, quas non eſt opus nunc recenſere, ſic reſpondet: q̃d conſequens eſt neceſſarium non abſolutè, quamuis antecedens ſit ſimpliciter neceſſarium: quoniam in his quæ ſubijciuntur actui intellectus & uoluntatis, tantum eſt in eis neceſsitatibus, quantum ſubijciuntur, & vt ſubijciuntur intellectui & voluntati. Quare futura non ſunt neceſſaria, niſi quatenus ſunt à Deo præuiſa.

Ad tertiam idem Thomas reſpondet, diſtinguendo propoſitionem: Omne ſcitum à Deo neceſſe eſt eſſe, quoniam ſecundum ſenſum diuiſum maior eſt falſa, ſecundum uerò compoſitionem maior eſt vera uel falſa, uel an concluſio ſequatur.

quatur. Puto tamen, ipſum intendere, quòd concluſio nõ ſequatur: quoniam maior fortaſsis eſt contingens, & ex maiori de neceſſario. Igitur hæ ſunt cõmuniores reſponſiones, quas niſi grauiſsimi uiri eas inueniſſent vel approbaſſent, certe dicerem eſſe deliramenta & illuſiones pueriles. Verum uirorum autoritas me terret: tamen dicam, quæ mihi dubitationem ingerunt in his reſponſionibus. Prima namq; reſponſio Boethij nullo modo uidetur eſſe tollerabilis. Dicit enim, quòd ex natura ſua eſt indeterminatum: apud tamẽ Deum eſt determinatum. Si enim hoc eſſe poſſet, nulla eſt ratio, quare Deus impoſsibilia ſcire non poſsit: quod tamẽ eſt impoſsibile. Nam quod ſcitur, eſt, quod eſſe poſsit, et ſic impoſsibile. Patet autem illatio: quoniam ex alio impoſsibile à Deo ſciri non poteſt, niſi, quoniam ex natura ſua, ſi natura habet, impoſsibilẽ habere poteſt. Sed ſumitur natura pro conceptu ex·rinſeco, cum repugnet eſſe. Quare cum de intellectu intrinſeco futuri contingentis ſit indetermina-

tio,

tio,quomodo determinatè ſciri poteſt?
Intelligitur enim ſic ſub conditione re
pugnante principijs ſuis. Præterea ſi de
terminatè ſcitur à Deo, intuitus diuin9
fertur ſuper vnam partem determinatã
& non tantum ſuper illam partem de-
terminatè fertur. Verũ & illam cogno-
ſcit determinate eſſe ueram, & alteram
determinatam eſſe falſam: ſi autem ſcit
(exempli gratia) A determinatè uerũ, er
go A determinatè eſt uerum, ergo in na
tura eſt A determinatæ ueritatis, quod
repugnat conceſſo: neq; ratio, qua duci
tur Boethius, eſt uera. Dicit enim, quod
cognoſcens non ſequitur naturam co-
gniti. Quare ſtat cognoſcens eſſe deter-
minatum, cognito exiſtente indetermi
nato. Nam ut in præcedenti libro abun
de diximus, quoad adæquationem &
repræſentationem oportet eſſe ſimilitu
dinem, aliter non eſſet uera cognitio,
neq; ueritas exiſteret in adæquatione.
Quare oportet, vt in cognoſcẽte repræ
ſententur principia, quæ ſunt in cogni-
to: & ſi oppoſita repræſentantur, cogni
tio non eſt uera: ſi uerò cogniti princi-
pia ſunt

pia ſunt indeterminata,imò indetermi-natio eſt de conceptu contingentis futuri,ſi in Deo repræſentantur determinata principia, ſic intelligendo, quòd determinatio ſit de conceptu contingẽtis,falſa eſt cognitio.Scire autem hoc eſſe uerum determinate,eſt ſcire indeterminatum eſſe determinatum,quòd implicat contradictionem.Verum tamen eſt, quòd non qualis eſt diſpoſitio cogniti, talis eſt diſpoſitio cognoſcentis, quoad reliqua,quę non ſe tenent ex parte reprę ſentationis & adæquationis,utpote quòd ſit cauſa uel effectꝰ, vt de his quæ ſunt extra naturã adæquationis & reprę ſentationis, vt manifeſtum eſt.

Vnde & ſecunda reſponſio quaſi per eãdem remouetur.Dicit enim,quòd in natura ſua eſt contingens:in natura autem ſcientiæ diuinæ eſt neceſſarium, ſiue relatum ad ſciẽtiam diuinam eſt neceſſarium: relatum uerò ad cauſam contingentem eſt contingens. Si enim,vt eſt in diuina ſcientia,eſt neceſſarium,cũ uniuerſaliter ſcientia rei infert rẽ, ſi ſcientia eſt neceſſaria,res ipſa erit neceſſaria. quare

ria. quare in natura ſua erit neceſſaria, & non contingens: quod repugnat cõceſſo. Preterea cum dicitur, quòd contingens, vt eſt in ſcientia Dei, eſt neceſſarium, aut intelligere, quòd contingẽs de neceſsitate ſequitur ad ſcientiã Dei. Sicq; ſequitur, Deus ſcit A, ergo A eſt, ſic quòd ſit neceſsitas conſequentiæ, & non conſequentis, vt communiter dici ſolet, aut quòd eſt in neceſſario: quoniam repreſentatur in neceſſario, quoniã in Deo: aut quoniam eſt de obiecto neceſſario, quod eſt proprium ſcientiæ neceſſariæ. Nam dicitur neceſſaria, quoniam quod ſcitur, impoſsibile eſt aliter ſe habere. Si detur primum, certè non magis contingens eſt neceſſarium, vt ſcitur à Deo, quàm vt ſcitur à Socrate. Sicuti enim rectè infertur Deus ſcit A, ergo A eſt: ſic ſequitur, Socrates ſcit A, ergo A eſt. Si verò dicatur, quod dicitur eſſe neceſſarium, quoniam repræſentatur in neceſsario, ſic & opinio & indeterminatio erunt neceſſaria: quoniam in neceſsario repreſentantur. Et hoc non eſt ad propoſitum: quoniam contin-

contingẽs non dicitur determinatè ſciri, quoniam eſt indeterminatum. Sic em̃ dubia, quæ ſũt in intellectu noſtro, eſsent determinata: quoniam ſũt in determinato. Reſtat igitur, vt dicatur neceſsarium in ſcientia Dei: quoniam eſt de obiecto neceſsaria illa ſcientia, vt eſt proprius modus accipiendi neceſsariã ſcientiã. Scientia enim dicitur eſse certa, non quia ex ſcientia ſequatur abſolutè ſcitum, neq; quoniam ſit in certo: ſed quoniam certum & determinatum repręſentat. Quare Ariſtoteles 1. Poſt. dixit, quia Deus eſt ſcientia ſimpliciter hoc impoſsibile eſt aliter ſe habere: & non dixit, illud de neceſsitate ſequitur ex ea, neq; ut repręſentatur. Repręſentatur enim certò. Scientia enim dicitur neceſſaria, quoniam eſt de obiecto neceſſario, & pariter certo. Vnde & opinio dicitur incerta, quoniam eſt de obiecto incerto, & non ex alia cauſa propriè & ſecundũ naturam: quoniam etſi de aliquo, quod in ſe certum eſt, opinamur, hoc eſt ex noſtro defectu: verũ de incerto, ſecũdum ſe proprie eſt opinio.

Qua-

Quapropter ſi contingens certitudinaliter ſcitur à Deo, cum certitudo ſumat eſse certitudinis ab obiecto et non à ſubiecto in quo eſt, neq; quoniam de neceſsitate aliquid repręſentat ſi ſcientia Dei eſt certa, obiectum eſt certum. Dicere ergo, quòd contingens in ſe eſt incertum & ut ſcitur à Deo eſt certum, eſt dicere ſcientiam certam eſse de obiecto incerto, & ſcientiam immutabilem de re mutabili. Quare Ariſtoteles ſomniaſset cum dixit, quia cuius eſt ſcientia hoc impoſsibile eſt aliter ſe habere.

Vniuerſaliter enim certitudo & incertitudo cognitionis, eſt ex obiecto, vt eſt notum omnibus philoſophis. Implicat ergo contradictionem dicere, vt eſt in ſcientia, eſt neceſsarium uel certum, in ſe tamẽ eſt contingens uel incertum. Quod autem dicebatur de exemplis, quoniam maiori exiſtente neceſſaria, et minori de contingenti, nõ ſequitur cõcluſio neceſſaria: & quòd planta relata in corpus cœleſte eſt neceſſaria ad ſemen: tamen eſt contingens, huic dicitur de primo, quòd concluſio illa contingens

tingens relata ad maiorem neceſſariam minimè eſt neceſſaria, neque maior infert cõcluſionem abſolute ſine minori, vt manifeſtum eſt: quia ſi maior ſine minori inferret concluſionem, procul-dubio concluſio eſſet neceſſaria. Verũ res ſcita à Deo, infertur ſimpliciter à ſcientia Dei. Nam ſi Deus ſcit eſſe uel fore uel fuiſſe, ſic de neceſsitate ſequitur. Falſum igitur aſſumebatur fundamentum: quoniam cõcluſio relata ad maiorem, nõ eſt neceſſaria: neq; maior infert concluſionem ſine minori. Quare ad ſecũdum exemplum falſum aſſumitur, quod planta relata ad cœlum ſit neceſſaria, imo cœlum ſine particulari agente non poteſt producere plantã. Vnde falſum aſſumitur etiam, quod aliquid ex natura intrinſeca ſit contingens, & vt refertur ad alterum, ſit neceſſarium: quoniam neceſſariũ & contingens ſũt oppoſita, & principia intrinſeca rei nõ poſſunt eſſe oppoſita: quoniam ſic oppoſira eſsent ſimul, cum principia intrinſeca ſint in re principiata, quãquam conditiones oppoſitæ ſucceſsiuè poſ-

ſint eſse in eodem, tanquã in ſubiecto, & relationes oppoſitę uel diuerſę in eodem, ueluti ſimilitudo & diſsimilitudo magnũ & paruũ. Idẽ em̃ eſt ſimile & diſſimile, & magnũ & paruũ in cõparatione ad diuerſa: ſed idem nõ eſt homo, & non homo: neq; in ſe neq; ad diuerſa. Quod ſi aliqs homo alteri cõparatus aliquãdo dicit̃ homo, alteri vero cõparat⁹ dicit̃ beſtia, & nõ homo, nõ eſt q̃ad naturã & principia intrinſeca, ſed q̃ad accidẽtia, & quandã ſimilitudinem & methaphorã, non autem ſecundum ueritatem. Quare quod naturę eſt contingẽs nũquam fit neceſsarium cuicunq; comparatur, niſi ſimilitudinarie: aliter enim vna natura tranſmutaretur in alteram. & ſic homo poſset fieri aſinus, quod eſt impoſsibile: quanquam ex homine veluti materia tranſeunte poteſt fieri aſinus: neq; propter hoc negamus quod contingẽs non poſsit ſemper eſse: quoniam Deus ex ſua potentia poteſt perperuare corruptibile, ſed non poteſt facere quod corruptibile ſit incorruptibile. Corruptibilitas namq; & incorruptibilitas

ptibilitas ſunt de principijs intrinſecis, uel conſequentia principia intrinſeca, quæ Deus non poteſt uariare. Vnde non poteſt Deus facere, quod ſit homo ſine materia, ad quam ſequitur corruptibilitas: poteſt tamen ſecundum fidem ſuſpendere actum corruptionis, quanquam non ſecundum Philoſoph. quoniam Deus de neceſsitate agit ſecundum eos. Vnde concludentes dicimus, quod in ſe eſt contingens Deo cõparatum, non eſt ex natura neceſsariũ. Quare ſi contingens certe & determinate ſciretur, cum ſcientia capiat certitudinem ab obiecto ueluti neceſsitatem, (dicitur enim ſcientia neceſsaria cognitio: quoniam eſt de obiecto cognito neceſsario:) ſic dicitur ſcientia rationalis uel intentionalis ab obiecto & non à ſubiecto, in quo eſt. Quare ſi cognitio Dei eſt certa de aliquo, oportet illud eſſe certum. Vnde certè cognoſcendo cõtingens & indeterminatum, oportet contingens eſse certum & determinatum. Neq; propter hoc dico, quod ſi cognitum eſt certum & determinatũ, co-

tingentis, aliter eſſe non poteſt, quàm vt ipſe cognoſcit: ergo oppoſitum eſſe non poteſt, ſed in contingenti utraque pars contradictionis eſſe poteſt, ergo eadem pars ſimul eſſe poteſt, & nõ poteſt eſſe: quia relinquitur impoſsibile eſſe, aliquod in ſui natura eſſe contingens, & tamẽ quod certe cognoſcatur. Tertia etiam reſponſio Boethij non minus prioribus uidetur eſſe inualida. Dicit enim, quòd actus humanus ſimpliciter contingens, ſed neceſſarius ex ſuppoſitione. Nam pro quanto cadit ſub ſcientia diuina, eſt neceſſarius: ſimpliciter tamen eſt contingens. In primis enĩ non plus hoc dici poteſt de Deo, quàm de homine. Nam quamuis te currere ſit contingens, ut ſcio: tamen te currere eſt neceſſarium. Quare non plus difficultas locum habet de Deo, quàm de quocunq; alio ſciente. Secundo, quoniam actus humanus futurus, ſi eſt ſimpliciter contingens, aut intelligitur, quod ideo eſt contingens, quoniam non ſemper neceſſe eſt eſſe, & hoc nõ eſt ad propoſitum, quanquam ſit uerũ: quoniam

loquit̃ hic de neceſsario .i. ineuitabili, eo modo quo dicimus, diem craſtinam fore neceſsariam, nõ quidem quoniam ſemper erit, ſed quoniam eſt ineuitabile ipſam eſse ſecundum communẽ curſum. Si uerò dicatur, quod eſt contingens humanus actus, quoniam poteſt nũquam eſse ſtante Dei ſcientia de eo quod erit, iſtud eſt impoſsibile: quoniã ſcientia eſt de eo quod (ſi certa eſt) aliter ſe habere non poteſt, & poteſt ſimpliciter nunquam eſse. Amplius, quoniam ſcientia quam habet Deus de parte cõtradictionis eſt intuitiua, quæ exigit rẽ præſentem: ſi autem res eſt præſens, quomodo pro præſenti inſtanti poteſt non eſse? licet enim poterit non eſse, vt reſpicit futurum, non tamẽ pro preſenti. Per nullam enim potentiam hoc fieri poteſt. Quare non eſt tale contingẽs, quod totaliter poſsit non eſse. Reſponſio etiam diui Thomæ ad ſecundam argumentationẽ non uidetur poſse ſtare. Primò, quoniam concluſio non deberet ſic inferri: Deus ſciuit te futurum, ergo tu eris. Sed ſic, Ergo tu eris, qua Deus ſcit

us ſcit te eſse futurũ, quod tamen eſt falſum: quoniam Poſteriorum primo dicit Ariſtoteles: Verũ quidem oportet eſse, quoniam non eſt ſcire, quod non eſt. Vbi abſolutè dicit uerum, & non dicit, qua ſcitur eſse uerum, oportet eſse. Amplius impoſsibile eſt, in conſequentia bona antecedens eſse neceſsarium abſolutè, & conſequens cum conditione ſiue ex ſuppoſitione: quoniam dempta ſuppoſitione conſequens non erit, ſed dempta ſuppoſitione antecedens erit: quoniam abſolute eſt uerum. Non igitur conſequẽtia fuit bona: quoniam ſtat verificari antecedens, non uerificato conſequente. Reſponſio etiam ad tertiam uidetur eſſe illuſio, & inuolutio, neq; eſt uera in ſe. negat enim omne quod eſt ſcitum à Deo, neceſſe eſt eſſe in ſenſu diuiſionis. Aſt iſta eſt uera, ſi A ſcitur à Deo, & non neceſſe eſt eſſe A: & vt dicebatur contra tertiam reſpõſionem Boethij, obiectum certiſsimę ſcientię poteſt aliter ſe habere, quã vt per ſcientiam habetur, quod eſt contra rationem obiecti ſcientiæ. Si igitur A eſt

obiectum ſcientiæ Dei, non poteſt aliter in ſe habere, quàm ut per Dei ſcientiam repręſentatur. Amplius, quoniam talis ſciētia eſt intuitiua, quòd intuetur pro tempore uel menſura, qua intuetur non poteſt non eſſe. Quare propoſitio aſſumpta ueriſsíma eſt. Sic itaq; mihi uidetur, quòd iſtę reſponſiones ſint inuolutiones & ligationes maiores ipſis argumentationibus: ſalua tamen ueritate & modeſtia obſeruata.

*Caput tertium, in quo ponuntur reſponſiones aliæ ad primas dubitationes.*

CVm itaque omnes reſponſiones mihi non ſatisfaciant, ideo alium modum reſpondendi imaginatus ſum: qui quanquam extraneus fortaſsis uidebitur propter inuſitationē, tamē ipſū ſcribere non deſiſtam: quoniam ſi bonꝰ erit, Deo gratias agamus, à quo omnis ueritas & bonitas procedit: ſi aūt malus & falſus, exiſtimo mihi monſtrabitur falſitas. Quare ſic monſtrātibus eis me debere cōfitebor. Dico igitur, q̄d omni

um quę

um quę fuerunt, quæ ſunt, & quæ erunt & etiam quæ poſſunt eſſe, Deus perfectam & exactiſsimā cognitionem habet, nō ſolum in ſpecie ſpecialiſsima, vt exiſtimo Peripateticos tenuiſſe, verū uſque ad indiuidua. Sciendum tamen eſt, quòd omnium futurorum Deus ſcientiam habet, & vt futura cadunt ſub Dei ſcientia, aliter eſſe non poſsunt: quoniam obiectum ſcientiæ aliter ſe habere non poteſt, iuxta illud primo Poſteriorum. Quare cuius eſt ſcientiá ſimpliciter, impoſsibile eſt aliter ſe habere. Veruntamē eſt differētia inter futura: quoniam aliqua futura, antequam ſint, habent determinatas cauſas. Vnde non ſolum Deus, verum & intellectus creatus, imò humanus intellectus antequā ſint in actu, talia futura determinatè & certe ſcire poſsunt: quoniam ſuæ cauſę ſunt determinatę & certę. Vnde bonus Aſtrologus ſcit punctualiter dicere de eclipſi futura, quanquam eclipſis actualiter non ſit. Et iſta uerius dicuntur ineuitabilia quam neceſſaria: vel ſi admittitur nomē neceſsitatis in his, dicenda

ſunt neceſsaria pro tali tempore, non autem abſolute. Et talia puto, quęcunque non ſunt in poteſtate uoluntatis. Vnde vt diximus, in primo libro huius negocij, non uideo, quin talia non ſunt determinata in ſe ratione ſuarum cauſarum & ineuitabilia. Quędam verò ſunt futura: quorum exitus eſt in poteſtate voluntatis, & non habent cauſas determinatas naturales: ſed eorum determinatio eſt in uolũtate, & ſtat ad ipſam uoluntatem: & loquendo de talibus, nullus intellectus creatꝰ poteſt habere certam cognitionem de eis, antequã actu ſunt, quanquam concluſionem habere poteſt, ſecundum tamen magis & minus: veluti de euentu belli, prudentior non magis firmum iudicium afferre poteſt, quàm minus prudens, quanquam neuter certum & firmum iudicium afferre poteſt. Cum vero ſunt actu, quoniam determinata ſunt, certe & determinate cognoſci poſsũt ab intellectu creato: reſpectu autẽ Dei, loquendo de his, quando tales actus ſunt in potentia & ĩ ſuis cauſis certe & determinate à Deo cognoſci

cognoſci nō poſſent, niſi ipſi Deo tempus in quo erunt illi actus, eſſet præſens Deo. Quo fit, ſi in æternitate, quæ tota ſimul eſt, vt patet ex diffinitione eius, Deus cognoſcit, quando ſunt in potentia & in ſuis cauſis, non cognoſcit: quoniam tempus quod eſt (exempli gratia) primus annus futurus ipſi ęternitati eſt præſens. Si autem in eadem æternitate videt & cognoſcit, pro quanto tempus in quo hęc erunt determinata, eſt etiam eidem æternitati pręſens. Quare ſi in æternitate utramq; partem contradictionis videt, non tamen ſecūdum eandem temporis rationem. Hāc vnam partem contradictionis uidet, quoniā tempus, in quo verificatur illa pars, eſt æternitati pręſens. Aliam uero partem uidet, ſecundum quod tempus, in quo uerificatur, altera pars contradictionis æternitati eſt præſens: & quanquam ipſa non ſimul ſint in ſe, ut tamen ſunt in æternitate, ſunt ſimul: & ubi apud uoluntatē ſiue cognitionem noſtram exigitur diuerſitas realis temporis, in æternitate ſufficit diuerſitas rationis; nec hoc mirum &

rum & extraneum uideatur. Nã quod diuerſę naturę faciunt in creaturis, vna natura facit in creatore. Vnde aliud calefacit, aliud infrigidat in iſtis inferioribus: veluti ignis calefacit, & aqua infrigidat, quæ ſunt diſtincta. Vnum autem corpus cœleſte, vtrũq; facit: & non tñ ſecũdũ eãdem partẽ vel ſaltẽ diſpoſitionem: natura autem per diuerſam ſtellam calefacit, ab ea per quam infrigidat aut ſecundum propinquitatẽ & remotionem. Deus autem utrumq; per eandem rem facit: quoniam in Deo non cadit diuerſitas ſecundum rem, ſed tamen ſecundum rationẽ. Quare ſi humanus intellectus eſt incertus de futuro euentu, & aliquando certus, non poteſt ſecundum idem tempus realiter eſſe certus. Verũ iſtæ diſpoſitiones diuerſę exigunt realiter diuerſa tempora. Deus autem ipſe, qui tempore non menſuratur in ſua æternitate, quæ tota ſimul eſt & circuit omne tempus, vtrumq; ſimul videt, non tamen ſecũdum eandem rationem, ſed ſecundum diuerſa: quemadmodum ſatis abunde dictum eſt. Vnde fa-

de faciliter ad dubitationem, & cætera quæ adducta ſunt, reſpondetur. Cum itaq; dicitur, ſi Deus cũcta uidet, & certitudinaliter uidet effectum futurum, effectus ergo futurus non poteſt non eſſe: ſed quod non poteſt non eſſe, neceſſe eſt eſſe, quod neceſſe eſt eſſe, non eſt contingens eſſe, vt dicit Ariſtoteles 2. Perihermenias. ergo quod eſt contingens eſſe non eſt contingens eſſe, quod contradictoria claudit. Quare & tollitur totaliter Liberum arbitrium. neceſſitas enim nõ ſtat cum Libero arbitrio. Huic dicitur ſecundũ ea quę dicta ſunt, quòd Deus certitudinem nõ habet de tali euentu futuro, qua futurus eſt, & reſpicit tempus, in quo effectus ille erit in ſuis cauſis: ſed ſecundum iſtam rationẽ tantum ſcit, & poteſt ſcire, quod poteſt eſſe, & poteſt non eſſe. Quod ſi de tali euẽtu futuro certitudinem habet, (quoniã reuera habet) habet, vt eſt extra ſuas cauſas: & reſpicit tẽpus illud, in quo erit extra ſuas cauſas, & ut tale tempus eſt præſens æternitati. Quare qua de tali euentu certus eſt, non poteſt non eſſe

quoniam

quoniam res quę eſt extra ſuas cauſas, aut actu eſt, aut actu fuit: & ſi fuit, non poteſt non fuiſſe: & ſi eſt, nō poteſt nō eſſe, pro illa menſura, qua eſt: quia tunc ineuitabile eſt, quin ſit. Quocunq; igitur modo Deus ſcit ipſam rē, ſecūdum illum ſciendi modum, obiectum eſt impoſsibile aliter ſe habere, & ineuitabile eſt. Vnde ut Deus eſt ſciens euentum futurum, qua futurum, & in potentia euentum illud poteſt eſſe & non eſſe, indeterminatum eſt. Quare de neceſsitate effectus ille poterit eſſe & non eſſe: quoniā vt ſic reſpicit hāc Dei ſciētiam, vt uerò Deus eſt ſciens ipſum determinatum, quoniā ut ſic eſt extra ſuas cauſas, ideo non poteſt, vt ſic aut non eſſe aut non fuiſſe. Quare cum utraq; ſcientia ſit certiſsima, certiſsime & ineuitabiliter infert ſuum obiectum, ſecundum tamen proportionem conuenientem, videlicet cum cognoſcit, qua futurum & in potentia, certiſsime cognoſcit, q̄d poteſt & non eſſe: & hoc ſub tali cognitione eſt ineuitabile aliter eſſe. Cum uero cognoſcit, ſecundum quod eſt extra ſuas cau-

ſuas cauſas, non poteſt, vt eſt extra ſuas cauſas, non eſse aut non fuiſse. Quare fatua eſt illa argumẽtatio, quę communiter in hac difficultate adduci ſolet. Cõſueuit enim ſic argmentari: Si Deus de contingenti futuro eſt certus, ut puta, quòd Socrates peccabit, aut igitur Socrates poterit peccare, aut non poterit. Si non poterit, de neceſsitate peccabit. Non poſse enim non peccare, conuertitur cum neceſse peccare. Si non poterit non peccare, qui fieri poteſt, ut Deus ſit certus, quod Socrates peccabit.

Huic dicitur, quod non eſt certus, neque poteſt eſse certus, ſtante libertate Socratis, quòd ipſe peccabit, qua Socrates peccaturus eſt, & reſpicit futurũ, qua futurum eſt, & tempus, in quo erit in potentia ad iſtud peccatum: ſed tantum ſcit, quod poteſt peccare, & non peccare: vt uerò reſpicit tempus, in quo actu committit tale peccatum, uel iam commiſit, ſic certus eſt: & ut ſic Socrates amplius non eſt in potentia ad tale, quoniam iam cõſummata eſt, licet forte eſt in potentia ad aliud peccatum.

Quare

Quare ſtante certitudine de Socrate peccaturo, non eſt amplius in potentia ad illud: ſed tantum dicitur eſse in potẽtia, quando eſt in ſuis cauſis peccatum: & vt ſic, Deus neq; ſcit neq; poteſt ſcire, ſtante Libero arbitrio, determinationem partis. Quare nunquam certitudo poteſt falli, neq; aliter eſse, quam uidet & cognoſcit. Et per hoc ad ſecundã dubitationem, cum dicebatur ſi Deus ſciuit Socratem peccaturum, Socrates peccabit: ſed antecedens eſt ſimpliciter neceſsarium, ergo & cõſequens. Huic dicitur, quòd illud antecedens, Deus ſciuit Socratem peccaturum, in ſuo formali intellectu includit futurum, & ea quę futura ſunt, & ut ſunt futura, Deus non cognoſcit, niſi cõtingenter erunt.

Vnde ſi Deus ſciuit uel ſcit Socratem peccaturum, qua peccaturus eſt, nõ cognoſcit ipſum peccaturum, niſi contingenter. Quare Deus cognoſcit Socratem peccaturum contingenter. Sed ex iſto antecedente nõ ſequitur, quòd Socrates peccabit abſolute, ſed contingẽter. ex contingenti namq; & poſsibili non ſe-

non ſequitẽ eſſe in actu. quare argumentum tamdiu euigilatũ, & tãtas habens reſpõſiones, nullius eſt momenti, necq; oportet, quantum ad hoc, captiuari mẽtem: quoniã ſatis apertum eſt, nihil concludere. Quod ſi dicatur, ſumo Socratẽ peccaturum, vt Deus cognoſcit ipſum actum peccati eſſe extra ſuas cauſas, & ſcitũ certitudinaliter à Deo, patet, quod ſic infert, Socratẽ actu peccare vel peccauiſse, non autem peccaturum. Quare ut ſic neceſsitatem includit ut dicitur ſecundo Perihermenias: & ſic etiam nihil aduerſus nos. Quare & ad tertiam dicitur, quòd omne quod ſcitur à Deo, neceſſe eſt eſſe in quocunq; ſenſu ſiue diuiſionis ſiue compoſitionis ſumatur. Nam futurus euentus uel ſcitur à Deo, qua futurus eſt: & ſic, cum ſciatur, ſcitur quod poteſt eſſe & non eſſe, ideo ut ſic contingenter erit de neceſsitate: vt uerò ſcitur à Deo, qua erit extra ſuas cauſas, ſic etiam non poteſt non eſſe aut nõ fuiſſe, quod conuertitur cum neceſſe eſſe: & ſic eſſe in ſenſu diuiſo eſt uera. De ſenſu autẽ compoſito manifeſtum eſt.

ex quibus patet, quòd illæ illuſiones ſiue inuolutiones ſiue intricationes, quæ in hac materia communiter dici ſolent, ſcilicet de ſenſu compoſito & diuiſo & de neceſsitate conſequentiæ, & non cõſequẽtis, non ſunt neceſſariȩ in hac materia: neq; liberant intellectum, ſed potius ſunt uerba & furfura, quàm res & vera farina. Vnde ego nunquam potui intelligere, quid ſibi vellent illa uerba, et quomodo ſolueretur illa queſtio ſeu difficultas: imò mihi uidetur, quòd illæ intricationes ligant & perturbant intellectum, & homo in illis magis habet verba quàm verborum intellectum.

*Caput quartum, in quo mouetur quædam dubitatio aduerſus ea quæ dicta ſunt: & ſolutio ad dictam dubitationem.*

ADuerſus autem ea quæ dicta ſũt, inſurgit dubitatio mihi non facilis. Dictum eſt enim, quòd futura contingentia qua futura ſunt, Deus non determinatè cognoſcit, ſed determinata cognitio

cognitio eorum tantum cadit ſuper ea, quatenus Deus inſpicit tempus, in quo aut erunt in actu, aut tempus, in quo actum pertranſiuerunt. Exempli gratia, Socrates eſt in potentia ad peccandum in prima hora futura, in ſecunda hora futura erit in actu peccati: poſt ſecundã horam iam pertranſiuit peccatum. Secundum igitur iam reſponſionem datam, vt Deo eſt præſens prima hora, & eam inſpicit, non determinatè cognoſcit uel ſcit Socratẽ peccaturum: vt certum uerò tempus, ſcit ipſum peccauiſſe. Quare in duobus reſiduis temporib. determinatam & certam ſcientiam habet. Verum inſurgit (ut mihi uidetur) ardua difficultas: quoniam exempli gratia, cum Saluator noſter dixit Petro ante eius paſsionem: Petre antequàm Gallus cãtet, ter me negabis: aut Saluator hoc dixit Petro, vt inſpexit tempus abnegationis, vel poſtquam negauit: aut inſpexit tempus in quo erat Petrus in potentia ad negationem. Si detur primum: tunc ſequitur, quòd Petrus negando Chriſtum, non peccauerit: quoniam ex

quo Saluator ſic inſpiciendo ſecũdum dicta determinate ſciuit,&,vt diximus, ineuitabiliter: quoniã præſentia & præterita ineuitabilia ſunt,vbi eſt ineuitabilitas,non eſt peccatum neq; uirtus,non ergo peccauit Petrus: quod tamen contradicit ueritati Euangelicæ. Reſpexit enim Dominus ad Petrum,& egreſſus forâs,fleuit amarè. Quare eum pœnituit de peccato perpetrato. Vnde propter pœnitentiam & dolorem & mentis amaritudinem meruit ueniam,& omnes Doctores concordes ponunt Petrum peccaſſe,quanquam uideatur diſcordia inter Auguſtinum et Hieronymum,an fuerit mortale, vel ueniale tantum:de qua diſcordia non eſt præſens intentio. Amplius, ſequitur quòd libertas non peccandi per verbum Saluatoris fuerit ablata ipſi Petro, & quòd Deus ſic dicens fuerit cauſa peccandi Petro. quod tamen impoſsibile eſt, & contradicens ſanctis doctoribus impoſsibile quidẽ: quoniam Deus neq; poteſt peccare neque eſſe cauſa peccati. Aduerſatur etiã ſanctis doctoribus: quoniam Origenes &

nes & Chriſoſtomus, & reliqui dicunt, non ideò Petrum peccaſſe, quoniam Saluator ſibi prædixerat peccaturum: ſed quoniam Petrus peccaturus erat, ideo Saluatorē prędixiſſe. Quare quòd nullo modo Saluator hoc dixerit, vt inſpexit illa tempora determinata. Si verò ponatur, quòd Saluator dixerit Petro illud, qua reſpexit tempus, in quo Petrus erat in potentia, & tantum Deus cognouit, quod contingenter erat peccaturus. Non minora certe uidentur ſequi inconuenientia. Primò quidē quoniam non plus hoc Saluator potuit dicere Ioanni, uel cuicunq; alteri, quam Petro. Sicuti enim erat in potentia Petri Saluatorem negare, ita erat & in potētia cuiuscunq; alterius diſcipuli, veluti manifeſtum eſt. Prętcrea ſic prædicere, non arguit aliquam diuinitatem, neq; admirabilitatem in Saluatore: quoniā & purus homo potuiſſet ſic prędicere. Prętcrea ſi diſcipuli ei non crediſiſſent non fuiſſent exprobrandi de infidelitate. Aſt hoc non videtur uerum: quoniā videtur, quòd nō credentes verbo Sal-

uatoris,non crediſſent eum filiũ Dei: & ſic non credentes,dicta ſua contempſiſſent. Amplius expreſſe hoc contradicit veritati Euangelicæ.nam Matthæus & reliqui apponunt verbo Saluatoris,Amen,quod certum ſignificat. Dicit enim Matthæus:Amen dico tibi,priusquàm gallus cantet, ter me negabis. Quare illa cognitio fuit certa ſecũdum dicta, & per conſequens infallibilis & ineuitabilis. Quare omniquaq; anguſtiæ & inexecrabiles difficultates. Ad hanc autem dubitationem non temerè neq; pertinaciter adhærendo,ſed ueritati & ſanctæ Romanæ eccleſiæ me ſubijciendo,dico, vt mihi uidetur,quòd Deus illud dixit,vt reſpexit tẽpus, in quo Petrus non peccauit, ſed tantum erat in potentia ad peccandum: neq; fuit cõueniens,vt Saluator aliter diceret, ſiue aliter intelligeret:imò quòd neq; potuit aliter intelligere, ad manifeſtandum illud Petro.Si enim reſpexiſſet tempus in quo Petrus peccauit actu, vel in quo iam peccauerat:tunc ſic eſt ineuitabile, & amplius non eſſet in potentia Petri.
Quare

Quare cum Saluator illud Petro dixerit, dum iam non exiuerat in peccatum, imò firmiter credebat Petrus oppoſitũ, quòd patet per verba, quæ ſequuntur: Et ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Illud non poſſet eſſe verum, niſi coactè Petrus peccaſſet, & Deus fuiſſet cauſa peccati: quorum quodlibet eſt impoſsibile. nam neque peccatum poteſt eſſe coactum, neq; Deus poteſt eſſe cauſa peccati, quod & firmatur, videlicet quod Deus illud Petro dixerit, vt contingens futurum. nam taliter dixit Petro, vt etiam dixit Iudæ ſe traditurũ: ſed illud dixit, vt admoneret ipſum, & præcaueret à proditionè. Quod patet: quoniam ubi Saluator dixit: Vnus veſtrũ me traditurus eſt, ſubiunxit ad terrorem: bonum eſſet, ſi natus non fuiſſet homo ille, modo minæ non reſpiciunt ineuitabile, volebatq; Saluator Iudam à peccato p̄cauere, quod etiã per aliud patet. nam multoties iterauit consimilem ſententiam. In lotione enim pedum dicit: vos eſtis mundi, ſed non omnes. Et iterum, cum dicit: quod facis,

 cito fac.

cito fac,per quæ omnia euidenter appa ret, Saluatorē illa omnia dixiſſe admo= nitoriè:neq; conueniet,vt Saluator ali= ter dixiſſet: quoniam ſermo ſuus non fuiſſet ad ſalutem, ſed ad perditionem. Et ſic non omnis Chriſti actio noſtra eſ ſet inſtructio. quod falſum manifeſtè apparet. Vnde conſequenter concludi tur,quod aliquis uiator de ſuo ſtatu fu- turo,relicto Libero arbitrio ſibi, & po- teſtate peccandi non poteſt eſſe certus. Iſta enim mihi videntur implicare con- tradictionem, quæ non cadunt ſub di= uina prouidentia. Si enim certus eſt de ſtatu futuro,impoſsibile eſt aliter ſe ha- bere:& hoc loquendo, vt certitudo nō tantùm ſe tenet ex parte credentis: quo niam nullo modo dubitat, ſed ex parte etiam obiecti, ſic quod aliter eſſe non poſsit. Loquendo enim primo modo de certitudine,ſic etiam qui damnabun tur, poſſunt eſſe certi de eorum ſalute: quoniam aliqui qui damnabuntur,ſine aliqua dubitatione credunt ſe fore ſal= uandos. Verùm iſta non eſt uera certi= tudo. Vnde loquendo de uera certitu= dine,

dine, illud de quo certitudo habetur, aliter eſſe non poteſt, ſed ſi relicta eſt ſibi poteſtas peccandi, aliter eſſe non poteſt. Quare oppoſita claudit illa propoſitio. Deus autem, qui eſt ſupra tẽpus, neq; ſua actio tempore menſuratur, de eo quod futurum eſt, certus eſt, ſed non qua futurum eſt, neq; ratione temporis in quo contingens eſt in potentia: ſed ut contingens exiuerit ad actum, quod eſt prȩſens Deo ratione æternitatis, omnia conſpicientis. Sed nulla creatura poteſt habere hoc, vt ſit in æternitate, & ſua actio mẽſuretur æternitate. Quare quod Dei eſt proprium, non poteſt alteri conuenire. Sic igitur redeundo ad proprium, dico, quod cum Saluator dixit Petro, uel cuicunq; alteri de futuro dependenti à voluntate, quæ poſsit in vtramq; partem, vt cum dixit: Vnus veſtrum me traditurus eſt, neceſſe eſt, vt veniant ſcandala, me flagellabunt, & crucifigent, & vniuerſaliter de talib. licet æternitati iſta erant certa & ineuitabilia, quatenus erant futura: tamen vt Saluator hominibus ea dixit, & diſcipu

lis tradidit, vel prophetis, vel quomodo fuerit, dixit et tradidit, vt reſpiciebat contingens & incertum: neq; aliter hominibus in tempore exiſtentibus tradi potuit, ſeruata libertate peccandi & nõ peccandi, veluti dictum eſt. Pro reſponſione autem ad obiecta, ſcire oportet, quòd quamuis actus non neceſsitatur ab alio, veluti in 3. huius operis uolumine dictum eſt abunde: tamen actus intellectus de neceſsitate pręcedit actum uoluntatis, quoniã impoſsibile eſt uelle vel nolle incognitum, vt dicitur tert. Ethicorum. Et taliter poteſt ſe habere intellectio ad uoluntatem, quod quamuis uoluntas non neceſsitetur per talẽ actum, tamen uix in una uice de mille millibus uoluntas non ſequitur operationem intellectus vel imaginationis, quomodocunq; ſit. Vnde dictum eſt, quòd ſtante opinione de vniuerſali & de particulari, ſtatim ſequitur actio, niſi proueniat impedimentum. Vnde ſi opinemur omne dulce guſtandum, & hoc eſſe dulce, ſtatim guſtamus, vt dicitur 7. Ethicorum, & in libro de Motib. ani-

malium,

malium,niſi proueniat impedimẽtum: non tamen ratione extrinſeci,vtpote,q̃ niam aliquis aufert uinum à poteſtate voluntatis uel ex aliquo impedimento extrinſeco,quod mihi uidetur Ariſtotelem ibi voluiſſe, verum etiam quoad actum elicitum uoluntatis:quoniam uoluntas poteſt ſuſpẽdere uolitionem, vt diximus in 3.volumine.Similiter ubi intellectus non cõſideret actu nullum adulterium eſſe committendum, quãq̃ propoſitionem illam habitu habeat, & ſit uehemens paſsio de hac muliere,nõ eſt neceſſe, quòd uoluntas eliciat actũ adulterij. Verũ in primo caſu & in hoc rarìſsimè hoc contingit, ſcilicet quòd ſtantibus illis circumſtantijs actus non eliciatur. Quare ſapientis uiri eſt,non ſe cõmittere tãto periculo. Nam quod rarìſsimè contingit, habetur quaſi impoſsibile,& quod vix in mille millibus in vno fallit, habetur quaſi neceſſariũ. Vnde Scipio Affricanus magis commẽdatur, quòd mulieres pulchras uidere noluit de vrbe capta, quàm Alexander Macedo,q filias Darij uoluit inſpicere,

quan-

quanquam ab eis abſtinuerit. Beſtialis enim habitus eſt Alexander: quòd tanto ſe expoſuerit periculo, quod minimè Scipio facere voluit. Sic itaque ea quæ antecedunt, actus voluntatis multum diſponunt, imò quaſi neceſsitant actum voluntatis: quæ autem actum voluntatis antecedunt, naturalia ſunt: de quibus vt ſunt in ſuis cauſis, certa notitia poteſt haberi, veluti etiam de futura eclipſi. Saluator itaq; uidebat ea quæ diſponebant Petrum ad negationem eius: quæ quanquam non neceſsitabant Petrum negare, maxime tamen quaſi impellebant Petrum ad negationem: quoniam erat timor de morte vel captura, vel aliquo alio ſupplicio inflicturo Petro: non tamen Petrus de neceſsitate ex illo negauit. Poterat enim eligere, veluti ante Saluatori promiſerat. Hæc autem, vt dixi, videbat Saluator in ſuis cauſis: quoniam non ſubijciuntur actui voluntatis, quam ſolam voluit eſſe liberam. Ad primum ergo dicitur, quòd tãtum Petro illud dixit: quoniam ſciebat, quòd alij diſcipuli non erant uen.

rant uenturi in illud diſcrimen. Quare præmonuit Petrum in hoc, & non alios, quanquam & omnes pręmonuerit, cum dixit: Omnes uos ſcandalum patiemini in me in hac nocte. Cumq; dicitur, quòd ſic prædicere non arguit aliquam diuinitatem, neque admirabilitatem, huic dicitur, quòd imò. Nam ſi per ſomnia, per viſiones & prophetias hęc pręuidentur, pręuidentur, ut immittuntur à Deo. Nam quanquam de actibus humanis ab hominibus poſsit afferri iudicium, non tamen tanta certitudine: quoniam intellectiones & cogitationes hominum non ſunt eis apertę ſicut Deo: necq; tam benè ſciunt hominū naturas, motus cœleſtes, inclinationes, & vniuerſaliter permouentia ad peccata vel virtutes, ſicut ſcit ipſe Deus. Quare per iſta fiunt ſomnia, Prophetię, & vniuerſaliter diuinationes: quæ omnia nō neceſsitatem imponunt, ſed inclinationem & propinquiſsimam diſpoſitionē & vix euitabilem à voluntate humana Cumq; poſtea dicebatur, quòd ſi diſcipuli non credidiſſent verbo Saluatoris

non

non fuiſſent exprobrandi, ad hoc dicitur, quod utrumque uitio aſcribitur, ſcilicet plus credere quàm oporteat, & minus credere quàm oporteat. Si diſcipuli crediſſent, quòd ineuitabiliter unus ipſorũ Saluatorem proderet, tunc peccaſſent, eſſentque nõ adhærentes eius ſententiæ. Habebant enim à Saluatore, quod peccata eſſent noſtra, nam aliter admonitiones Saluatoris fuiſſent vanæ. Si etiam non crediſſent, inſtare magnum periculum, ſpreuiſſent eum. Cumque etiam hoc addebatur, hoc aduerſari veritati Euangelicæ, quoniam dixit: Amen quod ſignificat certè, & abſolutè dixit, me negabis, ſine aliqua appoſitione. Dixitque Euangeliſta: ſciebat enim, quis nam traditurus eſſet, tamen & ſciens omnia quæ ventura erant ſupra ipſum, et ſic de innumeris talibus dicitur. Ad hæc (veluti diximus) quòd illud, quod quaſi nunquam deficit, & vix oppoſitum reperitur, abſolutè pronunciari ſolet: & quod parum deeſt, tãquam ad nihil deeſſe uidetur, vt dicitur 2 Phyſicor. Cum itaque ſtantibus tantis circumſtantijs, rariſsimum

riſsimum eſt, quod homo non peccet. Quare Saluator uidens naturam Petri, capturam ipſiuſmet Saluatoris, relictū-que ab omnibus, miniſtros Iudæorum inſolentes gaudentesq́, interrogationesq́ eorum ſuperbas magnum terrorē abſolutè dixit: Petre tu me negabis, non quòd non poſsit non negare, ſed quaſi cum periculo ineuitabili: vnde dixit ſic abſolute, vt magis admoneret Petrum ne peccaret, & fieret attentior, ne laberetur. Sic etenim conſueuimus dicere, quando aliquem, quem maximè amamus, uolumus remouere & auertere ab aliquo lapſu, vt pronunciemus ei ſine determinatione, vt maior timor ei inferatur, quanquam ſciamus illud poſſe euitari. Nam aliter uana eſſet admonitio. Cumq́ videmus aliquem propè lapſurum, dicimus, tu laberis. Intelligitur enim conditionaliter, niſi aduertas: quanquam abſolutè pronunciemus, vt maiorem aduertentiam habeat. Quare & ſi ſaluator dixerit Petro: Amen, ſiue certè tibi dico Petre, non cantabit gallus, donec ter me abneges, intelligitur, niſi quam

niſi quam diligentiſsimè aduertas, certe in mei negationem laberis: quoniã tot & tãtas circumſtantias uideo, quòd vix effugere poteris, niſi certiſsimus incedas. Hæc itaq; dicta ſint, non pertinaciter, verum ſaluà ſemper meliori intelligentia & determinatione Eccleſię.

*Caput quintum, in quo reſpondetur ad quatuor obiecta adducta in Capite ſexto Secundi uoluminis aduerſus hanc opinionem.*

IN ſexto capitulo Secundi voluminis huius libri, adducta ſũt quatuor argumenta aduerſus hanc opinionem, quę fortaſsis aliquibus aliquam facient difficultatem. Quare ad ea nunc intendimus reſpondere. Primum itaq; argumentum tale erat: dictum eſt, Deum futura contingentia, qua futura ſunt, non determinate cognoſcere, ſcilicet quæ pars determinatè ſit uera. Vnde aduerſus hoc dubitatur: quoniam aut illa determinatio eſt ab ipſo Deo, aut ab ipſa voluntate. ſi à Deo: tunc actus voluntatis ſunt

tis ſunt Dei & non noſtri. Quare fatuū eſt dicere, ꝙ determinatè neſciat: quandoquidē determinatio ſit ab ipſo Deo. Sic enim neſciret, quid ipſe eſſet facturus, quod eſt ridiculum: ſi verò determinatio eſt à uoluntate, tunc ſequit̃, quòd aliquis ſit effectus, cuius Deus non eſt cauſa: & ſic Deus non omnium erit cauſa. Amplius, quoniam iſte effectus non cognoſcitur à Deo, quoniam nihil extra ſe cognoſcit Deus, niſi illius eſſet cauſa, vt communiter ponitur: quanq̃ ad hanc dubitationem multa in ſuperioribus dicta ſunt. Breuibus tamen, & perſtringendo iterum dicemus, nō quidem ratione neceſsitatis, ſed vt ordinē obſeruemus. Dico igitur, quòd Deus abſolutè & totaliter non eſt cauſa illius determinationis: neq; ſequitur aliquid eſſe, cuius Deus non ſit cauſa abſolutè, ſed tantum ſecundū aliquid, quod non eſt inconueniens. Deus namq; non dicitur eſſe proprie cauſa peccati: non tamen peccatum ex toto fugit cauſalitatem Dei. Saluator namq; noſter, cum Pilatus ei dixiſſet, neſcis, quia poteſta-

luntatis, poteſt inducere ipſam inclinã do, ſtante etiam uoluntate libera ad oppoſita. Cumq; dicitur, ſi vult omnes homines ſaluos fieri, & nullos eſſe damnatos, fit igitur, quod non vult, & non fit, quod vult fieri. Huic dicitur, quod Deus magis uult omnes hoĩes ſaluos fieri, quam aliquos eſſe damnatos: tamen magis vult omnes homines eſſe liberos, q̃ omnes homines ſaluos fieri, non remanente eorum libertate. Vnde ſi uult omnes homines ſaluos fieri, hoc uult eorum libertate remanente: qua remanente, ad deterius labuntur, non vult eos vniuerſaliter ſaluos fieri. Quare cum iſta voluntas ſit conditionata, & illa abſoluta, abſoluta adimpletur & non conditionata. Vnde quod uult & non vult Deus, abſolutè & determinata voluntatè fit: & non fit, quod conditionatè & non determinatè abſolute non fit. Vnde vult Iudam ſaluum fieri, ſi recte operatur. Quare non uult abſolute Iudam ſaluum fieri, & determinate: vnde & abſolute non ſaluatur. Cum itaq; dicitur, Deus vult omnes homines ſaluos fieri,
ergo

ergo omnes homines erunt ſalui. antecedens vult Deus cum conditione, ſcilicet ſi recte operentur. Similiter ſi dicitur, non uult iſtum ordinẽ, qui eſt, quoniam multi ſunt peccatores, ergo non eſt iſte ordo quoniã ſcilic. non fit, quod non uult fieri, dicitur, quod non uult iſtum ordinem, nõ quòd abſolute & determinate nolit iſtũ ordinem eſſe, quoniã nihil fit cõtra ſuam uoluntatem: ſed non uult iſtum ordinem, quoniam non approbat, imò diſplicet ſibi iſte ordo. Permittit tamen hunc ordinẽ eſſe, quoniam determinate uult uolũtatem eſſe liberam: ideo uoluntas eſt libera. Cum autem et ulterius dicebatur, an uirtutes quę pręſupponunt peccata, dicantur eſſe principaliter, & de prima intentione intẽtæ à Deo: mihi uidetur quod non, propter rationem ibi aſsignatam, quæ mihi fidẽ facit. Vnde Deus artifex prudentiſsimus fecit uoluntatem liberam, & uidit, quod aliquando eliget bonum & eliget malum: et licet melior ſit bona electio, quàm mala electio, permiſit tamen malam electionem: quoniam per

accidens

arbitrium: ita neq; Deus. Tantum igitur Deus facit in remouendo, quãtum conuenit, dummodo ſeruetur libertas uoluntatis. Tertia uerò difficultas erat, quoniam Deus non ſolum delinquentes remouet ab errore, verum omne inducens ad errãdum ante oculos ponit. Dedit enim voluntatem peccabilem & intellectum caliginatum, peccata fecit delectabilia, virtutes cum triſticia & labore. Difficile eſt autẽ uoluptates profugare, triſtitias amplecti: peccantibus vtplurimum, bona temporalia dedit, abſtinentibus & probis quaſi ſemper nullum bonum eſt datum, ſed indigentię, labores, perſequutiones, crux, trucidatio & reliqua huiuſmodi: quaſi Deus moleſtè ferat, homines inſequi uirtutes veluti hominib. non conuenientes ſed dijs, & quaſi velit eos uitia conſequi, tãquam hominibus propria. Vnde homines uirtutes proſequentes, uidentur fures & latrones, quaſi ea quę deorũ ſunt, vſurpent: proſequentes autem uitia uidentur eſſe iuſti, quoniam ſua ſectãtur. Ad hanc dico, quod ſi Deus omnia hęc

numerâta dediſſet homini, vt eum induceret ad peccata, & eum remoueret ſiue retraheret à uirtutibus, argumentũ eſſet inſolubile. Verùm longe aliter eſt: quoniam ſi uoluntatem peccabilem dedit, nõ dedit vt peccet, ſed dedit, ut cum poſsit peccare, non peccans magis mereatur. Quare de viro iuſto canit Eccleſia: Qui cum potuit transgredi, non eſt trañsgreſſus. Quòd verò dederit intellectum caliginatum, hoc eſt, quoniam ſic exigit intellectus humanus, cum ſit infirmus intellectuum. Quod ſi illuſtrior naturaliter fuiſſet, non ſtaret humanus intellect9 ſed eſſet intelligẽtia. Sed quanquã ſic caliginoſus ſit, non tamen taliter caliginoſus eſt, quin diſcernere poſsit bonum à malo: deditq́ cũcta requiſita, ut rectè poſſet operari. Quod autem fecerit Deus uitia cum delectatione, & uirtutes cum triſtitia, non fecit Deus, ut uitia ſuperarẽt nos & delectationes: uerùm nos ea ſuperaremus, ut maiores uoluptates haberemus. Nam quanto animus eſt nobilior corpore, & æterna nobiliora ſunt temporalibus, tã

to uolu-

to uoluptates uirtutũ ſunt meliores uoluptatibus corporalibus & temporalibus. Vnde uirtutes non expoliauit à voluptatibus, imò maxime eas uirtutes excellentiſsimiſ uoluptatibus decorauit. Quare ſi uirtutes acquirantur triſtitijs & laboribus, eis tamẽ fruimur gaudijs & quietibus. Si uerò uitia, uoluptate et quiete acquirunt̃, triſtitia & labore finiuntur. Quare cum à fine res ſumat denominationem, & non ab initio, longe melior eſt conditio uirtutum, quàm uitiorum. Cumq́ bonũ attrahat, & malum retrahat, et lõge melius ſit bonum uirtutis, quàm bonum apparens in uitio, non ergo Deus uoluit retrahere homines à uirtutibus, & inducere eos ad uitia, cum longè maius ſit bonum uirtutis, quàm bonum uitij. Neq́ Deus inuidet proſequentibus uirtutes, & amat ꝓſequentes iniquitates: quoniam Deus dilexit iuſtitiam & reliquas uirtutes, & odio habuit iniquitatem, & iniquitates impunitas non relinquit, neq́ uirtutes irremuneratas. Quod ſi mala tam faciliter acquiruntur, & bona tam difficulter

hoc eſt ad maius bonum uirtutum, & hoc exigente natura uirtutis: quoniam conſiſtit circa difficilia, uitium uerò circa facilia, quod maxime uitiorum uilitatem demonſtrat. namq; quæ cito fiũt, cito pereunt: quæ cum difficultate, magis perdurant, ut patet in plantis, animalibus & reliquis huiuſmodi. Quod etiam addebatur uitia eſſe propria hominibns, & uirtutes extraneas, totum hoc eſt in oppoſitum: quoniam homo qua homo intellectiu9 & rationalis eſt, ratio autem eſt ad oppoſita & ad uirtutes: qua autem homo uitia proſequitur & uoluptates, beſtia eſt, & eſt tantum animal. Quare aliena ſequitur, quoniã beſtialia. Fecit enim Deus hominem ad imaginem & ad ſimilitudinem ſuã, id eſt, ſecundum intellectum & uoluntatem. Quare uoluit homines eſſe ſtudioſos & rationales, deditq; figurã conuenientem, & complexionem rationi & non beſtiæ, vt dicebat argumentum: neq; quod in calce illius argumentationis adducebatur, concludit, videlicet in uanum poni dæmones tanquam tentatores:

tores: quoniam quanquam fortaſsis ratione naturali dęmones eſſe ꝓbari non poſsit, vt diximus in noſtro Opuſculo de Incantationibus: tamen quoniã Eccleſia tenet, admittendi ſunt, eorumq́ꝫ tentatio à Deo admittitur ad noſtram maiorem uictoriam: cum hoc, quod Deus multa per vnigenitum ſuum dederit adminicula ad reſiſtendum & vincendum eorum inſidias. Quarta autem difficultas erat, quoniam iſte ordo quẽ proſpicimus in uniuerſo, ut dicebatur, aut eſt melior, quàm ſi homines omnes eſſent ſtudioſi, uel ſaltem maxima pars, aut peior, ſi melior eſt intentus à Deo et volitus ab eo. Cum autem iſte ordo eſſe non poſsit, niſi ſint tot peccata, uidetur quod uelit peccata. Quare cũ quæcunq́ꝫ, quę Deus uoluit, fecit, Deus igitur eſt cauſa peccati. Si autem iſte ordo eſt peior: tunc & ſunt difficultates: quoniam ſi iſte ordo eſt peior, eſt nolitus à Deo. Sed ſicut, quæcunq́ꝫ uoluit, fecit: ita quęcunq́ꝫ noluit, facta non ſunt.

Amplius, cum iſte ſecundus ordo eſt poſsibilis, quoniam eſt uolitus à Deo:

Deus enim vult omnes homines ſal-
uos fieri, ut dicit Apoſtolus. Quare ſi
non eſſet poſsibilis, non eſſet volitus à
Deo. Deus autem & natura de poſsibi
libus faciunt, quod melius eſt, ergo De
us debet hunc ordinem peruertere, qui
nunc eſt, & alium inducere. Præterea
uirtutes, quæ prę ſupponunt peccatum
veluti indulgentiam, miſericordiam, &
huiuſmodi, aut ſunt per ſe intẽta à Deo,
aut per accidens. Non uidetur ſecundũ
cum ſint nobiliſsimæ uirtutes, & Deus
maxime commẽdetur in miſericordia.
ergo primum, ſcilicet per ſe intendunt.
Sed finis non poteſt intendi, niſi & or-
dinata in finem intendantur, ergo pec-
cata intenduntur à Deo, & per conſe-
quens, Deus eſt cauſa peccati. Amplius
inſtabatur, quoniã ſecũdum hoc Deus
ideo futura cognoſceret, quoniam ſunt
futura, & non eſſent futura, quoniam i-
pſe futura cognoſceret, qui eſt error O-
rigenis dãnatus à Boëthio, & commu-
niter ab alijs. Hęc uolui repetere, ut cla-
rior appareat reſponſio. Ad quam du-
bitationem unà cum ſuis confirmatio-
nibus

nibus reſpondetur, ſine preiuditio ueri tatis. Ad primum igitur, vt exiſtimo, dico, quòd abſolute melius eſſet, omnes homines eſſe bonos, vel etiam plures, quàm non omnes eſſe bonos, vel plures eſſe malos: cæteris tamen exiſtentibus paribus. Et cum dicitur, ſi melius eſt, & eſt poſsibile ſic eſſe, cur Deus nō facit hoc, cum Deus & natura de poſsibilibus faciunt, quod melius eſt? Huic dicitur, quòd ordo uniuerſi, ſumendo vniuerſum, non ſolum pro ſubſtantijs, quæ in eo ſunt, ſed vt etiam *in* ſe includit omnes operationes, vt actus humanos, & reliquos, dependent à duobus, videlicet à Deo & à uoluntatibus humanis. Quantum igitur ad ea quæ dependent à Deo, optimè diſpoſita ſunt omnia. Vnde ſi variarentur, deſtrueretur harmonia, veluti contingit in melodijs. Vnde omnes chordæ nō debent eſſe vnius ſoni: et ſi aliter ſituarentur non ſeruaretur ſymphonia. Quantum uero ad actus humanos, quorum Deus uoluit voluntates humanas eſſe dominas, eſt diſpoſitio oppoſita. Nam uoluntas

humana

humana vt in pluribus facit, quid deterius eſt. quod ſi dicat, nónne Deus poſſet facere, quod voluntas humana ſemper melius vellet, & deterius nollet? dico, quod non, ſtante libertate arbitrij. Cum autem ordo uniuerſi exigat hunc gradũ perfectionis, ſi Deus vult ipſum eſſe, oportet uoluntatem relinquere liberam. Quare Deus mouendo ipſam ſemper ad bonum, non ſeruaretur eius libertas, quanquam ſemper Deus ex lumine rationis inclinet ad bonum uolũtatem ipſam. Quod ſi iterum quæratur, vtrum voluntas humana poſsit ſemper velle bonum, credo ego quod ſic, licet cũ maxima difficultate. Et ſi quæratur, cur igitur non ſemper facit ſic? Huic dicitur, quoniam non vult: neq; aliam puto eſſe cauſam aſsignandam. quod ſi iterum quæratur, an Deus poſsit facere, quòd uoluntas non peccet, quanquam ſit in poteſtate uoluntatis peccare? Huic dicitur, quod non proprie loquendo nam actus uoluntatis eſt uoluntatis, & non Dei. Si autem Deus faceret ipſum non peccare, actus eſſet Dei & non uoluntatis

de tali actu, quoniã talis actus non fuit ab æterno, dictum eſt, quòd ab æterno talis actus fuit præſens Deo, & tẽpus, in q̃ fit talis actus eſt in æternitate præſens Deo. quare ut ſic eſt æternꝰ. Sed q̃niam de hoc plusq̃ ſatis dictũ eſt, ideò ſuperſedeo, quãq̃ argumẽtum hoc apud me eſt magnæ difficultatis Secundũ aũt argumentũ fuit: quoniã ut dicitur in præceptis Saluatoris: ſi qs uiderit aliquẽ errãtẽ, & poſsit ipſum eruere ab errore, et nõ eruit, homicida eſt. Cũ igit̃ Deꝰ oĩa cognoſcat, & unũquemq; errãtem poſſit ab illo errore eruere, cur igitur nõ ꝓhibet tales peccare? & cur in hoĩe eſt tale peccatũ? in Deo uerò nõ eſt peccatũ? cũ quãto aliquis plus ſcit, & plꝰ poteſt, tanto magis tenetur errantem dirigere. Ad quod dicit̃ imprimis, longè diſparẽ eſſe cõparationem: quoniam creatura ſubditur legi creatoris. Creator autem nulli ſubditur. Vnde quod creaturæ aſcribitur, non conuenit creatori aſcribere. Secundo dicitur, quod homo tenetur corrigere proximum & eum remouere à peccato, non ei auferendo Libe-
 rum

accidens ex ea ſequitur bonum. Vnde quãq̃ volũtas Dei nõ cadat de directo ſuper malam electionem, quoniã tamẽ ex ea ſequitur magnum bonum, ideo eam permiſit fieri. Vnde ſi Deus uult indulgẽtiam, vult qua in ea includitur bonũ, non qua p̃ſupponit peccatũ. Quare etſi non vult peccatum approbando vult tamẽ permittendo. Ex malo enim Deus elicit bonum, cum nihil niſi bonum ab eo procedere poſsit. Et cum diceba tur, uidet̃ quod tales uirtutes ſint primo intentę, cum ſint maximę uirtutes (nam martyrium uidetur pręclariſſima uirtus) Huic dicitur, q̃d apud me nõ repugnat, imò de facto eſt ita, quòd aliquis non martyr ſecundũ actũ ſit perfectior, & habeat maiorem charitatem, quàm martyr in actu. Vnde, cum perfectio attendatur penes charitatem, dico, quod uirtus illa quæ eſt martyrium, nõ deficeret in uniuerſo. Nam quanquam actu non eſſet martyrium, propter hoc non eſſet uirtus martyrij: quoniam uirtus principaliter conſiſtit in electione. Vnde omnes Chriſtiani debent eſſe pa-

rati

rati mori per Chriſto: & omnia facere, ne peccent: & fortaſsis eſto, quod ſi omnes eſſent boni, uirtutes non eſſent ita perfectæ intenſiue & extenſiue, tamen ſupplerent uel ſuperarent, vbi eſt defectus ex parte intenſionis.

Cumq; dicitur, Deus tunc non eſſet miſericors neq; indulgens (nam ubi nõ eſt peccatum, non eſt indulgentia) dico primo, quod vbi nullus peccaret, non ꝓpter hoc auferret miſericordia à Deo: quoniam nos ex nihilo fecit, & ſine ſua miſericordia non præcaueremus à peccatis, & de reliqs beneficijs, quæ omnia conſequimur ex Dei miſericordia.

Quod uero dicitur, de indulgentia, uerum eſt, ſed hoc non arguit defectũ in Deo: quoniam quod Deus non indulgeat beatæ & glorioſiſsimæ virgini, nõ eſt defectus in Deo in beata uirgine, imò eſt laus beatæ uirginis. Si uerò uoluntas labatur in peccatũ, & Deus eius miſereat, & indulgeat, bene arguit perfectionem in Deo: quanquam & ſi non miſeretur, non argueret imperfectionẽ. Quod ergo non ſit indulgentia, vbi nõ eſt pec-

eſt peccatum, nihil imperfectum ponit imò magis perfectum. Sed quòd vbi eſt peccatum, ſit indulgentia, perfectionem arguit: quod etiam in parte illa ultimo inferebat, ſi Deus nõ eſt cauſa uirtutis & peccati, ſed voluntas: tũc voluntas eſſet cauſa ſcientię Dei. De hoc multos habuimus ſermones ſuperius, hoc non inconuenire, quòd aliquo modo dependet, aliquo modo non dependet, & quomodo intelligatur dictũm Origenis, imò et Chryſoſtomi, de quo non dubitatur, ipſum non fuiſſe ſanctũ: quoniam illud dictum bene intellectum ueritatem continet.

*Caput ſextum, in quo reſpondetur ad quædam accidentaliter adducta aduerſus hanc opinionem in Capite Septimo Secundi uoluminis huius operis.*

QVoniam & in Septimo capitulo eiuſdem Secũdi voluminis in defendendo opinionem Stoicorum, incidentaliter adducta ſunt multa motiua aduerſus hanc quintam opinionẽ, imò

ueritatem, ideo uolumus in præſenti capitulo, ſingulatim ad unumquodq; illorum reſpondere: & quoniam ibi in confirmando opinionem Stoicorũ cõtendebatur oſtendere, dictam Stoicorum opinionem omnibus alijs antepo nendam eſſe, in uolendo, eam opinionem preferre huic quintę opinioni, dicebatur primo, quoniam aut iſta opinio ſibi implicat, aut quanto magis con tendit fatum deſtruere, tanto magis fatum conſtruit. Ad hoc dicitur, neutrum iſtorum eſſe uerum: & cum intendebatur primam partem probare, dicebatur, quoniam hæc opinio aſſerit cũcta quæ uẽtura ſunt, certitudinaliter eſſe à Deo cognita, & tamen nos eſſe dominos no ſtrorum actuum. Amplius, omnia agentia præter primũ agens, eſſe primi agentis inſtrumẽta neq; moueri niſi à primo mota, & ſecundum motum, quo primũ mouens ea dirigit, eo modo mouentur & tamen noſtrũ eſſe ſic mouere & non mouere. Præterea futura contingentia & natura intrinſeca ſunt indeterminata, & tamen Deus cognoſcit ea determi nate

nate, quod ut dicebatur, intellectus non capit. Item dicebatur, quòd neceſſe eſt, Socratem peccare, ſi Deus ſcit ipſum Socratẽ peccare. Quare Socratem peccaturum, eſt neceſſarium neceſsitate cõſequentiæ, & non conſequentis: & tamen certitudinaliter ſcit Socratem peccaturum & abſolutè. Quare opponens inferebat, hæc omnia inuicem eſſe pugnantia, & eſſe illuſiones & inuolutiones, ad quæ reſpondendo dicitur, quòd in ſuperioribus uiſum eſt, qualiter hæc dicta non repugnãt: neque ſunt illuſiones neq; inuolutiones, quanquam aliqua iſtarum non approbamus, utpote de neceſsitate conſequentiæ, & non cõſequentis: neq; inſecuti ſumus modum reſpondẽdi aliorum, quod quoquomodo ſit, non oportet repetere. Quare ad ſuperiora recurrendum eſt: & quoniam in reſpondendo ad primam dubitationem motam aduerſus Stoicos magnus erat conatus in reſpondendo ſecũdum opinionem Chriſtianorum, quod etiã ſequebatur, aut quod Deus per ſe eſſet cauſa peccati, aut quod ex parte rei nõ

erat peccatum,ſed tantum ſecũdum exi ſtimationem,& fiebat argumentum de inæqualitate exiſtente in toto uniuerſo cum duę non poſſunt eſſe ſpecies ęqualis perfectionis eſſentialiter: & inter ea quæ ſunt eiuſdem ſpeciei,tanta appareat inæqualitas,& maxime in ſpecie humana.Quare vnum indiuiduum neceſſario deficit ab altero indiuiduo,& vna ſpecies ab altera ſpecie. Vnde hæc non arguunt defectum in vniuerſo, neq; in Deo,verum magis Dei & vniuerſi perfectionem.Quod ſi hic eſt defectus ſecundum Stoicos, etiam erit in Deo & vniuerſo defectus ſecundum Chriſtianos. Quare ex hoc vlterius arguens volebat habere,quod etſi in genere humano reperiantur ſtudioſi & vitioſi, & horum omnium Deus ſit cauſa: aut igitur hoc non arguit defectum in Deo:aut ſi arguit apud Stoicos, arguit & apud Chriſtianos: quoniam par eſt de omnibus & toto vniuerſo, quod vniuerſum eſt diſpoſitum à Deo, videlicet quod tanta ſit diuerſitas, non ambigitur ab ipſis Chriſtianis. Vnde ſicut apud Chriſtianos non

nos non

nos non eſt peccatum, quòd ouis deuo retur à lupo, ita nõ eſt peccatum, quòd pauper conculcetur à diuite: quoniam ſicut ouẽ deuorari à lupo, eſt ex perfe-ctione vniuerſi, ſic de vniuerſi perfectione eſt, pauperem conculcari à diuite. Nam vniuerſum eſt ciuitas, & non bene ſtat ſine diuitibus: ſicut vniuerſum non bene ſtat ſine lupis: ſed ſicut lupus non poteſt eſſe ſine deuoratione auis, vel alterius animalis innocentis: ita diues nõ poteſt eſſe, niſi rapiat bona pauperum: quare aut vtrumq; eſt peccatũ apud Deum, aut nullum eſt peccatum. Ad quod dicitur, ſimilitudinem nõ currere, vt bene ibi dictum eſt. Nam vnum eſt malum moris, aliud verõ malum naturæ. Malum naturæ non arguit defectũ in Deo neq; in vniuerſo: ſed malũ moris, quod procedit non à Deo, ſed à voluntate, arguit defectum in cauſa efficiente & in vniuerſo. Quare Deus nõ poteſt eſſe cauſa illius, licet ſit cauſa mali naturæ. Sed quoniam aduerſus hanc reſponſionem innumera fiebant argumenta, ad quæ ex ijs quæ in priori capi-

tulo dicta ſunt, reſponſio apparere poteſt, ideo nõ multum inſiſtam ad ſingula reſpondendo, ſed tãtum per modum Epilogi reſpondebimus. Prima itaq; argumentatio aduerſus hanc reſponſionem, eſt, quoniam uoluntas eſt merum inſtrumentum Dei, & ſe habet ad Deũ, veluti ſecuris ad carpentarium, quare tota actio erit Dei, & non uoluntatis. Secunda, quoniam Deus bonis dat omnia quę conducunt ad bonum: Malis uerò econtrà, ut complexiones & occaſiones. Nã ex tanto uidetur Deus hoc facere, ut magna ſit diuerſitas in ipſis hominibus. Quare Deus uidetur ſimilis aucupi, qui diuerſis utitur retibus ad diuerſas aues & plures capiẽdas. quod etiam diſcurrenti per ipſos homines apparet. Aliquos enim à natura fecit Venereos, aliquos tẽperatos, aliquos mites, aliquos rudes, aliq̃s beneuolos & amatores, aliquos iniquos & odioſos; & ſic diſcurrendo de reliquis virtutib. & vitijs oppoſitis. Dedit etiam occaſiones extrinſecas, utpote Venereis, quòd conuerſentur cum formoſis, intempe-

ratis in

ratis in aulis Principum: & ſic de reliquis. Fecit etiã eos natura peccabiles. Quare ſi non peccaſſent, vana eſſet illa potentia. Cum autem Deus & natura nihil fruſtra faciunt, naturaliter igitur peccant. Arguebatur & tertio de Virtutibus, quæ peccata preſupponunt, cum ſint maxime intentę á Deo, ergo & peccata: & quod tales uirtutes non ſunt intentæ á Deo, veluti ſextus digitus in natura: quoniam ſunt longe perfectiores alijs uirtutibus. Vnde non ſunt ueluti monſtra: quoniam monſtrum non eſt perfectius non monſtro, quod & firmatur: quoniam aut melius eſt non eſſe iſtas uirtutes quàm eſſe: aut econtrà. Si primum: cur Deus dimiſit eas eſſe, cum de poſsibilibus faciat, quod melius eſt. Quod ſi impoſsibile eſt ipſas non eſſe: neq; poſsibile erit peccata non eſſe. Si detur ſecundum, vult igitur Deus eſſe peccata: quoniam quod melius eſt uult ſi illud eſt poſsibile. Quarto dicebatur, quod ſi dicatur Deum dediſſe potentiã peccandi hominibus, non ut peccarent ſed ut uitia ſuperarent, & excellentior

eſſet virtus, mirũ & crudele eſſet, quòd cùm Deus ſciret ipſos peccaturos & à vitijs ſuperandos, & in æternum damnandos tales eos fecerit, & tot inſidias poſuerit. Videbaturq́ ſimilis Patri, qui dediſſet filium comitandum latronibus & ſicarijs, quod vel inſipientiam vel crudelitatem arguit.

Quintò adducebat, quod Stoici melius euitent incõuenientia quàm Chriſtiani: quoniam ſecundum Stoicos, Deus, ſi videatur male operari, aſsimilatur claudicanti ex natura: qui claudicans aliter facere non poteſt. Secundum verò Chriſtianos Deus aſsimilatur claudicanti ex voluntate. Nam Deus poteſt prohibere mala, & non prohibet: cum tamen omnia ſciat ſecundum opinionem. Vnde aut propter peccatum, aut maius videtur nõ prohibere peccatum cùm prohibere poſsit, & facere ipſum peccatum, maxime cum qui non prohibet, dicat eum maxime amare: & qui peccatum facit, dicat aperte ſe illud velle facere. Primum namque magis doloſum eſt. Hæc aduerſus Chriſtianos adduce-

ducebantur, ad quæ reſpondetur.

Ad primum, cum dicebatur, quòd voluntas eſt inſtrumentum Dei, & motũ, vt ſecuris mouetur à carpentario, negatum eſt hoc in priori capitulo: declaratumq́ eſt, quomodo volũtas mouetur à Deo. Quare ibi videas. Ad ſecundum dicitur, verum eſſe, in hominibus eſſe diuerſas diſpoſitiões ad virtutes & ad vitia, non vt uitia eſſent & homines ea perſequerentur: quoniã eis dedit & potentiam ſuperandi vitia: quoniam uoluntatem & rationem dirigẽtem ipſam voluntatem & legem datam Moyſi, & vltimò miſit vnigenitum ſuum filium. Vnde quòd ſint tot & tantæ diuerſæ diſpoſitiones in ipſis hominibus, hoc eſt, non vt ſint vitia, ſed virtutes. Vnde aliquos ex natura fecit Venereos, non vt Venerei ſint, ſed vt ſint caſti & abſtinentes. Quod ſi dedit ſtimulum carnis, dedit vt maior eſſet virtus: quoniã virtus in infirmitate perficitur, & cõſiſtit circa difficilia, veluti dictũ eſt de hac virtute. Sic ſuo modo intelligatur, & de cæteris virtutibus. Quare argumentum fal-

ſum habebat fundamentum. Nam iſta diuerſitas ordinatur à Deo in bonum, non in malum: neq; ſequitur quod inferebatur, quòd talia peccata naturaliter fiant. Peccata namq;, de quibus eſt ſermo, non fiunt à natura, ſed fiunt à volũtate: & quanquam natura inclinat, non tamen neceſsitat: neque datę ſunt tales inclinationes à Deo & à natura, vt volũtas ſuperetur ab ipſis, ſed vt ipſę à voluntate: quoniam voluntas habet potẽtius dirigens ipſam, quàm diſpoſitio inclinet voluntatem. Diſpoſitio namque corporea & materialis eſt: aſt ratio imãterialis & æterna eſt. Ad tertium etiam dictũ eſt, qualiter uirtutes, quę eſſe non poſſunt ſine pręcedentib. peccatis, ſint à Deo intentæ. Dictum eſt enim, quòd non ſunt de principali intentione. Non enim Deus abſolutè vult hominẽ pœnitere, de peccatis ſuis: noluit enim matrem ſuã de peccatis pœnitere: ſed vult hominem peccantem pœnitere de peccatis: neq; Deus vult abſolute indulgere homini, quoniã & ſic indulſiſſet matri ſuæ, & vnigenito ſuo filio Saluatori
noſtro:

noſtro: ſed voluit indulgere pœnitenti quę indulgentia peccatum prę ſupponit: neq; pœnitere abſolute eſt melius, quàm non pœnitere. Sic enim Saluato rem & matrem eius pœnituiſſe, quod eſt falſum, ſed pœnitere apud peccantē eſt melius quàm apud peccantem ipſū, non pœnitere: neq; abſolute melius eſt quòd Deus indulgeat, quàm nō indulgeat: quoniam ſic Saluatori & eius matri indulſiſſet. Sed melius eſt, quod Deus indulgeat peccatori pœnitēti, quàm non indulgeat. Similiter melius eſt, q releuet à peccato cadētem quàm ipſum cadentem non releuare: ſibi tamen ſeruata poteſtate releuandi. melius tñ ab ſolute eſt vt non releuet quàm quòd re leuet: quoniam releuare prę ſupponit peccatum, non releuare, non prę ſuppo nit. Hæc itaq; non ſimpliciter ſunt intēta, ſed ſecūdum occaſionem & prę ſuppoſitionem intentam. Miſericordia autem non reſpicit abſolute peccatū: quo niam Deus ex miſericordia ſua ea quæ nullum peccatum habuerunt, creauit & conſeruauit: & ſic de reliquis conſequenti-

quentib. Cum aũt dicitur, quòd iſtæ ſũt maximę & pfectiſsimæ virtutes, & q̃d perfectiſsimum eſt, nõ poteſt eſſe ſecundũ intentũ & poſteriꝰ intentũ, eo quod eſt minus perfectũ, veluti non mõſtruoſum & perfectũ nõ poteſt eſſe à natura poſterius intentũ mõſtruoſo. Huic dicitur, ꝙ quãuis mõſtruoſum nõ ſit primo intẽtũ, nihil tñ obſtat, quin in mõſtruoſo magis appareat claritas & excellẽtia naturę, ꝙ in nõ mõſtruoſo, veluti videmus in artificib. Quòd eñ aliqs artifex ex bona materia facit pulchrũ & perfectũ opꝰ, non eſt ita admirabile, ueluti ſi ex mala materia cõſtruat pulchrũ & pfectũ opus licet non tã pulchrũ & perfectũ ſicut ĩ bona materia: cæteris exiſtẽtibus partibus. Quare admirabilitas Dei magis apparet, ſi ex malis elicit bona, quàm ſi ex bonis bona eliciat. licet abſolute melius ſit elicere bona ex bonis, quàm mala ex malis. Dicuntur igitur, hę eſſe pręclariſsimę virtutes, non quia ſint meliores, ſed quoniam maior videtur eſſe admiratio in eis. Nam ex malis eliciũtur bona, quod magnam admira-

tionem

tionem facit. Exiſtimo etiam, vbi malũ eſſet peccatum, iſtas virtutes & perfe-ctiones non deeſſe in uniuerſo, neq; ex parte hominum, neq; ex parte Dei: quoniam Chriſtus principaliter in electione conſiſtit, & non in opere extrinſeco, niſi maniteſtiuè. Vnde pœnitentia ſecũdum actum præſupponit peccatum. Verùm quanquam aliquem non pœniteat ſecundum actum de peccatis comiſſis uel omiſsis, iſte non tenetur eſſe huiuſmodi intentionis: quòd ubi peccatũ committeret, doloret & pœniteret: & quantum ad hoc ſpectat, poteſt habere uirtutem pœnitentiæ. Similiter quamuis non indulgeat ei, qui eum offenderit, quoniam à nullo paſſus eſt offẽſam: eſt tamen firmi propoſiti, quòd ubi contingeret, indulgeret: imò puto, quod aliquis actu non indulgens (quoniam non paſſus eſt offenſam) poteſt magis mereri ſecundum indulgẽtiam, quàm ille qui actu indulſit, & paſſus eſt offenſam: quoniam poteſt cum maiori charitate elicere actum indulgentiæ, quàm ille qui offenſam paſſus eſt. Vnde mul-

ti qui actualiter non ſunt paſsi martyrium, potuerunt habere vel fortaſsis habuerũt maius meritum de martyrio, ꝙ illi qui paſsi ſunt actualiter martyrium: quoniam ſua voluntas de martyrio fuit cum maiori charitate, quàm illi qui paſsi ſunt. Veluti in Euangelio dicitur de uetula, quæ in gazophilatium non poſuit, niſi denarium, magis meruit ꝙ alij qui magna poſuerunt. Et quanquã nobis ſit magis manifeſtum de ijs qui actu martyrizantur: Deo tamen non eſt ſic. & hoc prouenit, quoniam ſoli Deo uoluntates ſunt notę: creatura uerò iudicat de manifeſtis. Nulla ergo uirtus homini deeſſet, quęcunqꝫ ſit, ſi peccatum nullum eſſet, ubi homo uellet eã habere. Cõſimiliter Deus eſt, quòd nulli indulgeret de peccato, non enim indulgentia ei deeſſet: quoniam eſt talis ac tantæ bonitatis, quòd ſi quis peccaret, & cum pœniteret, ei indulgeret. Mauultqꝫ Deus homines non peccare: & ſi peccarent, haberent intentionem pœnitendi firmiſsimam, quàm quòd peccent & pœniteant. Virtutes igitur tales

ſecundum

ſecundum actum, id eſt, ut actu pœniteant de perpetratis, non ſunt de prima intentione, ſed cum propoſito pœnitẽdi, ſi illud contingeret, ſunt de prima intentione, & unusquiſq; Chriſtianus debet habere hoc; & conſimiliter de martyrio & reliqs huiuſmodi generis. Vnde antequam Deus crearet mundum, Deus habebat oẽs uirtutes, quas nunc habet, licet actu extrinſeco nullam demonſtraret. Quare non ſequitur, uniuerſum eſſe imperfectum, ſi non ſunt peccata: imò ſi non eſſent peccata, uniuerſum eſſet perfectius, nec aliqua deeſſet uirtus; & ſi non eſſent aliquæ earũ ſecundum modum qui nunc eſt, eſſent ſecũdum modum perfectiorem. Nam ueluti diximus, longe perfectior eſt uirtus, ſi non pœnitet de peccatis perpetratis, cum intentione tamen pœnitendi, ſi contigerit, quàm ſi peccata perpetraſſet, & pœniteret: longeq; magis placet Deo, quòd inimicis non indulgeas, quàm non habes, cum firma intentione tamen ſi contigerit, indulgeres, quàm quòd inimicos habeas, & ijs ĩdulgeas.

Ad

Ad quartum autẽ dicitur, ꝙ Deus neq; crudelis neq; inſipiens eſt: quoniam ſi Deus dedit homini potentiam peccandi, & multa quę eum incitent ad peccãdum, non dedit vt peccaret, ſed vt ea ſuperando mœreatur. Quare ex amore & nõ odio uel dolo illud fecit: neq; poſuit hominem ſine admiraculis ad talia ſuperanda: quoniam dedit rationem, legem, ſacramenta & reliqua, quibus illa ſuperare poteſt. Quare non inſipientis opus, verùm prudentiſsimi conditoris operatus eſt. Pater autem, qui filium aſſociat cum latronibus & ſicarijs, aut ſcienter facit hoc, aut ignoranter. Si ignoranter: non poteſt excuſari ab imprudẽtia. Si ſcienter: aut vult perditionem filij, aut non. Si vult: crudelis eſt. ſi non uult: inſipiens eſt, quæ de Deo dici non poſſunt. Nam non uult hominis perditionem, ſed beatitudinem: neq; inſipiẽter facit: quoniam optime muniuit hominem, ut ſuperaret aduerſa. Aſt filius relictus in manibus latronũ ab eis defẽdi non poteſt. Quod ſi dicitur, ſapientis eſt, non ſe exponere periculis, neque alium

alium exponere. Vnde prudens pater remouet filium à periculis, quãtum poteſt. Videtur ergo, quòd Deus non deberet ponere talia incitamenta: quoniã ualde periculoſum eſt, ne ab illis illecebris uincatur. Huic dicitur, quòd Deus nihil impoſsibile, nihil inordinatum in uniuerſo uult. Si quis uidet, ſe impotentẽ reſiſtere, dedit fugam, ſiquidẽ ſe potẽtem dedit bellum & uictoriam. Quapropter ueluti pater filium impotẽtem remouet à periculis: ita Deus dedit ei rationem, per quam à periculis ſe præcaueret. Quod ſi dicatur, vana eſt igitur patris admonitio, quando habet eã quę Dei, huic dicitur, quòd non ſequitur. Primò, quoniam uel filius nondum eſt adultus, quare non benè utitur ratione. Secundò, quoniã pater tenetur ad hoc ex pręcepto Dei. Quare admonitio patris eſt etiam Dei admonitio. Vnde dedit legem parentibus, vt curam gerant de filijs. Quare pater peccat, filios non corrigens, dupliciter: & quoniam non amat filios, & quoniam non obedit legi diuinæ. Ad quintum verò dicitur,

quòd ſi Deus ſecundum Stoicos eſt ſicuti claudicans, naturaliter in Deo eſt defectus: & ſic non eſt Deus. Quare opinio Stoicorum eſt fatua. Secundum verò Chriſtianos, necq; Deus claudicat naturaliter, necq; voluntarie. Quapropter omnino à defectu abſolutus eſt. Cumq; dicitur, nō ſolum eſt peccatum commiſsionis, verum & omiſsionis. Huic dicitur, quòd ſic: verum nullus horum modorum reperitur in Deo. Quod non commiſsionis, manifeſtum eſt. Quod non omiſsionis, patere poteſt. Nam qui ſimpliciter aliquid omittit, non propterea dicitur peccare (ſic enim qui omittit tyrannum innocētem occidere, peccaret, quod manifeſte falſum eſt) ſed qui omittit facere, quod tenetur facere, peccat. Deus autem ſi permittit aliquem peccare, non tenetur eum remouere à peccato, quantum poteſt, ſed ſufficit Deo, quod dederit poteſtatem & multa adminicula cauendi à peccato. Vnde ad aliud tenetur ſubditus, & ad aliud Rex. Quòd ſi queratur, cur aliquos præſeruat, ne cadant, quāquam

quam ſint in periculo, & ſi cadunt, releuat eos, aliquos uerò neq; præſeruat, & ſi cadunt, relinquit eos, certe iſtud eſt in inueſtigabile. Credo tamen, quod ultimate nulla eſt aſsignanda cauſa, niſi ex diuina voluntate. Quanquam enim ex graui peccato perpetrato Deus ſinat ipſum peccãtem in maius peccatum cadere, & nõ releuat ipſum pro pœna primi peccati: Deus tamen ex maiori commiſſo aliquando in aliquo alio releuat eum: neq; (ut mihi uidetur) in aliud referri poteſt quàm in diuinam voluntatem. Iudicia enim Dei abyſſus multa. Vnde, vt exiſtimo, hoc diſplicuit Stoicis. Quare voluerunt hoc ex natura fieri: quoniã ſic exigit uniuerſi perfectio, & non ex libera voluntate. Nam apud ipſos uidetur eſſe magis impium, quã ſi hoc naturaliter fiat. Veluti minor uidetur defectus, ſi quis claudicat naturaliter quã voluntariè. Hoc autem fecerũt, non attendentes, Deum non teneri ad hoc, veluti creatura tenetur ex Dei præcepto. Poſt hoc in eadem reſponſione adducitur argumentum aduerſus Ari-

ſtotelem, quòd peccata ſunt neceſſaria & naturalia. Primò, quoniam ſecũdum Ariſtot. neceſſe eſt eſſe uirtutes præclaras: quæ eſſe non poſſunt abſq; peccatis, ergo neceſſe eſt eſſe peccata. Secundò, quoniam potentia peccandi & non peccandi ſunt à natura, ergo & actus: quoniam cuius eſt potentia peccandi, eius eſt & actus, quod firmatur: quoniã ſi homo nunquam peccaret, fruſtra eſſet potentia peccandi: & ſic in natura eſſet aliquid fruſtrà quod iterum firmatur: quoniam nullus eſt homo, qui aliquando non peccet, & aliquando peccet, ſi ſit in conuenienti ætate & habeat uſum rationis, ergo naturale eſt homini peccare, & non peccare: & neceſſe eſt, vt aliquando peccet. Tertiò, quoniam omne corruptibile, de neceſsitate corrumpitur, ergo omne quod poteſt peccare, aliquando peccat, & de neceſſitate. Probatur conſequẽtia: quoniam ſicut ſe habet materia ad corruptionem ſic ſe habet non ens ad peccandum.

Cauſa enim corruptionis eſt materia, & cauſa peccandi eſt, ex nihilo eſſe.

Quare ſic materia neceſsitat corruptionem, & non ens peccatum. Ad quæ reſpondetur, non vt Ariſtotelem defendamus, ſed quoniam & contra hanc opinionem hæc facere videtur. Ad primã itaq; dico, quod ſi Ariſtoteles videatur tenere has uirtutes eſſe neceſſarias, prout actu præſupponũt peccatum, in hac parte ei non adhæremus: & mihi uidetur, quòd ſic tenuerit Ariſtoteles. Concedimus tamen, eas poſſe eſſe, ut non includant actu peccata: quod quomodo poſsit eſſe, ſuperius declarauimus. Ad ſecundam dicitur, quod peccare eſt naturale, ut diſtinguitur contra uiolentũ, quoniam eſt uoluntarium, non tamen peccare eſt intentum à natura: neq; eſt ipſius naturæ, ſed uoluntatis. Cumqúe dicitur, cuius eſt actus, eius eſt & potẽtia, dicitur, quod illud quod poteſt facere aliquod, eſt illud quod facit, & econuerſo: nõ tñ oportet, quod ſi potẽtia eſt à natura actus etiã ſit à natura. Nã uolũtas, quę eſt potẽtia, non eſt in poteſtate noſtra & tñ uelle eſt in poteſtate noſtra. Vnde ſi id quod uult, eſt id quod po-

teſt velle:non tamen ſi potentia uolendi(ut dicit eſſentia potentiæ)eſt à natura,uelle eſt à natura. Ad confirmationē, quoniam ſi homo nunquam peccaret, fruſtra eſſet potentia peccandi.mihi uidetur ſecundum principia Ariſtotelis hoc eſſe concedendum: quoniam nihil fruſtra in natura. Vnde & monſtra ſunt neceſſaria ſecundum ipſum: quoniam niſi natura deficeret aliquando, fruſtra dediſſet,ut poſſet deficere. Quare oppoſuit impedimenta,ne natura eſſet uana, ut dicit Commentator Commento 48.2.Phyſicorum. Sed quicquid ſit,de Ariſtotele dico, quod non ſequitur apud nos:quoniam ſi Deus feciſſet uolũtatem peccabilem,vt peccaret,argumẽtum concluderet:ſed fecit peccabilem, vt cum poſſet peccare,non peccaret poteſtate ad maiorem perfectionem ſui, vt dicitur de uiro iuſto: qui cum potuit transgredi,non eſt transgreſſus.Et cum iterum firmabatur, quod quilibet peccat,huic dicitur, quod non ſaltem mortaliter: peccata autem uenialia non ſũt in poteſtate noſtra, neq; proprie fiunt
ſecundum

ſecundum electionem: neque quilibet homo aliquando ſecũdum electionem recta operatur: quoniam ſi aliquando videatur recte operari, magis facit ex natura, uel ex aliqua mala circumſtantia, quàm ex electione recta. Ad tertium negatur ſimilitudo, ſicut corruptibile, de neceſsitate corrũpitur: ſic quod eſt peccabile, de neceſsitate peccati: q̊niam corruptio non eſt in poteſtate noſtra ſed naturæ. Peccare autem eſt in noſtra poteſtate, unde corruptio ſubditur motui cœleſti, nõ autem peccare. Cum uero dicitur, quod ſicut materia eſt cauſa corruptionis, ita quoniam uoluntas eſt ex nihilo, & intellectualis eſt cauſa peccabilitatis, huic dicitur, quod uerũ eſt: tamen quod habẽs materiam corrũpatur, hoc eſt ex motu cœleſti, & agentium contrariorum adinuicem: unde ſi materia non haberet agens, non expoliaretur illa forma. Aſt actu peccare, eſt uoluntate, quæ libera eſt quæque poteſt peccare, poteſt & non peccare: ſed cœlum & agentia contraria ſtante ordine uniuerſi, non poſſunt non corrumpere.

pere. Deus tñ hũc ordinem peruerteret igiť & poteſt facere, quod corruptibile, nunq̃ corrũpatur. Quod ſi dicatur, natura dedit potentiã peccãdi, & potẽtia refertur ad actũ: ordinauit igitur iſtã ſententiã peccãdi ad actũ, ſi ergo non exibit ad actũ, fruſtra igitur eſt iſta potẽtia: & ſic uanũ eſt opus naturæ. Mihi uidetur, hoc argumẽtũ habere aliquã euidentiã ſecũdũ Arriũ: ſecundũ uerò nos, nullã. Potentia peccandi reſpicit, non actum peccandi, ut eſt ordinata à Deo & à natura; ſed reſpicit actum tentationis & pugnæ. Exempli gratia, dedit Cholerico potentiam iraſcendi, non ut iraſceretur, ſed ut faciliter incitaretur ad iram: & quoquomodo commoueretur, citra tamen peccatum, non tamen ut exiret in peccatum. Vnde ſi quis, non incitatus, non iraſcitur, nõ eſt uirtus: ſed cum incitatur, & ſe abſtinet. Potentia ergo peccandi non ordinatur in peccatum, ſed in actum circa peccatum, ut uirtus dicatur, quę conſiſtit circa difficile. In reſponſione autem ad tertiam dubitationem, tangit argumentum, quod uelle

non eſt

non eſt noſtrum: quoniam aliquando uolumus nos uelle aliquod, quod non poſſumus uelle: & uellem9 nolle quod non poſsumus nolle. Ad quod dicitur, quod illa non ſimul coniunguntur, neque ſunt in eodem tempore. Exempli gratia, aliquis eſt luſor, & conſuetus in ludo, & ſuſtinet detrimentum in ſubſtā tia, & honore ex ludo, certe conſiderās damnum & uerecundiam, maximè ubi pecunias amiſit, dolet, quod ſibi placeat ludus: neq; ludus pro illo tempore pro quo dolet, ſibi placet, imò deteſtatur, quod ſecundum habitum ludus ſibi placeat: quando autem ludit, nō credit damnum reportare ex ludo: & tunc ſibi placet. Quare ſub diuerſis apparentijs & in diuerſis temporibus habet voluntates oppoſitas. Nemini tamen debet eſſe dubium, quòd, ſi uellet, poſſet abſtinere, licet aſſueto ſit ualde difficile. Vnde hoc arguit difficultatem, non autem impoſsibilitatem. In reſponſione ad quartam dubitationem tangitur difficultas. quod uoluntas ſubijciatur corporibus cœleſtibus, ex eo quod A-

NN 5 ſtrolo-

ſtrologi ſciunt iudicare de actibus pertinentibus ad intellectum & uoluntatem: & quòd lauri arbores, de quibus mentionem facit Suetonius in uita Galbæ, quę ſimul naſcebantur cum Cęſaribus deſcendentibus ab Aenea, et ſimul interibant, ſiue interirent fato proprio ſiue alieno, ut Caius Calligula & Nero: quod eſſe non poteſt, niſi quia etiam uoluntates humanæ ſubijciuntur fato. & de experimēto Phalangij: quoniam morſus tantum durat, quantum Phalāgius, ſiue ab alio interficiatur, ſiue ex ſe moriatur. Ad hęc & conſimilia dicitur, Chriſtianos non negare uolūtates ſubijci corporibus cœleſtibus indirecte per accidens, ſed non directe & per ſe. Cum enim uoluntas præſupponat intellectum, & intellectus, ut eſt coniunctus corpori, ſenſum præſupponit, ideo ut ſic uolūtas ſubijcitur corporibus cœleſtibus. Quare corpora cœleſtia & cōplexiones, multum faciunt ad inclinationem uoluntatis, uerum non neceſsitatur: ſed quoniam pugnare uitijs eſt arduum, & inſequi uitia, eſt facile & dele

ctabile

ctabile, hinc eſt, quòd corpora cœleſtia uidentur habere dominiū ſupra uoluntates noſtras: quoniam ut in pluribus homines inſequūtur ſenſum & cōplexiones, quæ per ſe ſubijciuntur corporibus cœleſtibus. Quare Aſtrologi de actibus uoluntatis multoties vera pnunciant, & non eſt impoſsibile, neq; contra rationē, q lauri ſimiliter interēptæ ſint cum illis Cęſaribus: quoniam quantum erat ex influxibus lauri habebant eandem periodum cum Cæſarib. Sed ſapientia aſtris dominatur. Quod igitur ſimul perierint, hoc eſt, quoniam Calligula & Nero viri beſtiales & ſenſuales inſequuti ſenſum, qui per ſe ſubijcitur corporibus cœleſtibus, quod ſi in eijs ratio fuiſſet dominata, oppoſitū contigiſſet. Quod autem dicitur de Phalangio, ſi illud veritatem continet, habet eandem reſpōſionem: quoniam illorum uoluntas inſequitur motus cœleſtis, & magis ducūtur quàm ducant. Vltimò in eodem capite adducebatur teſtimonium ſuper hæc Stoicorum placita: quoniam diuerſæ plagę uniuerſi dant

dant diuerſos mores in hominibus, & diuerſas uirtutes & uitia diuerſa. Et q̃ multi, quibus ex ſyderibus datum eſt fœlicitari vel ĩfœlicitari, nullo ingenio fatum effugere valent, & addebatur, quòd ætates ſecundum numerum qua ternarium uiciſsitudinariè variantur ſecundum diuerſitatem ſyderum, adeo ut ver, æſtas, autumnus, & hyems ordinatè ſuccedant ſecundum tempus infinitum: ſic aurea, argentea, ærea & ferrea continuè ſuccedunt, ſecũdum quarum diſpoſitionem homines variãtur in uirtutibus & vitijs: & non ex uirtutibus et vitijs ſydera variantur. Quare hæc omnia teſtantur, omnia fato gubernari. Adiungebatur etiam, quod apud Ariſtot. ex natura ſyderum q́ꝫ diſpoſitione omnia ſublunaria variantur: vt ubi nũc arida, ibi aliquando mare, & regna pereunt, & aliqua de nouo fiunt. Sublimia humiliantur, & humilia ſubleuantur: & opiniones pereunt & opiniones naſcuntur, & continuè redeunt per infinitũ circuitum, ſic quod nihil eſt, quod non fuerit: nihil fuit quod non erit: nihil erit,

hil erit, quod non fuerit. Quare hęc omnia habent cauſam per ſe & immutabilem. Vnde & uidetur neceſſarium, quòd omnia fato fiant. Ad hęc dicitur, quod multoties ea quę ex noſtra cauſa & defectu procedit, attribuimus fato & ſyderibus: quod minime verùm eſt. Vnde multę regiones habent aërem tẽperatum, cibos temperatos, & tamen magis peccant, quã alij habentes diſpoſitiones oppoſitas: & cauſa eſt mala uoluntas hominum, & mala conſuedo, & pręcipue principes ciuitatum. Vnde ut in pluribus & quaſi ſemper malitia ciuium prouenit, ex malitia Principum. Quare aſſumptum non eſt vniuerſaliter verum: non tamen negamus, quod aſpectus non multum operatur, verùm aut aſpectus ſyderũ aufert ab eis uſum, aut non aufert. Si aufert: neq; virtus, neque uitium: quoniam ſublata ratione voluntas non eſt libera. Si uero non aufert: voluntas ſuorum actuum eſt domina: quoniã ſydera non cogunt, quanquam diſponant & inclinent. Verum talis diſpoſitio eſt ad maius mœritum.

Vnde

Vnde Ariſtot. 2. Oeconomices dicit, quòd ſi Alceſte & Penelope tot aduerſa non paſſę fuiſſent, non tantum uirtutes earum clareſcerent. Quare ſydera non uitia, imò intendunt uirtutes, & optimum. Vnde cum dicebatur, quod multi ex ſyderibus, quibus datum eſt, fœlicitare uel infœlicitare, quicquid egerunt, proſequũtur ſydera. Huic dicitur, quod ut in pluribus ita eſt: quoniã homines inſequuntur partem ſenſitiuam & cõplexionem, quæ per ſe ſubijciuntur corporibus cœleſtibus. Quare fatũ inſequuti ſunt. Aliqui tamen, quã quam rari ſydera ſuperauerunt, & ſi aliquando conati ſunt, fatum prænunciatum euitare, non potuerunt. Hoc fortaſſis cõtingit, quoniam iuſto iudicio ponuntur in pœnam peccati pręcedentis: uel quoniam incurrere in tale fatũ melius eſt ei, quàm non incurrere. Vnde melius fuit Socrati, quòd uiolenta morte moreretur, ut ſibi multoties pręnunciatum erat, quàm qui proprio fato periret. Tanta enim non eſſet celebritas, neq; tantam uirtutem acquiſiuiſſet, quan-

quanquam ſimpliciter euitare potuiſ-
ſet fatum illud, ut patet in uita eius.

Cumq; 3. dicebatur, quod naturaliter currunt quatuor ætates, in quibus homines diuerſificantur, quantū ad uirtutes & uitia, & non ætates ex uitijs & virtutibus. Huic dicitur, quòd fortaſsis, quod aſſumitur, eſt falſum, imò magis ætates diuerſificantur ex moribus hominum, quàm mores ex ætatibus. Dicitur enim communiter tunc fuiſſe auream ætatem, quando homines erant uelut aurum, comparando homines bonos ad malos: veluti aurum ad alia metalla. Cauſa autem talis bonitatis, fuit hominum bona voluntas, & præcipuè bonorum principum, à quibus dependet regimen ciuitatum: & dicimus ulterius, quod non ſolum ex hominum bonitate vel malitia ætates nuncupantur bonę uel malę, verum & variantur ſecūdum ubertatem & fertilitatem, tēperiem & intemperiem. Vnde Deus, quoniam vidit bonos uel malos, agit præter ordinem cœleſtium, ut legimus in Lege veteri & noua: neq; in hoc con-

ſentien-

ſentiendum eſt imperati Peripateticę, ſc. quod Deus hūc ordinē variare non poſsit. Dicim9 & ultrà, q̃d tametſi ſydera & motus corporum cœleſtium, diuerſas inducunt diſpoſitiones ad mores humanos: nihil tamen eſt, quod eis in peccatum attribuatur. Nam aut auferunt vſum rationis, aut non. Si auferunt: non eſt uirtus neq; peccatum. Si non auferunt: homo poteſt ſtudioſe operari: & illa inclinatio ordinata eſt in bonum & non in malum. Quòd autem hoc ueritatem contineat, manifeſtum eſſe poteſt: quoniam nulla fuit ætas tã aurea, in qua ſcelerati non reperti ſint: neq; aliqua tam ferrea, in quã boni non reperiantur. Nam poſt Adã fuit Chain, qui fratrem innocentem interfecit. Vnde Auguſtinus dixit: Fraterno primi induerunt ſanguine uepres, & in hac noſtra ætate, quæ ferrea nuncupatur, repe期riuntur & aliqui boni. Quod in aliam cauſam aſcribi non poteſt, niſi ex bona uel mala uoluntate. Cum etiam ulterius addebat de uiciſsitudine plagarum uniuerſi: quoniam ubi prima arida, poſtea

ſtea humida: & quod primo ſublime, poſtea humile. huic dicitur, hoc uerum eſſe ſecundum communem curſum naturalem. Nam & hæc uerè ab Aſtrologis pronũciari poſſunt: ſalua tamẽ ſemper voluntate diuina, quæ poteſt variare hunc ordinem, quem in vniuerſo vidindividuals: & aliquando variauit. Quare iſte ordo, & iſta viciſsitudo habet cauſam per ſe, quæ eſt corporum cœleſtiũ. Verùm cum infertur, quòd etiam corpora cœleſtia ſunt cauſa actuum humanorum, negatur illatum: quoniam act9 humani dependent à voluntate, quæ p ſe corporibus cœleſtibus non ſubijcitur, ſed tantum per accidens, vt dictum eſt. Cũq; vlterius quærebatur, cur ſemper mala, cur ſemper virtutes? cur eadẽ in humanis actib. renouantur? cur Philoſophia totiẽs renouata? & ſic de reliquis. Ad hæc dicitur, quoniam ſemper fuit voluntas libera, ſemper erit libera, donec ſtat vniuerſum: & ſi libera non neceſsitata. Quod ſi dicitur, nunquid voluntas omnis poſſet non peccare? dicitur, quod ſic. & ſi dicitur, cur igitur

non peccat? reſpondetur, quoniam ſibi placet. Quod ſi ulterius quęrat, quare ad minus non peccat vt in paucioribus? huic dicitur, quoniam delectabilius eſt peccare, quàm non peccare: & facilius ſequi ſenſum, quàm intellectum. Verùm iſta nõ eſt cauſa eſſentialis, ſed occaſionaria. Quare eſſentialis eſt, quoniam ſic ſibi placet. & ſi iterum quæratur, quare ſibi hoc placet? dicitur, quòd hoc non habet cauſam vlteriorem. Sic igitur, quòd opiniones reiterentur, peccata & virtutes remoueantur, immediatè nõ eſt ex corporibus cœleſtibus, ſed immediatè hoc eſt ex voluntate: neq; alia cauſa quęrenda eſt. Non tamen negamus, hęc non fieri poſſe abſq; corporibus cœleſtib. ab ipſis hominibus: ſed dicimus hæc non immediate fieri à corporibus cœleſtibus, ſic quòd corpora cœleſtia ad hęc impellant, veluti eſt in rebus nõ ſubiectis voluntati. Diximus enim multoties, quod ſtante ordine vniuerſi, quicquid euenit, immutabiliter euenit: exceptis actibus voluntatis, & ijs quæ eius imperio ſubijciũtur. Quòd ſi iterum

ſi iterum dicatur, quòd ſemper ſunt neceſſaria: Peccata et virtutes ſemper ſūt, ergo ſunt neceſſaria. Sed hoc repugnat rationi virtutis & vitij: quoniam hæc ſunt noſtra & in noſtra poteſtate, ergo poſitio claudit oppoſita. Maior probatur: quoniam omne quod eſt, aut neceſſarium eſt, aut contingens. Contingens diuiditur in contingens vt in pluribus, & ut in paucioribus, aut ęquale: ſed nullum iſtorum ſemper eſt, nullum igitur contingens ſemper eſt, ergo nullum quod ſemper eſt, eſt contingens. Sed quod non eſt contingens, eſt neceſſariū, ergo omne ſemper ens, eſt neceſſarium. Quod igitur ſemper eſt, neceſſarium eſt: & ſic maior patet. Ad hoc mihi uidetur dicendum (licet ſit valde difficile) quod illa diuiſio data de contingenti in plurbus, in paucioribus & æquali intelligitur de contingenti naturali: quoniam poſsibile naturale oportet, quòd in aliqua parte deducatur ad actum: quoniam natura ocioſe non operatur. Si verò quod poteſt eſſe & nō eſſe, quod dependeat à voluntate, non

oportet, quòd illud deducatur ad actū, quod ſic oſtenditur: quoniam uel oportet reduci ad actum à noſtra uoluntate, uel ab alio. Non ab alio: quoniam hoc eſt contra conceſſum: quoniam dicimꝰ de illo, quod dependet à noſtra uoluntate. Si uerò ponatur, quod de neceſsitate reducatur ad actum à noſtra uoluntate, ſic uoluntas non erit libera. Cōtingens ergo, quod dependet à noſtra uoluntate, non eſt neceſſarium, quòd aliquando deficiat, uel quod aliquando fiat: imò ſi ipſa uoluntas libera ponitur, poteſt ſemper ſe determinare ad unam partem contradictionis. Vnde Deus dedit potentiam peccandi, & non peccandi, ut eſſet in ſua poteſtate, licet de principali intento dedit, ut non peccaret: dimittendo tamen uoluntatem liberam: neq; ſi nunquam peccabit, potentia peccandi erit fruſtrà: quoniam non dedit, ut uteretur ad peccandum, ſed potens peccare, non peccaret, & pro minori merito & perfectione uirtutis: & ſi ſemper peccabit, neque ex toto erit fruſtra potentia non peccandi: quoniam

ſequitur

ſequitur iuſticia, ad quã ordinatur peccatum, non ex intentione peccãtis: quoniam peccator odit iuſtitiam, ſed ex intentione Dei punientis: neq; etiam totaliter erit fruſtra potentia non peccandi, quoniam Deus dedit eam, vt vteret̃ ſecundum ſuum beneplacitum: & ſic vſus eſt peccator. Quare nulla erit fruſtra, quicquid ſequitur. Vnde inſequendo principium fidei, mihi uidetur eſſe ſic dicendum. Iſta tamen non uidi ab Ariſtotele, neq; memini ab aliquo autore iſta uidiſſe. Quare credo, quod iſta repugnent dictis Ariſtotelis: & dico, vt prius dixi, quod aut Ariſtot. tenuit fatum vt Stoici, aut ſibi contradixit: quoniam ſi tenemus voluntatem liberam, ſtat quod aliquod ſemper erit, quod tamen non eſt neceſſarium. Quod cõtra dixit ipſi in primo de Cœlo & mundo. Vnde quod & vitia ſint neceſſaria eſſe, & tamen ſint in poteſtate noſtra, non video compoſibilitatem: neq; uideo repugnantiam aliquam, quod nullus homo peccet: quoniam Deus uellet impoſsibile, cum vult omnes homines ſal

uos fieri. Sicuti nulla eſt repugnantia, quod omnis homo peccet. Dicebatur & in eodem capitulo, quòd operatio mundanorum videtur eſſe quidam ludus. Si qs enim inſpiceret omnia ſublunaria, aut rideret aut fleret, huic dicitur quod ludus videtur ſecundum omnes alias opiniones, præter quàm ſecundũ opinionem Chriſtianorum. Nam mundus & habet principium, & habet finẽ, & tota iſta operatio propter hominem ſaltem ſecundario, vt beatitudine fruatur. Omnia enim corporalia Deus ordinauit in hominem, vt bene eis uteretur: ex quorum bono uſu poſtea frueretur trinitate in æternũ. Vnde nihil pulchrius, nihil vtilius excogitari poteſt. Aſt quicquid dicant alij, ludus videtur. Vnde Stoici & Peripatetici, qui dicunt Deum de neceſsitate agere, habent dicere, hoc exigere Dei bonitatem, ut ſuum eſſe communicet, quantum eſt communicabile: & quoniam communicabilis eſt ſecũdum tot gradus, quot uidemus in vniuerſo, & tot modos, ideo cõmunicat. Generabilia autem & corruptibilia in

lia in ordine ad æterna, videntur fumus & nihil.

Quare videntur paruæ existimationis, & videtur quidam ludus in comparatione ad illa ſuprema. Verum quanquam corruptibilia talia ſint, aliquam perfectionem includunt.

Quare cum eſſe melius ſit, quàm nõ eſſe, quodcunque eſſe ſit, & Deus de poſsibilibus facit quod melius eſt, hinc eſt, quòd Deus talia facit & conſeruat. Licet igitur vita humana in ordine ad æterna quaſi nihil ſit: eſt tamen multum in ordine ad alia generabilia, & vnumquodque generabile per comparationem ad non ens.

Quare cum melius ſit uiuere per vnum annum quàm nunquam uiuere, non igitur vita vnius anni ſpernẽda eſt, cũ ſemper appetitus feratur in bonum, & in maius bonum. Non itaque ludus debet exiſtimari, ſi ſit tanta variatio in vniuerſo: quoniam hoc exigit natura vniuerſi: & ſic de iſto capitulo. Multa etiam dicta ſunt in Primo libro in defenſionem Stoicorum, quæ huic opi-

nioni aduerſari uident. nam multa hinc inde colligi poſſent, quæ adduci poſſēt aduerſus opinionem religionis Chriſtianæ. Verùm, vt exiſtimo, ex his quæ in Quarto hoc volumine dicta ſunt, ſi benè & attente perſpecta ſint, ad ea facilis & aperta apparebit ſolutio. Quare ab eo negotio me abſtinebo: & hic terminabitur Quartus liber de fato.

# PETRI POMPONATII DE FATO LIBER quintus.

*Caput primum Quinti & ultimi libri de Fato, in quo ponitur libri intentio.*

QVoniam conſiderationi de Fato, & ſi apud Philoſophos nõ ſit annexa conſideratio de Prædeſtinatione (minime enim apud Philoſophos ponenda eſt: quãdoquidem non ponant, deos aliquos elegiſſe, & aliquos reprobaſſe. Nam aut poſuerunt animos eſſe mortales, & ſic neq; eliguntur, neq; reprobantur: aut ſi eos immortales eſſe poſuerunt, alium habent modum, vt quod vel iteratò reuniantur, vel iteratò ſeparentur per infinitos circuitus, vt Pythagoras uidetur exiſtimare: vel ſecundum alium modum, de quo nõ eſt nobis impræſentiarũ curæ) tamen quoniã apud Chriſtianos non benè intelli-

gitur materia de Fato, niſi & ea quæ de Prædeſtinatione eſt, intelligatur. Magnam etenim inter ſe hę duę conſiderationes connexionem habent, adeo vt vna ſine altera intelligi nequeat. Ideoq; in hoc vlt. huius noſtri Operis volumine volumus ſecundũ vires noſtras et de hac conſideratione ſermonem habere: & quoniam conſiderationi de Fato & de Prædeſtinatione neceſſaria uidetur eſſe conſideratio, an Deus contingenter agat, ideo ab hoc initium ſumemus.

*Caput ſecundum, in quo quæritur an Deus contingẽter agat: & ſi agit, quomodo cauſat?*

QVæritur ergo, an ſecundum hãc opinionem concedendũ ſit, Deum contingenter agere? & loquimur hic tantum de actione ad extra, ſecundum quam produxit, & mundum gubernat. Nam de productione diuinarũ perſonarum nulla hic fit mentio: quoniam noſtro non deſeruit propoſito, et arguitur quòd non. Primò, quoniam cõtingẽs ipſũ ex natura ſua eſt indeterminatum.

natum. Si igitur Deus cõtingenter ageret, indeterminatè ageret: ſed indeterminatè agere dicit imperfectionẽ agentis, vt de ſe notũ uidetur, ergo Deus nõ cõtingenter agit, ſi ſic agere dicit imperfectionem. Eſt enim omnis imperfectio à Deo relegãda. Màior aũt uidetur eſſe p ſe nota, uidelic. ſi cõtingens eſt indeterminatũ, & cõtingẽter agere erit indeterminatè agere, à ſimili, ſi neceſſarium eſt q̃d nõ poteſt nõ eſſe, ergo neceſſario agere eſt nõ poſſe nõ agere: ergo & contingẽter agere, eſt indeterminate agere: ſiquidẽ contingens eſt q̃d indeterminatũ eſt. Secundò aut Deus oĩum, quę fuerũt, & quę ſunt, et erũt ab æterno fuit determinat9, aut nõ, ſic intelligẽdo, quòd Deus ab ęterno determinauit, quęcũq; fecit, facit, et faciet, aut nõ. Non eſt dare 2. quoniã ſic aliquid eſſet, foret uel fuiſſet: quod tñ non eſſet factũ, ſecundũ ſuã voluntatẽ. & determinationẽ, quod nõ videt̃ poſſe eſſe: quoniã uel aliud eſt cognitũ à Deo, uel incognitũ. Nihil enim Deũ latet: quandoquidẽ oĩa ſunt aperta ei. Sic igitur cognitum & de eo habebit ſci-

bit ſcientiam practicam ſiue factiuam.
Nam aliter eſſet in rerum natura.
Fuit igitur à Deo uolitum, & per
conſequens determinatum: quoniam
uoluntas determinauit actum.
Oportet igitur de neceſsitate dicere,
quòd Deus ab æterno omnia determi-
nauit. Modò quæritur, aut igitur quæ
futura ſunt, & à Deo determinata aliter
poterunt eſſe, quàm erunt, aut aliter nõ
poterunt eſſe, quàm erunt. Si detur ſecũ
dum, omnia igitur quę erunt ineuita-
biliter erunt: & ſic ſtabit Stoicorum o-
pinio. quare auferẽ Liberũ arbitrium.
Si verò detur, quod ventura aliter pote
runt eſſe, quàm erunt, cum minime mo
do illo eſſe potuerint, niſi etiam ſecun-
dum modum illum à Deo determinen
tur. Cum autem ex ſuppoſito iam De-
us determinauit oppoſitum, oportet i-
gitur quod alia fiat in Deo determina-
tio, quàm nunc fit, ſi illud fieri debet.
Igitur in Deo poteſt cadere mutatio, ꝙ
eſt omnino impoſsibile: ſiquidem po-
teſt aliter fieri, quàm erit. Hoc etiam ſic
manifeſtatur: Nam bene ſequitur, aliter
erit,

erit, ergo Deus aliter determinabit: ergo ſi poteſt aliter eſſe, poteſt aliter determinare: quoniam ab eſſe & poſſe tenet conſequentia. Similiter ſi Socrates currit, & non currit, Socrates ſecundũ curſum variabitur, ergo ſi currit, poterit non currere. Poterit igitur variari ab illo modo, quo nunc eſt. Quare ſi Deus ab æterno determinauit ſic fore, & poſſibile eſt non ſic fore, niſi etiam Deus ſic determinet non fore, ergo Deus poteſt ſuam determinationem mutare: q̃d ſi hoc eſt impoſsibile. Sicuti ergo determinatio Dei non poteſt mutari, ita & ꝑ ſeipſum determinatum immutari non poteſt. Quare quodcunq; erit, ineuitabiliter erit: quoniam ſic determinauit eſſe. Sua enim ſcientia eſt cauſa rei, & non res eſt cauſa ſcientiæ: & non poteſt eſſe, quin ſic determinauerit: neq; aliter determinare poteſt, ergo Deus non cõtingenter agit. Si enim determinatiſsime agit, & ſua determinatio variari nõ poſsit, inintelligibile eſt, quòd contingenter agat. Si namq; aliquid contingẽter agit, poteſt agere, & non agere. Si tale autem

le autem agens eſt uolũtarium, alia determinatio voluntatis concurrit ad productionem partis affirmatiuæ, & altera partis negatiuæ, vt de ſe notum eſt. Igitur uel nondum determinauit ſe ad aliquam partium, uel ſe determinauit. Si nondum ſe determinauit, ſe determinabit: quoniam unum producet, ergo mutatio eſt in eo. Nam de indeterminato factum eſt determinatum. Si uerò determinauit ſe, & poteſt in alterũ, poteſt igitur variare determinationem, quam habet. Si igitur Deus contingenter agit poteſt agere, & poteſt non agere. Si ergo unum illorum aget, aut igitur nunc eſt determinatus, aut non. Si non, & determinabitur, ergo mutabiliter ex non determinato in determinatum. Si uerò nunc eſt determinatus ad unum, & poteſt etiam agere alterum (non poteſt autem illud agere, niſi ſe determinet ad illud) ergo poteſt ad illud alterum ſe determinare: & iam actu determinatus eſt ad unum, & una determinatio non ſtat cum altera: quoniam actus ſunt incompoſibiles, ergo poteſt amittere hãc determi-

terminationem, & aliam acquirere, ergo poteſt uariari. Sed hoc eſt impoſsibile, ergo impoſsibile eſt Deum contingẽter agere. In oppoſitum arguitur, ſi Deus non contingenter agit, igitur neceſſario agit: cumq; mouet cœlum, neceſſario mouet cœlum: non poteſt igitur non mouere cœlum. Non igitur cœli ceſſabunt à ſuo motu: & ſicut de neceſſitate mouet cœlum, ita de neceſsitate mouit. Non igitur motus incepit eſſe, neq; motus deſinet eſſe, per prius probata: & ſic iſte ordo uniuerſi non uariabitur. Hæc autem eſt contra articulos fidei, ergo antecedens falſum eſt. Idem apparet per cõmune dictum Theologorum dicentium, Deum de neceſsitate producere diuinas perſonas, contingenter autem uniuerſum: ergo Deus contingenter agit ad extra, quod intendebatur. Ad hanc quæſtionem uidetur mihi dicendum, quòd Deum contingẽter agere duobus modis intelligi poteſt uno modo, quòd pro uno tempore poteſt producere immediate unum oppoſitum, & pro alio tempore immediate po-

tè poteſt producere alterum oppoſitū: alio modo pro eodem tempore poteſt vtrumq; diuiſiuè producere, licet pro eodem tempore nō ſimul, ſi primo modo loquamur. Sic dico, quod quanquā Ariſt. negaret illud, nos tamen Chriſtiani illud indubitanter concedimus.

Quòd autem Ariſtoteles illud neget, apparet: quoniam ſic motus potuiſſet incipere eſſe, & motus poſſet in vniuerſo deſinere eſſe: quod manifeſte repugnat eius intentioni. Quòd illud ſequatur, manifeſtum eſt: quoniam non videtur maior ratio de vno quàm de altero. Nam tota cauſa apud ipſum, quòd motus nō inceperit, eſt, quòd primum motum præceſsiſſet motus: & cum ante vniuerſum non erat, niſi Deus, ſi ipſe eſt factor totius, mutatio ergo fuiſſet in Deo. Modò iſta ratio in vnoquoque alio, quod immediate à Deo fieret, militat, vt manifeſtum eſt. Notanter autem dicitur immediate: quoniam Deus nūc generat Socratem, & aliquando nō generabit: ſed hoc non eſt niſi mediantib. corporib. cœleſtibus. Quare cauſa nouitatis

uitatis reducetur in præcedentem motum. Quod ſi quæratur, cur uolũtas noſtra poteſt hoc facere apud Ariſtotelẽ, non autem Deus? dico, ut ſuprà dixi, quòd ſi voluntas noſtra poteſt, poteſt à fortiori & Deus. Quare aut Ariſtoteles ſibi cõtradixit, aut tenuit, quòd omnia fato fiant. Vnde ſi Deus de neceſsitate agit, omnia ineuitabiliter fiunt, & nulla uerè eſt contingentia, quod ſic deducitur: quoniam ſi Deus de neceſsitate agit, uoluntas nõ eſt libera, neque aliud à uoluntate eſt liberum, ut in pluribus libris oſtenſum eſt, ergo omnia ineuitabiliter fiunt. Probo primam, ſi Deus de neceſsitate agit, uoluntas noſtra nõ eſt libera: quoniam quæro, vtrum uoluntas poſsit in utranque partem diuiſiuè, tamen ſine aliquo determinante, aut non poteſt: ſi non poteſt, ergo libera non eſt. Si poteſt, à fortiori & Deus. Poteſt ergo Deus de nouo agere motũ, uel mundum abſque motu præcedente. Sed nulla alia cauſa mouet Ariſtot. ad ponẽdum Deum de neceſsitate agere, niſi quoniam de nouo non poteſt incipere moue-

re, niſi motus præcederet. Cum itaque hoc fundamentum eſt falſum, ſtante libertate voluntatis, ergo ſi uolũtas eſt libera, Deus non de neceſsitate agit, ergo bene ſequebatur: Deus de neceſsitate agit, ergo voluntas non eſt libera: neque aliud à uoluntate. Quicquid ergo euenit, ineuitabiliter euenit, ſi Deus de neceſsitate agit: & quãquam ante nos doctiſsimus & ſubtiliſsimus Ioannes Scotus hoc concefferit, uidelic. quod ſi Deus de neceſsitate agit, omnia ineuitabiliter eueniunt: non tamen hac ratione ductus fuit, vt patet uidenti eum.

Mihi autem uidetur, noſtra deductio eſſe manifeſta. Redeundo ergo ad propoſitum Ariſt. non concedit, quod Deus immediate pro diuerſis temporibus poteſt facere oppoſita, ſic quod aliud non præſupponat. Nos verò tenemus oppoſitum de facto: quoniã mundum initiauit, & mundum finiet, quãtum ad hunc ordinem. Neq; ratio Ariſtot. vlla eſt: quoniam uoluntas noſtra poteſt, quanto magis Deus. Si verò loquamur ſecundo modo, ſcilicet quod pro eodẽ

tempore

tempore poteſt diuiſiuè vtrũq; oppoſitorum producere, quanquam uolũtas noſtra hoc poſsit, ut manifeſtum uidetur. tñ non præiudicãdo veritati, & mè ſubijciẽdo determinationi Sanctę Romanæ eccleſiæ, dico, q̃d non poteſt hoc Deus facere: cuius ratio mihi ineuitabilis uidetur ea quę argumentando tacta eſt: quoniam ſi poteſt Deus pro A tempore producere Socratem, exempli gr. & pro eodem A tempore poteſt non ꝓducere Socratem, ſic quod ipſe ſit utriuſq; cauſa adæquata nullo alio concurrẽte: uel igitur iam eſt determinatus ad vnum illorum oppoſitorum, aut non. Si detur quod non, cum in A tempore de neceſsitate una pars erit illorum oppoſitorum, & non erit, niſi ſit Dei determinato, ergo Deus mutabit̃ de indeterminatio ad determinatum. Si verò iam eſt determinatus, & poteſt aliter eſſe, hoc eſſe non poteſt, niſi ſit alia determinatio. Cum autem illa non ſit compoſibilis huic, quæ eſt; iſta deſinet eſſe & illa incipiet. Quare in Deo erit mutatio, q̃d non erit admittendum. quod ſi dicatur;

quod ueluti ſedēs poteſt currere in ſenſu diuiſionis: non tamen poſsibile eſt, quòd determinationem, quam habet, non habeat in ſenſu compoſitionis. Certè iſte eſt ludus conſiſtens in puris nugis, quoniam ſi ſedens poteſt currere, ſic quod actualiter ſedeat: hoc tamē in ſenſu diuiſionis uerificari nō poteſt, niſi omittendo ſeſsionem, & acquirendo curſum: ſic quòd curſus ſequatur ſeſſionem, quod de neceſsitate mutabitur ſi quod ſedet, curret, & ſi non curret, ſed poterit currere, non poterit currere, niſi poterit amittere ſeſsionem, & per conſequens uariari. Quare ſi Deus habet actu vnam determinationem, & aliam habebit, certe mutabitur: & ſi aliā non habebit, ſed habere poterit, poterit mutari. Quòd autem dicitur, quòd non eſt poſsibile ſedentem currere, in ſenſu compoſitionis, huic dicitur, quod ſi referatur ad idem tempus, ſic uerum eſt, quod dicitur, quoniā ſenſus eſt, quod ſimul currat & ſedeat, quod eſt impoſsibile. Si tamen referatur ad diuerſa tempora, ſic quod ſenſus ſit, poſsibile eſt, quòd

quòd nunc ſedeat, in alio tempore currat. Iſta eſt uerißima, ſi illa de ſenſu diuiſo eſt uera: & impoßibile eſt, vnam uerificari ſine alia. Quare ſi in ſenſu compoſitionis impoßibile eſt Deum habere determinationes oppoſitas, hoc eſt, vt cadunt ſupra tempus idem. Si uerò cadunt ſupra diuerſa tempora, ſi illa de ſenſu diuiſo eſt uera, & illa de ſenſu cõpoſito, & ecõtrà Quare cum illa de ſenſu compoſito eſt impoßibilis, & illa de ſenſu diuiſo impoßibilis eſt. Vnde ſi Deꝰ determinauit abſolute, te fore pro A inſtanti, impoßibile eſt, ut non ſis ꝓ eodem A inſtanti: & quoniã diximus, quòd uoluntas humana poteſt in A tẽpore facere unum, & pro eodem A facere oppoſitum, diuiſiuè tamen: Deus autem non poteſt. Ideo fortaßis quæritur de cauſa diuerſitatis, imò uidetur hoc eſſe irrationabile. Sic enim uidetur, quòd noſtra uoluntas eſſet efficatior, & potẽtior uoluntate diuina. Huic dicitur primo, quòd ratio diuerſitatis eſt: quoniã uoluntas humana eſt uariabilis. Quare non exiſtens determinata poteſt determinari,

minari, & determinata ad unum, poteſt ad alterum determinari Hoc autem impoſsibile eſt in uolun:ate diuina. Cumque talis contingentia includat mutabilitatem, ideo à Deo releganda eſt: non autem ab homine. quòd autem additur quòd voluntas humana potentior eſſet volũtate diuina, illud minimè ſequitur, imò magis oppoſitum: quoniam quòd ſic poteſt uoluntas humana, arguit imperfectionem, ſicuti poſſe peccare, arguit imperfectionem: imò ſolus Deus non poteſt peccare inter naturas actuales. Nam angeli ante confirmationem poterant peccare: & ſic patet de ſecundo dicto. Vnde per hæc ad argumenta reſpondetur. Ad primum dicitur, quòd Deus non contingenter agit, ſic quod pro eodem tempore poſsit agere & nõ agere, ſed tantum ſecundum diuerſa tẽpora. Verum ſecundum illa tempora pro quibus aget & non aget, ineuitabiliter aget, quare determinatiſsime agit. Vnde veluti Sol faciet diem & noctem in diuerſis tẽporibus ineuitabiliter tamen, ſuppoſito iſto ordine vniuerſi: ita
& Deus.

& Deus. Cum tali enim contingentia ſtat ineuitabilitas, ut manifeſtum eſt. Ad ſecundum autem dicitur, cum quærebatur, an Deus omnium factorum & fiendorum ab æterno habuerit determinationem, huic dicitur, quod ſic: neque aliter eſſe potuit, neq; aliter eſſe poterit quàm ipſe ab æterno determinauit. Cũ q́ue vlterius dicebatur, omnia igit̃ quę ventura erunt, ineuitabiliter erunt, quoniam ſunt ab æterno à Deo determinata, huic dicitur, quòd omnia quæ ventura ſunt, vel erunt (de quo non ſit uis) de neceſsitate erunt vt ſunt ab eo determinata: quoniam ſubſtantia rei & eius accidentia ſunt per totum ſecundum determinationem diuinam: & quoniam Deus ab æterno determinauit vt aliqua ineuitabiliter eueniant, ideo aliqua ineuitabiliter & de neceſsitate, & aliqua contingenter, & euitabiliter euenient. Quod ſi iterum dicatur, non ab æterno Deus ordinauit, & determinauit Socratem futurum in anno futuro proximo? ſit itaq;, quod erit in anno proximo, huic dicitur, veluti in ſuperiori volumine

 dictum

dictum eſt, quòd iſta propoſitio eſt de futuro, & reſpicit futurum. Quare Deus de Socrate futuro in anno futuro nõ ordinauit, neq; determinauit, niſi quod contingenter erit in tali tempore: & abſolute non determinauit, quod erit. quare ſi erit in tali anno, in tali contingenter erit. & ſi iterum dicatur, Deus igitur eſt incertus, an Socrates erit in anno futuro, huic dicitur, ſi incertitudo dicat puram negationem, concedendum eſt: quoniã non eſt certus, neq; poteſt eſſe ſtante contingentia. Si uerò dicat poſitiuum, utpote dubitationem, negatur. In Deo enim non cadit dubitatio: ſcitq́ue de Socrate futuro, quicquid ſciri poteſt non autem quod ſciri nõ poteſt.

Vnde ſi quod ſcitur, ut poſsibile eſt ipſum ſciri, ſic de illo nullo modo poteſt cadere dubitatio. Sicut non dubitamus neq; de neceſſarijs, neq; de impoſſibilibus, ſi ſcimus illa eſſe neceſſaria, uel impoſsibilia. Scit enim Deus, quòd poteſt eſſe, & poteſt non eſſe: & quod nõ eſt determinatum ſuum eſſe, neq; non eſſe. Quod ſi ulterius dicatur, Deo igitur futura

tur futura non ſunt certa, reſpondetur, quòd quę futura ſunt, non ſunt certa, & quæ certa non futura. Quod ſi Deo futura ſunt certa, ſunt quatenus ei ſunt pręſentia, extra ſuas cauſas: uerùm, vt ſic ſunt neceſſaria, & ſunt ineuitabilia. Quare vt ſic aliter eſſe non poſſunt: & in hoc Creator eſt ſupra creaturam ratione ſuę æternitatis omnia ambientis: nullum vero aliud menſuratur ab æternitate: quoniam futura nō ſunt eis præſentia. Vnde ad illud, cum dicebatur, ſi Deus poteſt agere & non agere, aut eſt determinatus, aut nō determinatus: patet per antedicta, quod non pòteſt pro eodem inſtāti ſiue tempore, ſed pro diuerſis, vbi ipſe Deus ſit cauſa totalis, quod dicitur per actus voluntatis humanæ, ſiue cræatę. Nam uoluntas humana pro A inſtanti poteſt producere B effectum, & eius oppoſitum: quoniam de non determinata poteſt fieri determinata: & de vna determinatione poteſt variari in alteram determinationem, quod minimè de voluntate diuina dici poteſt. Quare Deus ad actum

uoluntatis humanæ poteſt concurrere tanquam cauſa, & ad eius oppoſitum, pro eodem inſtanti. Verùm determinatio talis actus non eſt ex Deo, ſed ex humana uoluntate, quam voluit eſſe liberam. Vnde variatio eſt ex parte uoluntatis humanæ, & non ex parte Dei, ſicuti & determinatio. Non enim Deus determinat, ſed uoluntas. Si enim Socrates peccabit in A tempore, nõ ideo peccabit, quoniam Deus ſic determinauit: ſed ideo peccabit, quoniam voluntas Socratis ſic determinabit. Sermo autẽ noſter eſt de his, quorum Deus immediata cauſa, uel eſt cauſa determinationis: ſic quòd illa agentia non determinentur ex ſe, ſed ex natura, veluti ſunt actus non prouenientes à voluntate: & ſic argumentum non procedit. Verùm quoniam diximus, quod Deus ratione ſuæ determinationis ineuitabiliter, & de neceſsitate agit, vt determinauit: & argumentum factum ad oppoſitum uidetur procedere contra hoc, ideo ad ipſum reſpondetur. Inferebatur enim, quod ſi Deus ſic ineuitabiliter ageret, tunc

tunc mundum non inchoaſſet, huic dicitur, negando illationem. Nam Deus ineuitabiliter & de neceſsitate inchoauit mundum: quoniam ab æterno determinauit inchoare mundum pro tali inſtanti. Vnde ſequitur oppoſitum, & nõ propoſitum: quoniam ex quo ſic determinauit, ſtante iſta determinatione, nõ potuit ab æterno producere mundum. Vnde & ſi ſtante determinatione neceſſarium fuit produci mundum pro tali inſtanti, non tamen pro quocunq; tempore. Nam quanquam ab æterno determinauit producere mundum, non tamen pro æterno, ſed de nouo, & pro nouo. Non igitur Deus abſolute de neceſsitate egit, agit, et aget pro tempore, pro quo determinauit ab æterno agere. Quare argumentum non procedit.

*Caput tertium, in quo mouentur dubitationes aduerſus ea quæ dicta ſunt in priori capitulo.*

ADuerſus autẽ hęc quę dicta ſunt, inſurgunt arduæ quæſtiones, ſiue dubitationes: quoniam diximus, De

um de

um de neceſsitate produxiſſe mūdum pro A inſtanti: quoniam ab æterno ſic determinauit producere. Sed iſtud nō videtur verum: quoniam ſic Deus de neceſsitate ad Extra. Hoc autē eſt contra dictum commune Theologorum, qui dicunt, proceſsionem diuinarum perſonarum, quæ eſt ad Intra, eſſe neceſſariam: proceſsionem autem uniuerſi, quæ eſt ad Extra, eſſe contingentem. Sed huic forte dicitur, quod proceſsio vniuerſi dicitur eſſe contingens, & non neceſſaria: quoniam abſolute non procedit à natura, vt diſtinguitur à voluntate: verum procedit ex uoluntatis diuinę determinatione: & ſecundum quod uoluntas diuina determinauit ab æterno. Quare uniuerſum procedere de neceſsitate, eſt, prout eſt determinatum per uoluntatem diuinam. Vnde ſtante illa determinatione, neceſſarium eſt uniuerſum procedere, non autē ſimpliciter. Verùm iſtud non uidetur ſatis facere: quoniam illa determinatio uolūtatis diuinæ, aut eſt ſimpliciter neceſſaria, aut non. Si detur, quod illa determinatio ſit

natio ſit ſimpliciter neceſſaria, cum ad illam determinationem de neceſsitate ſequitur uniuerſi productio per conceſſa, ergo abſolute uniuerſi productio eſt neceſſaria. Nam in conditionali bona, ſi antecedẽs eſt ſimpliciter neceſſarium & conſequens eſt ſimpliciter neceſſarium, & ſic uniuerſi productio eſt neceſſaria ſimpliciter: quod eſt contra reſpõſionem. Si verò detur, quod talis determinatio in Deo eſt contingens, non minora ſequuntur incommoda: quoniam determinatio, quę eſt in Deo, poteſt nõ eſſe in Deo: ſiquidem illa eſt contingẽs Quod autem de facto eſt in aliquo, & poteſt non eſſe, hoc fieri nequit abſque variatione ſui. Deus igitur erit ſubiectũ variationis, quod omnino impoſsibile eſt. Si uerò dicatur, quod reuera, poſtq̃ in Deo facta eſt determinatio, non poteſt amplius non eſſe illa determinatio, verùm priuſquàm eſſet, poterat nõ eſſe, & fieri altera determinatio. quare nõ ſequitur, variationẽ poſſe fieri in Deo. Dicitur enim fieri variationem, quãdo habet vnum, & poſtea illud non habet ſed ha-

ſed habita vna determinatione apud Deum ſemper illa remanet:ſed iſtud videtur ex toto falſum.

Primò quidem,quia in æternitate nihil prius, nihil poſterius, vt patet per diffinitionem datam à Boethio in quinto de Conſolatione. Ponitur em̃,quod ſit tota ſimul. Reſponſio autem aſſerit,quod ante determinationem potuit aliam habere determinationem. Amplius,quoniam ſi Deus prius potuit determinare quàm determinauit, ergo in Deo in illo priori erat indeterminatio:ſed indeterminatio imperfectionem includit, ergo in Deo caderet imperfectio: & ſic non eſſet Deus. Præterea quãquam Deus per reſponſionem, habita vna determinatione,eã non poſſet relinquere,prius tamen quàm habet illam determinationem, poteſt habere illam & oppoſitam. Verùm hoc non uidetur poſſe intelligi abſque variatione. Si enim poſſum ſedere, & non ſedere, videtur quòd in natura mea non ſit determinatio, & per conſequens uarietas, quod & confirmatur: quoniam ſi Deus

Deus potuit aliter determinare, quàm determinauerit, aut igitur erat in illo priori determinatus quam determinationẽ uellet, aut non erat determinatus. Si erat determinatus, vt puta ad A, determinationem non potuit determinari ad oppoſitum, niſi mutaſſet priorem determinationem, quod eſt impoſsibile. Si vero in illo priori erat ĩdetermi natus, & poſtea ſe determinauit, ex indeterminato factus eſt determinatus: quod etiam uidetur impoſsibile.

Iuxta hoc conſequenter quæritur, an Deus poteſt aliqua facere, quæ tamen non faciet: & communiter Theologi tenent, quòd ſic: imò & Marſilius Ficinus hoc aſcribit Platoni. Verùm hoc non uidetur eſſe poſsibile: quoniã ſi Deus nihil facit, quod non determinet facere, nihil etiam poteſt facere, niſi poſsit & illud determinatè facere.

Aliter enim aliquid fieret à Deo, de quo Deus non haberet determinationem: quandoquidem poteſt fieri aliquid ex datis ſine determinatione. Si igitur poteſt habere determinationem, quam

quam non habet, Deus non eſt actus puriſsimus: quoniam non habet, quicquid poteſt habere. Quod autem illam habeat, patet: quoniã per data hoc nunquam fiet, ergo Deus non determinãuit hoc fieri. Ex oppoſito enim ſequiť oppoſitum. Si enim determinaſſet, fieret. Non igitur Deus habet illam determinationem. Vnde vt mihi videtur, Ariſtot. fortaſsis uidens iſtas rationes, abſolute dixit: In Deo non differt eſſe à poſſe, neq; quantum ad eſſentiam, neq; quantum ad poſſe facere. Quare, quod facit, poteſt: & quod poteſt, facit: aliter in Deo caderet imperfectio, quemadmodum deductum eſt.

*Caput quartum, in quo reſpondetur ad obiecta.*

ARduę quidẽ ac perdifficiles mihi uidentur dubitationes adductę. Quare non miror, ſi Ariſtoteles & Stoici Deũ de neceſsitate agere ad Extra poſuerunt. Dico autẽ ad Extra, non quidem, quoniam ipſi ponant actionẽ ad Intra

ad Intra perſonarum realiter differentium. Hæc enim minime intellexerunt: quandoquidem illa ineffabilis trinitas, non niſi ex diuina gratia & reuelatione intelligi poſsit: qua Ariſtotelem & Stoicos caruiſſe manifeſtum eſt. Ponunt tamen aliquid in Deo quaſi tribus perſonis proportionale, ſcil. potentiam attributam patri, ſapientiam filio, & amorē Spiritui ſancto. Verùm hæc trinitas, ſc. Potentia, Sapientia, & Amor, eſt longe alia ab ea, quæ eſt diuinarum perſonarum: quoniam illa tria, ſcilicet Potentia Sapientia, & Amor, ſola ratione diſtinguuntur, vt inquit Commentator 39. Commento 12. Methaphyſicę. Illa autē ſcilicet Pater, Filius, & Spiritus ſanctus realiter diſtinguuntur: vt apertè dicitur in ſymbolo Athanaſij. Quare impius Auerrois in eodem Cōmento dicit: Eſt igitur vnus Deus, potens, ſapiens, & amans: quam trinitatem cum inſpexiſſent fatui Chriſtiani, poſuerunt trinitatem rerum realiter differētium in Deo. Quare ſequitur Deum eſſe compoſitū, & omne compoſitum eſt nouum: & ſic

QQ Deus

Deus non eſſet Deus, cum haberet aliquid ante ſe. Redeundo autem ad id, vnde diſceſsimus, non ideo diximus ad Extra, quoniam Ariſtot. & Peripatetici ponant actionem ad Intra: ſed vt vteremur verbis Chriſtianorum, et quòd aperte Philoſophi diſſenſerunt à Chriſtianis in hoc: quanquam multi etiam alij Philoſophi poſuerunt mundum incepiſſe. De illa autem actione ad Intra, nunquam cogitauerunt: quoniam in mentem hominum ex puris naturalib. cadere non poteſt. Vnde apud Philoſophos conuertũtur, Deum agere ad Extra, & Deum agere: loquendo tamẽ de actione, in qua producens et productũ ſunt realiter diſtincta. Nam intelligere, & velle ſunt in Deo: quæ actiones immanentes ſunt: ſed intelligens & intellectum ſunt vnum & idem. Sic itaque nulla eſt apud eos differentia inter vere agere, & ad Extra agere: quãdoquidem illa actio ad Intra ab eis nunquam fuit imaginata. Quare ad propoſitum redeamus, dico, quod ſatis apparens cauſa videtur, q̃d iſta actio ſit Deo neceſſaria, &

tia, & non poſsit Deus non agere, neq; vnquam incepiſſe agere: quoniam ſic Deus contingenter ageret. Contingentia autem indeterminationem dicit, q̃d videtur Deo, & ſummè perfecto repugnare. Amplius, quoniam ſi de nouo agit Deus ad Extra, vt Chriſtiani dicunt non igitur agere conſequitur eius naturam eſſentialiter. Nam quę naturam ſic ſequuntur, ſimul ſunt cum natura. Aut igitur Deus non ſemper fuit, quod apertiſsimè eſt impoſsibile: aut ſi ſemper fuit, & non egit iſta actio extrinſeca nõ eſſet accidens per accidẽs ipſi Deo: quãdoquidem aliquando ageret, & aliquãdo non ageret, quod non videtur rationabile. Præterea ſi actio iſta noua non inſequitur naturam Dei, ſed eius voluntatem, & voluntas Dei poſsit in vtrumque oppoſitorum: quoniam ſi tantum poſſet in vnum oppoſitorum, ſemper idem faceret: & ita aut ſemper moueret, aut nunquam moueret. Sicuti igitur potuit velle, & nolle mouere, ita cũ ſit eadem potentia, & à nullo neceſsitata, poſtquam mouit, poteſt non moue-

te, & poſtquam voluit mouere pro A tempore, poteſt non velle ſic mouere: quoniam ſicut antè potuit nō velle, ſic & poſtea poteſt nolle. Amplius, ſi poteſt Deus uelle, & nolle reſpectu eiuſdem, aut igitur nunc habet vnum illorum actuum oppoſitorum, aut nullū. Si nullum, & poteſt vnum habere, eſt igitur in potentia ad habendum vnum illorum, quod non videtur poſsibile. Si verò vnum habet, & poteſt alterum habere, idem & peius ſequitur. Nam &, quod habet, poteſt amittere, & quod non habet, poteſt habere. Vnde mihi longe efficatior uidetur iſta ratio ad probandum æternitatem motus, quàm ea quam poſuit Ariſtoteles in 8. Phyſicorum. Innititur enim illi, quòd à cauſa eodem modo ſe habente non poſſunt produci effectus oppoſiti: & ſi illa eſt vera vniuerſaliter, volūtas humana nō eſt libera. Quo dato, aut Ariſtoteles ſibi contradixit 8. Phyſicorum & in lib. Ethicorum: aut tenuit omnia fato euenire, veluti Cicero in libro de Fato ipſi Ariſtoteli aſcribit, & multi cum imitati

ſunt.

ſunt. At iſta ratio mihi videtur efficatior, & difficilis ſolutionis: quoniã ſi mouere, vel mundum producere eſſet nouum, cum Deus ſit æternus, iſta operatio non inſequeretur naturam Dei, ſed eſſet aduentitia, & redigeretur ad uolũtatem diuinam, quæ poſſet in vtrumq; oppoſitorum. Quod autem poteſt in vtrumq;, vt ſic indeterminatum eſt, & determinari poteſt, & habẽs vnum oppoſitorum, poteſt & alterum oppoſitũ habere, veluti deductum eſt. hæc autem repugnant diuinæ perfectioni, ſiue ſit finita, ſiue infinita. Quare Deus uidetur, quòd non potuit de nouo mũdum producere: quoniam eſſet volũtas mutabilis, quod deductum eſt: & cum hoc bene ſtat, quòd uoluntas humana ſit domina ſuorum actuum. Nam non ideo Deus non poteſt mundum producere de nouo, quoniam à cauſa eodem modo ſe habente non poſsint produci oppoſita: ſed quoniam illa actio non eſſet Deo naturalis, ſed oporteret quòd proueniret à voluntate, quæ poſſet uelle & nolle, et eſſet indeterminata, & per

conſequens mutabilis,quod Deo repugnat. Quòd ſi qs diceret,hãc fuiſſe rationem Ariſtotelis in 8. Phyſicorum patet textum inſpicienti, quod minime hoc uerum ſit: quoniam ſic non probaret, quòd ante primum motum eſſet motus ſed tantum quod volũtas Dei eſſet mutabilis. Amplius, ueluti prius dictũ eſt, manifeſte uniuerſaliter ꝑbat illud de q̃cunq; agente, ſiue naturali uoluntario, ſiue diuino, ſiue non diuino,ut patet ꝑ verba textus:vbi exemplificat de hominibus, & Commentator in Commentis 8. & 15. octaui Phyſicorum, & Themiſtius,ibi concordes dicunt,quòd voluntas noſtra eodem modo ſe habens, non poteſt in oppoſita.

Præterea ſi Ariſtoteles uoluiſſet uoluntatem liberam eſſe, quomodo poſſet dicere, quod virtutes & vitia ſint neceſſaria: & quod opiniones de neceſſitate reiterantur & mores?

Quare aut tenuit factum,aut ſibijpſi contradixit. Veruntamen quanquam, vt diximus, videatur difficile poſſe opinionem fidei ſuſtentare à contradictione: cò-

ne: conabor tamen pro uiribus ad oppoſita reſpondere. Quod ſi reſponſiones non ſatisfacient, propter hoc tamen non eſt à Fide diſſentientum. Noſter enim intellectus non poteſt in tam ardua penetrare. quare ſufficiat reuelatio & ſcriptura Canonica, quæ errare non poteſt: & fortaſsis, quòd alij dant vel dabunt reſponſiones meliores, quę penitùs ſufficient. Egò enim aliqua uidi, quæ fortaſsis ſunt pro reſponſione harum dubitationum. Nam formaliter hæc argumenta non uidi alicubi. Verũ quoniam talia mihi non ſatisfaciunt, & ſunt mihi admodũ obſcura, ideo nõ curaui neq; referre, neq; refellere. Accedamus igitur ad reſponſionẽ: & dico primo q̃d nihil imperfectũ debet Deo attribui, neq; aliqua pfectio à Deo remoueri debet: quoniã q̃uis iſtorum dato, non eſſet ſum̃è perfectus. Si nãq; aliquid impfecti Deo attribueretur, non eſſet ſumme perfectus. Nam ſummũ nõ pmittit ſecum remiſsionẽ & cõtrarium. Si etiã aliqua perfectio deeſſet, non omnem perfectionem haberet, ut de ſe notũ eſt.

Deum autem habere voluntatem inde terminatã, & poſſe habere aliquod uelle, quod non habet: uel aliquod perdere, quod habet, eſt Deum ponere ſummè imperfectum & negare ipſum Deũ eſſe. Nam quòd aliquis ſit indeterminatus de aliquo fiendo, hoc intelligi non poteſt, niſi ex aliquo defectu, ut puta ꝙ non benè conſuluerit, uel non bene intelligat fiendum, vel expectet aliquod, uel aliud huiuſmodi, quod Deo repugnat. Similiter, quòd iſtud, quod habet poſsit amittere, uel quod non habet acquirere, non eſt abſq; potentialitate, & carentia, quæ imperfectionem dicunt. Quare apud me impoſsibile eſt, Deum habere volũtatem indeterminatam, vnde Deus ab æterno omnia determinauerit: neq; poſsibile eſt, quòd Deus ab æterno omnia non determinauerit. Vnde omnia determinare, conſequitur neceſſario naturam Dei: ſicut ſapientia, bonitas, & ſic de ſingulis, conſequuntur Dei naturam. Dico tamen, quòd quamuis neceſſarium ſit, Deum ab æterno omnia determinaſſe, & omnia de termina-

terminata conſequi naturam ſuam: ſic tamen determinaſſe, non eſt neceſſariũ, neq; naturam ſuam conſequitur, quod ſic declaratur: quoniam proprie determinatio non reſpicit actionem ad Intra Non enim illa eſt voluntaria, ſed ad Extra tãtum. Nihil autem, quod eſt ad Extra, facit ad perfectionem diuinam. quare ſiue uniuerſum ſit, ſiue non ſit, nihil ad diuinam perfectionem. Vnde neq; addit, neq; minuit diuinę perfectioni. Vnde pro perfectione diuina nõ eſt neceſſarium vniuerſum eſſe: neq; ſi ſit vniuerſum, diuinæ perfectioni additur: neque ſi auferatur vniuerſum, eius perfectio tollitur. quare indifferens eſt uniuerſum ad perfectionem diuinam, neq; bonum, neq; malum eſt, niſi ut ſubiacet voluntati diuinæ. Vnde quanquam neceſſarium ſit uniuerſum eſſe, uel non eſſe: nulla tamen pars de per ſe eſt neceſſaria. Quo fit, cum nihil ſit, uel non ſit, niſi ex determinatione diuina, neceſſe eſt, determinaſſe vnam illarum partiũ. Sed non fuit neceſſarium ad iſtam, uel ad illam determinaſſe, niſi ſecundum ſuum be-

um beneplacitum: neq; quærenda eſt aliqua ratio, cur magis iſtam q̃ illam determinauerit, niſi quoniam ſic ſuæ volũtati placuit: ſicut etiam in multis actib9 voluntatis humanæ eſt uidere.

Iſtis igitur ſic acceptis ad obiecta reſpondetur.

Cum quęritur, an Deus de neceſsitate agit ad Extra? huic dicitur, quòd nõ abſolutè, vt patet per antedicta, ſed tantum ex pręſuppoſitione: quoniam ſic determinauit: & ſtante determinatione ſic neceſſarium eſt agere. & cum ulteri9 arguebatur, an iſta determinatio ſit neceſſaria? Huic dicitur, quod non.

Et cum poſtea inferebatur, eſt igitur contingens, quare indeterminata.

Huic dicitur, quòd iſta determinatio, non ideo dicitur contingens, quoniam poſsit non eſſe uel quoniam potuit nõ eſſe (nam æternaliter fuit, & æternaliter eſt, & æternaliter erit. Quare neq; poteſt neq; potuit neq; poterit non eſſe.) Sed prò tanto dicitur contingens, quoniam non repugnat oppoſitio talis determinationis eſſe. Vnde ſi determinaſ

ſet mun-

ſet mundum fore, nullum eſt conueniens. Secus autem eſt de ſapientia, bonitate, & ſic de reliquis. Si enim Deus nõ eſſet ſapiens, neq; bonus neque intelligens, non eſſet Deus, neq; aggregaret omnem perfectionem: aſt ſi non eſſet vniuerſum, non minus eſſet Deus. Veluti etiam fuit, antequã uniuerſum crearet: ante tamen quàm uniuerſum crearet, erat ſapiens; bonus & huiuſmodi. Fortaſsis autem & non inconueniret, quòd ex quo determinatio intelligitur procedere à uoluntate diuina. Intelligitur ergo ut cauſa determinationis ipſa voluntas: cauſa autem intellectu præcedit cauſatum.

Vnde pro illo priori naturæ non inconuenit Deum intelligere vt habentem voluntatem indeterminatam: ſed quoniam ex parte rei uoluntas nunquam poteſt eſſe indeterminata, èt ipſe à nullo accipit iſtam determinationem, ſed à ſe, quòd de nullo agente creato dici poteſt: quoniam tota eſſentia rei in eſſe & in operari dependet à creatore, ideo hoc nullam arguit imperfectionẽ in Deo.

in Deo. Sic enim dicimus, intellectum præcedere uoluntatem in Deo, & ſapientiam & amorem. Si autem dicatur, etiam nunc Deus ſecundum iſtam reſponſionem poſſet habere vnum uelle, quod nunquam habuit: quoniam uelut ti in illo priori eſt indeterminatus, & poſtea fit determinatus, quare igitur nunc & non poteſt eſſe indeterminatus, & poſtea determinatus? Huic dicitur, quod iſtud eſt impoſsibile, & primum eſt verum: quoniam ſi de nouo uellet, cum ab æterno iſtud non habuit, realiter mutaretur: & non ſolum ſecundum noſtrũ intelligere. non ſic autem eſt in primo. nunquam enim Deus eſt indeterminatus ſecundum rem. Nam veluti homo pro aliquo priori intelligitur vt animal & non ut rationale ſecũdum rem: tamẽ non poteſt eſſe animal, & non rationale. Ita & Deus poteſt intelligi, vt in aliquo indeterminatus, non tamen ſecundum rem poteſt eſſe indeterminatus. Vnde & per hæc ad ſecundam dubitationem reſpondetur, cum quæritur an Deus poſsit aliquid facere, quod ab æterno

terne non determinauit facere? dico, quòd non. Et cum dicitur, Theologi communiter dicunt oppoſitum, dico, quod dictum uerorum Theologorum benè intellectum eſt uerum. Intelligere enim quantum eſt ex potentia Dei nō cointellecta determinatiōe, & hæc nos concedimus. Nihil enim repugnat diuinæ potentię, ſi Deus alios faceret mundos uel plures, quod communiter dicitur de potentia abſoluta: ſed cointellecta determinatione, nequaquam, quod communiter dici ſolet de potentia ordinaria, quæ vera & realis eſt potentia. Illa autem abſoluta potentia eſt quædā non repugnantia, ut dictum eſt. Vnde & per hęc patere poteſt ad ea quę adducebantur per Ariſtotelem, quòd Deus non potuit incipere mundum. Ad primum dicitur, quòd Deus contingenter agit, id eſt, non repugnat ipſum nō agere, tamen de neceſſitate agit ex pręſuppoſita determinatione. An verò determinatio ſit cōtingens uel neceſſaria, dictum eſt ſupra. Ad ſecundum, conceditur, quod factio mundi eſt aduentitia

Deo:

Deo: neque aliquid releuat Deo: ſicut non factio aliquid diminuit à perfectione Dei, imò dicere oppoſitum eſt inſania, ſcilicet quòd neceſſario procedat à Deo: ſic enim Deus non poſſet eſſe ex ſe perfectus. Quod ſi dicatur, tunc Deus non eſſet bonus in actu, quoniam in actu non communicaret ſuam bonitatem. Bonum enim in actu eſt communicare in actu, dico, quod bonum creatum non eſt actu bonum, niſi actu communicet extra ſe: quoniam tenetur ad hoc, & alio indiget: bonum autem increatum nullo indiget, & nemini tenetur. Quare ſufficit communicatio tribus perſonis. Ad alia verò quæ adducebantur, uidelicet, ſi poteſt uelle & nolle eſſet indeterminatus: & ſic cũ habet uelle, poteſt nolle, mutaretur, & eſſet in potentia, dico, quod Deus non dicitur aliquod poſſe uelle & nolle, quare de facto ſit indeterminatus: neque quia habens uelle poteſt habere nolle: neq; Deus poteſt aliquid de nouo velle, ſed pro tãto apud me ſic intelligitur, quod quacunq; parte cõtradictionis data abſolute, non

te non repugnat uolūtati diuinæ, & de potentia abſoluta, ſed repugnat de potentia ordinaria. Vnde ſecundum rem Deus nihil poteſt uelle uel nolle de nouo. Scio aliquos uiros doctiſsimos tenere oppoſitum: mihi tamē uidetur impoſsibile aliter eſſe. Vnde illę diſtinctiones de ſenſu compoſito & diuiſo mihi videntur inuolutiones & ludi puerorū: nihil tamen temerè affirmo.

*Caput quintum, in quo ponitur communis opinio de Prædeſtinatione, quid ſit, propter quid ſit, & quomodo ſit.*

Viſo, an Deus contingenter agat: & ſi agit, quomodo agit, reſtat modo uidere ſecūdum propoſitum de Prædeſtinatione. Nam quanquam, ueluti dictū eſt, apud alios nulla prorſus ſit mentio de Prædeſtinatione, tñ ſecundum Chriſtianos conſideratio de Prædeſt. coniuncta eſt cōſiderationi de Fato. Nam vt uidebitur, Prędeſtinatio nō eſt ſine ꝓuidentia Dei: Prouidentia aūt ponitur in diffinitione de Fato.

Quarę

Quare conſideratio de Prædeſtina-tione cõſiderationi de Fato annexa eſt. Vt igit̃ intelligat̃, q̃d ſit Prędeſtinatio, ſcire oportet, vt communiter dicitur à Theologis, & pręcipue à diuo Thoma in prima parte Summę in quęſtione 23. per multos articulos Quod & innumeris alijs locis repetitur ab eo, videlicet ꝙ Deus uolens oſtendere ſiue manifeſtare ſuam perfectionem, cum creatura æquari non poſsit creatori, neq; vna creatura poteſt mõſtrare creatoris perfectionem: ideo Deus diuerſas creaturas creauit, vt magis ſua perfectio mõſtraretur. Quare multa fecit incorruptibilia, vt angelos, & corpora cœleſtia: & multa corruptibilia, ut quę ſunt ſublunaria. Inter autem iſta corruptibilia pręcipuum eſt homo, in quem oĩa corporalia ordinauit. Homini aũt Deus duos dedit fines, unum naturalem, alium uero ſupra naturalem. Naturalis autem finis hominis eſt Dei intellectio, quę per naturalia haberi poteſt. Supernaturalis aũt eſt eiusdem Dei intellectio. Sed longe excellentior prima: ad quam peruenire nõ poteſt,

poteſt, niſi per ſupernaturalia, & p Dei gratiam, ſecundum particularem influxum. Quemadmodum autem in uniuerſo non debet eſſe tantùm vna creatura, quę perfectionem Dei manifeſtet, ſed multæ debent eſſe creaturæ: ita in natura humana non tantùm debet eſſe vnus modus manifeſtandi Dei perfectionem. Vnde ſecundum aliqua reperta in hominib9 manifeſtatur miſericordia eius ſecundum aliquam iuſtitiam, vt puta, cum miſeretur peccatoris pœnitētis manifeſtatur miſericordia, cum punit peccatorem non pœnitētem, manifeſtatur eius iuſtitia. quo fit, quòd cũ aliquibus det gloriam, aliquibus uerò miſeriam, quæ omnia oſtendant eius bonitatem. Aliquos igitur tollit, & deſtinat in gloriam, eis gratiam conferendo. Ex ſe namq; ad gloriam moueri nõ poſsit, cum finis illæ excedat uires naturæ. Nam ueluti ſagitta ex ſe non poteſt ire in terminum pręſignatum à ſagittãte, ideo dirigitur à ſagittante, & mittitur in pręfixum terminum: ſic pariter homo, cũ ex ſe non poſsit tendere ad bea-

titudinem ſupernaturalem,ideo ſi ad il-lam tēdere debet,oportet ab aliquo mit ti. Quare nihil aliud eſt prędeſtinatio, niſi miſsio æternę uoluntatis humanę creaturę ad ipſam beatitudinem: & in hoc monſtratur perfecta Dei uirtus & dilectio ad hominem: quoniam autem habet & iuſticiam ſecundum quam de-linquentes puniuntur. non punitur au tem quòd non peccat,ideo Deus relin-quit multos peccare, ut eis ſua reluceat iuſticia. Sicuti igitur prędeſtinatio eſt miſsio creaturę, ut ei det gloriam, ita re probatio eſt dimiſsio & derelictio crea turę,ut ex eius peccato eum puniat, & diuina iuſtitia appareat. quod totum ui detur dici per Apoſtolum ad Rom. 9. di centem: volens Deus oſtendere iram et vindictam iuſticię,& notam facere po tentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patien tia uaſa iræ apta in interitum, vt oſten-deret diuitias gloriæ ſuæ uaſa miſericor diæ,quæ præparauit in gloriã, & 2. Tit. 2. In magna domo non ſolum ſunt ua-ſa aurea & argentea, ſed etiam lignea & fictilia,& quædã in honorem, quæ-

dam in

dam in contumeliam. Dicit & idem diuus Thomas, quòd prædeſtinatio eſt actiua in Deo. Paſsiua autem, quæ nihil aliud eſt, quàm executio actiuę prædeſtinationis in prędeſtinato. Additur & tertio, cum Deus intra dictam aliquos prædeſtinet, aliqs uerò reprobet (hoc autem eſſe non poteſt abſque electione & renuitione) ideo prædeſtinatio præſupponit electionem: verum cum bonum eligitur & malum renuitur. Volũtas autem Dei cauſat bonum: renuitio vero malum. Ideo primo Deus prædeſtinatum amat, & poſtea eligit: reprobatum uerò non vult, & poſtea renuit. quod econtrario accidit in nobis. nam prius eligimus, & poſtea deligimus: quoniam uolũtas noſtra non cauſat bonum. Quare bonum electioni præſupponitur, & delectio electioni. Dicit & quarto, quod cauſa prædeſtinationis in vniuerſali, quo ad effectum, nulla poteſt eſſe ex parte noſtra, ſed ut ſic prędeſtinationis cauſa eſt diuina bonitas, in particulari: tamen quoad effectum dicere poſsumus, quod prior eſt cauſa, po

ſterioris in genere cauſę materialis, & poſterior cauſa prioris in genere cauſæ finalis. Veluti dicamus, quòd Deus prçordinauit ſe daturũ alicui gloriã ex meritis, & prçordinauit ſe alicui daturum gratiam, vt mereretur gloriam. Dicit & quinto, Prędeſtinationem de neceſsitate imponere, vt effectus ineffabiliter ſiue de neceſsitate ueniat: ex quo ſextum inferri poteſt, quòd numerus Prędeſtinatorum non tãtum eſt certus formaliter, uerum & materialiter, ſic q́d ſuppoſito, (exempli gratia) quòd ſalui erunt mille, Deus certe ſcit & infallibiliter, quod non erunt neq; plures neque pauciores: & non tantum quod erunt mille determinatè, ſed quod erunt Socrates, & Plato: & ſic de reliquis, uſq; ad mille, quanquam nos in uia ſecundum ueriorem ſententiam neſciamus iſtum numerum, neq; qui ſunt uel futuri ſunt determinatè. Septimo & ultimo dicit, quod in ipſa Prædeſtinatione duo ſunt conſideranda, ſcilicet ipſa Prędeſtinatio & effectus: & quantum ad primum, ipſa præordinatio diuina precibus ſan-

ctorum

ctorum iuuari non poteſt: effectus aũt diuinæ prgordinatiõis ſanctorũ præci-bus iuuari poteſt, & aliјs bonis operi-bus: quoniam prouidentia eius cuius prędeſtinatio eſt pars, nõ ſubtrahit cau ſas ſecundas, ſed ſic prouidet effectus, vt & ordo cauſarum ſecundarum ſubij ciatur. Sicut igitur nunc prouidentur naturales effectus, vt etiam cauſę natu rales ad illos naturales effectus ordinã-tur, ſine quibus illi effectus non proue-nirent: ita prędeſtinatur à Deo alicuius ſalus, vt etiam ſub ordine Prędeſtina-tionis cadat, quicquid homines ꝓmo-uet ad ſalutem, uel orationes proprię, uel aliorum, uel alia bona, uel quicquid huiuſmodi, ſine quibus aliquis ſalutẽ non conſequitur. Vnde prędeſtinatis conandum eſt ad bonum operandum uel orandum: & per huiusmodi prędę-ſtinationis effectus certitudinaliter im-pletur: ꝓpter quod dicitur ſecunda Pet. primo: Satagite, vt per bona opera cer-tam uocationem & electionem faciatis Hæc ſunt, quę ſub compendio de Prę-deſtinatione dicuntur à diuo Thoma,

imò quaſi communiter ab omnibus ſic tenetur. quare quoniam ſpecie eſt alijs clarior,& communior,ideo eius ſententiam apponere uolui. Fortaſsis enim,ſi vniuscuiusque dicta vellem recenſere, faſtidium generaretur.

*Caput ſextum, in quo mouentur quædam dubitationes aduerſus dictam opinionem.*

PErcelebre diuulgatumq́ eſt, præcipuè apud homines diui Dominici, diuum Thomam habuiſſe à Redẽptore multis ueraciter audientibus, & non Phantaſticè, omnia quæ per eum Thomam ſcripta ſunt,quæ attinent ad Theologiam,veriſsima eſſe & recte declarata. Quod ſi uerum eſt, nihil eſt, quòd in dictis his de Prædeſtinatione dubitẽ. Nã quanq́ mihi falſa & impoſſibilia eſſe videantur,imò deceptiones & illuſiones potius quã enodationes: tamen,ut inquit Plato,impium eſt,dijs & eorũ filijs non credere,etſi impoſsibilia uideantur dicere: & iuxta Apoſtoli ſententi-

ſententiam, oportet captiuare mentem noſtram in obſequium Chriſti. Verùm, ſiue hoc quod de eo fertur, verũ ſit, aut non uerum, adducam tamen in mediũ nonnulla quę mihi in his dictis à Thoma magnam dubitationẽ ingerunt: ſpero'que multos ei⁹ doctrinæ imitatores fore (nam innumeri ferè ſunt uiri clariſsimi in ea ſecta) qui mihi has dubitationes enodabunt, mẽtem'que meam omnĩ ignorantia purgabunt: nam intellect⁹ morbi ſunt ignorantia & error. Prima itaque dubitatio eſt de illo, in quo & ab ipſo et cõmuniter ab alijs dicitur, in vniuerſo oportere eſſe diuerſa, & præcipuè in genere humano, ut magis Dei uirtus manifeſtetur. Nã ſi tãtũ eſſent boni, & nullũ eſſet peccatũ in hominib. non fulgerent miſericordia & iuſtitia in Deo. Quæritur igĩ, nũquid uniuerſitas creaturarũ adæquatur uirtuti & potentię diuinę, ſic quod creaturę manifeſtent totĩ potentiam Dei, aut non manifeſtent? Primũ ſecũdũ poſitionẽ non uidet̃ dici poſſe: quoniã creaturarũ uniuerſitas finita eſt Dei aũt potentia & pfectio iſinitę ſunt.

 Quod

Quòd igitur opus eſt miſericordia & iuſtitia: quandoquidē propter eius additionem non completur manifeſtatio diuinę potētię? Minus enim eſt, quàm ſi toti uniuerſo adderetur granum ſinapis. Quare ſicut his exiſtentibus, quę nunc exiſtunt, non perfecte manifeſtatur diuina potentia: ita etiam ſi non eſſent miſericordia & iuſtitia, neque plus neq; minus manifeſtaretur cōplete diuina potentia, q̄d & confirmatur: quoniam mirum eſt, cum Deus ſit infinitę perfectionis, & infinitę perfectionis effectum & intenſiuè & extenſiuè Deus poteſt facere, quā ſit totum uniuerſum, ſaltem ſyncathegorematicè intelligendo infinitum, quod Deus tam infimam perfectionem ad ſui manifeſtationem fecerit. Quod ſi dicat, quod ex his quæ Deus fecit, oſtenditur eius infinita perfectio, ut de mūdi creatione dicitur ab ipſo Thoma, quoniam creatio non poteſt eſſe niſi à potentia infinita & impij iuſtificatio, & de multis alijs, quę longum eſſet enarrare. Quare ſic operando manifeſtatur eius potentia infinita.

Certe

Certe hæc reſponſio uidetur ſeipſam interimere: quoniam ſic dicendo non oporteret tãtum multiplicare creaturas & perfectiones; quoniam ſola creatio ſufficeret. Illa enim oſtentat infinitam perfectionem Dei. Infinito autem non datur maius: quare non minus manifeſtatur Dei potentia in creando pulicem quàm in creando totum uniuerſum: ſiquidem in creando pulicem oſtenditur infinitas Dei. Vnde, ut exiſtimo, Peripateticis nõ placuit ponere Deum eſſe infiniti uigoris: quoniam non eſſet ratio. quare pręter hoc uniuerſum non eſſent infinita alia uniuerſa & non poſſet aſsignare perfectiſsimam creaturam, et multa alia quę Philoſophię Peripateticę repugnant. Vnde plusquam uoluntarie uidetur eſſe dictum, ſi ultra hoc vniuerſum in infinitũ perfectius poteſt Deus facere. Quod tamen pro ſui manifeſtatione fecit hoc vniuerſum. Nam veluti deductum eſt, & ſi fuiſſet unum uniuerſum in duplo perfectius magis manifeſtaſſet: & ſic ulterius aſcendendo. & ſic hoc uniuerſum ſufficit ad ma-

nifeſtandum eius infinitatem, ſuffeciſſet etiam & creatio unius pulicis, & iuſtificatio impij, & ſic de reliquis.

Secunda dubitatio eſt, quoniam dicitur, cum Deus uoluerit ſuam iuſtitiam & miſericordiam manifeſtare, fuit neceſſe permittere peccata multa fieri, & tot ſacrilegia & ſcelera, qualia conſpicimus.

Verum iſtud dictum non minorem impietatẽ uidetur ſapere dictis Stoicorum, qui ponunt, peccata eſſe per Dei impulſionem, imò longe deterior uidetur iſta poſitio opinione Stoicorum. Si namq; Deus uult miſericordiam & iuſtitiam, cum iſta fieri non poſsint abſq; peccato (nam ſunt media eſſentialia ipſa peccata ad iuſtitiam & miſericordiam, ut dicebatur, volensq; finem de neceſsitate uult ea quę ſunt ad finem, ſi finis ille intelligatur non poſſe eſſe absq; illis medijs. quo fit, vt proculdubio Deus velit peccata eſſe, ſed volens peccatum peccat, quare Deus peccabit: & ſic argumentũ aduerſus Stoicos et ſuũ autorẽ. Amplius, delinquentes ſunt ab

eterno

ęterno re℘bati à Deo, ſtãte reprobatione, impoſsibile eſt, eos non peccare. Peccatum igitur eſt de neceſsitate et inuitabile: et ſic Deꝰ puniet de eo quod euitari non potuit: & ſic uolens facere Deum iuſtum, fecit iniuſtiſsimum, et faciens miſericordem, facit crudelem. Et ſi dicitur, prędeſtinatio et reprobatio non ponũt neceſsitatem prædeſtinatis et reprobatis, ſed proh Deus ĩmortalis, quę eſt hęc inuolutio ſiue deluſio? Si eñ re℘batus nõ neceſſario peccabit poteſt igitur nunꝗ̃ peccare, prędeſtinatus poteſt peccare. Si itaq; reprobatus poteſt non peccare, nõ peccãdo nõ eſt manifeſtatio miſericordię & iniuſtitiæ Dei. Poteſt igitur reprobatus fruſtrare Deũ à ſuo fine intento, uidelic. à miſericordia & iuſtitia, quod eſt impium: & ſic prædeſtinatus poteſt fruſtrare Deũ à manifeſtatione gloriæ. Sed forte dicetur, quod reprobatꝰ in ſenſu diuiſo poteſt non peccare, & prædeſtinatus peccare, nõ in ſenſu cõpoſito. Sed certe oĩ paſsione ſemota, nónne iſtæ uidentur eſſe illuſiones & apertę pueriles nugę?

Nam,

Nam, veluti dictum eſt in parte prę-cedente, ſi ab æterno iſte, vt puta Socrates, fuit reprobatus, ipſa actu eſt reprobatio. Si autem Socrates poteſt nõ peccare, vt non peccat, non eſt reprobatus pro tempore pro quo non peccat: non tamen poteſt eſſe, quin nunc & in æternum non fuerit reprobatus. Aliter enĩ, futurum poſſet in prętęritum & in præſens: & ſic poſsibile eſſet, quòd ea quæ fuerunt, non fuerunt: & quę nunc ſunt, non ſunt, quod eſt inintelligibile. Vt namq; dicitur in fine primi de Cœlo & mundo: Potentia non reſpicit prętęritum, neq; pręſens, ſed tantum futurum. Vnde q̃d dicitur de ſenſu cõpoſitionis & diuiſionis magis eſt ad oppoſitum, quàm ad propoſitum: quoniam ſi id quod ſedet, poteſt in futurum currere, & non poſsit ſimul currere & ſedere, id tamen quod ſedet nunc, quanquàm in futurum poſsit currere, non poteſt tamen eſſe, quin nunc actu non ſedeat: & ſi currit, mutatio erit de ſeſsione ad curſum. Quare ſi Deus ab æterno reprobauit Socratem, & nunc actu reprobat, ſi Socrates

Socrates poteſt non peccare, non poteſt tamen facere, quòd ab æterno non reprobauerit, & nunc non reprobet: & ſi non peccabit Socrates, Deus ex reprobante fiet non reprobans. Quare Deus mutabitur, quod eſt impoſsibile. Idem per totum dicatur de Prædeſtinato, ſi prędeſtinatus poteſt peccare. Præterea ineuitabile eſt ſecũdum iſtum modum dicendi, quòd Deus non dederit peccatoribus potentiam peccandi, & tot inducentia ipſos ad peccata, niſi ut cadãt in peccata. Quod lõge iniquius eſt poſitione Stoicorum. Nam Stoici dicunt, hoc ideo facere Deum: quoniã ſic exigũt neceſsitas & natura. Ideo natura fati ſecundum hãc opinionem eſt ex malitia Dei, & poſſet aliter facere, & non vult. At ſecundum Stoicos non poteſt aliter fieri. Vnde opinio iſta longè uidetur deterior opinione Stoicorũ: quod & dicitur de prędeſtinatis, quòd primo amat, ſecundò eligit. Reprobati aut primum odio habentur, deinde renuũtur. Certe iſtud eſt ponere homines in extremam deſperationem, & prouocare

omnes

omnes homines ſiue prędeſtinatos ſiue non prędeſtinatos, ad uitia & flagitia. Vnde hoc eſt magnũ patrociniũ flagitioſorum hominum. Si namq; Deus peccatores ab æterno odit & renuit, impoſsibile eſt eos non odiſſe & renuiſſe: ipſis autem ſic odio habitis & reiectis, impoſsibile eſt eos non peccare, & affici extremo ſupplicio. Quid ergo relinquitur, niſi maxima crudelitas & iniuſtitia in Deo: & quòd ipſi Deum blaſphement & oderint. Quare deſtinati non ſaluabuntur omnino, niſi præteritum poſsit non eſſe pręteritũ: & quod prędeſtinatus non fuerit prędeſtinatus Quod & ulterius dicit poſitio, quod p̄deſtinationis quo ad effectũ in uniuerſali nulla ſit cauſa, ſed quod in particulari: quoniã mœreatur, ideo dat gloriã, & ut mœreatur, dat gratiam, quid eſt aliud dicere, niſi quod quoniam peccauit, afficit ultimo ſupplicio. Ideo autem peccauit, quoniã derelictus eſt à Deo: quoniam Deus eum odio habuit. Quare vltimo affectus eſt ſupplicio: quoniam voluit ſic. Ex voluntate enim Dei

ſequitur

ſequitur tota illa ordinatio, ſicut ex voluntate Dei ſequit̃, quod alicui dat gloriam. Noſtrũ igitur non eſt bene ſiue recte operari, & non recte. Intricationes autem de ſenſu cõpoſito & diuiſo, & neceſsitate cõſequentiæ & cõſequẽtis non enodant uel ſoluunt, uerum inuoluunt & ligãt hominum mentes, ut magis autoritate uel mẽte, vel quouis alio eiuſmodi quieſcant, quàm mentes illuſtrentur. Quod & ulterius dicũt, prędeſtinationẽ & reprobationem eſſe certiſſimas, eſſe tamen in poteſtate prędeſtinati & reprobati peccare & non peccare. Neſcio aũt, quid inintelligibilius dici aut excogitari poſſet. Aut enim ſaluari & damnari ſunt naturæ contingentis ſiue neceſſarię. Si neceſsarię, quomodo igitur eſt in poteſtate p̃deſtinati uel reprobati ſaluari uel dãnari. Nã 3. Ethico. & 8. Meth. impoſsibilia et neceſſaria nõ ſunt in poteſtate noſtra: ſi uerò ſunt naturæ cõtingentis, quomodo poſſunt cadere ſub certitudine & ineuitabilitate? Ineuitabile eſt enim, ꝙ nõ poteſt aliter eſſe: cõtingẽs uerò, q̃d poteſt aliter eſſe.

Sic

Sic enim & impoſsibilia ſciri poſſent à Deo. Quod aũt per eum, & Boethiũ dici conſueuit in 5. de Conſolatione, ꝙ relata in Deum ſũt neceſſaria, relata ad nos, ſunt contingentia, veluti cęcum il luminari, relatum in naturam eſt impoſ ſibile, relatum in Deum eſt poſsibile. Hoc enim quanquam ab ipſis non di- catur, fortaſsis in manifeſtationem illiꝰ uidetur conuenire. Certè iſtud eſt inin= telligibile: quoniam ſi ad ſalutem So- cratis concurrit Dei ſcientia, tanquam cauſa tam neceſſaria, imò Dei prædeſti- natio, quod addit uelle ad ſcientiã, con currit & uoluntas contingens Socratis aut iſtæ cauſæ cum ſint contrarię ſunt æque potẽtes, aut niꝗꝫ potẽtes. Si æꝗꝫ potentes, effectus nõ producetur, imò neꝗꝫ ꝑduci poteſt: quoniam ſic aliquis effectus eſſet, qui neꝗꝫ eſſet neceſſarius neꝗꝫ contingens, quod eſt impoſsibile. Si non ęque potentes, tunc una uincet alteram. Aut igitur uere erit contingẽs, & ſic non poterit ut ſic eſſe determina= tus: aut uere neceſſarius, & ſic cauſa cõ- tingens non poterit attingere illum ef-

fectum

fectum contingenter; quod & confirmatur: aut igitur cauſa neceſſaria & certa agit ſine contingenti cauſa ad hunc effectum, aut contingens ſine neceſſaria, aut neutra ſine alia. Si det aliquod primorum membrorum, aut igitur erit ſimpliciter neceſſarius, aut ſimpliciter contingens. Si detur tertium, oportet vnam modificare alteram: aut igitur neceſſaria modificat contigentem, & ſic erit effectus neceſſarius: aut contingẽs neceſſariam, & ſic erit effectus contingens. Quod autem illæ cauſæ ſint contrarię, uel habent diuerſum & oppoſitũ modum agendi, patet: quoniã vna certe & ineuitabiliter agit, alia uero modo oppoſito. Quod autem dicitur, quod in ordine ad naturã impoſsibile eſt cæcum illuminari, in ordine uero ad Deũ eſt poſsibile. Huic dicitur, quòd eſt uerum, quod dicitur, ſed non eſt ad ꝓpoſitum: quoniam cæcum illuminari abſolute non habet repugnantiam ex terminis. Si enim haberet, Deus non poſſet illuminare ipſum, vt notum eſt: aſt contingens eſſe ineuitabile & certũ ha-

bet repugnantiam ex terminis. Amplius, quando Deus illuminat cæcum, obedit natura, & agit Deus, & nihil cōtrà reſiſtit operationi Dei. Aſt quod Deus uult iſtum eſſe ſaluum, & tamen iſte poteſt contrà operari, huic uoluntati eſt repugnantia reſpectu eiuſdē. quare erunt uoluntates oppoſitæ. Quod ſi recurratur ad confugium de ſenſu cōpoſito & diuiſo, ſatis oſtenſum eſt, illud eſſe ridiculum & inualidum. Non enim illud eſſe poteſt, niſi ſit potentia ad præteritum, & quod in Deo cadat nouitas & mutatio. Quod etiam vlterius dicebatur de illa certitudine quo ad numerū & quo ad ſuppoſita illi numero, ſic quòd tot erunt, & neq; plures neq; pauciores eſſe poterūt, neq; alij quo ad ſuppoſita ab illis quos Deꝰ prędeſtinauit. Neceſſe eſt igitur, tantum illos fore ſaluos: impoſsibile eſt igitur alios ſaluari. Reprobati igitur ſaluari non poterunt. Cauſa autem reprobationis eſt ipſe Deus per conceſſa: quoniam Deus odio illos habuit, ſicut dicitur de Eſau. Iniuſtè igitur illos Deus puniet: quandoquidē non pec=

non peccabunt ex Libero arbitrio, ſed ex neceſsitate. Omne autem cõfugium eſt ad illuſionem de ſenſu cõpoſito & diuiſo. Quod quantum ualeat, ſatis viſum eſt. quod etiam vltimo addebatur, an prædeſtinatus precibus ſanctorum adiuuetur, & ſimiliter reprobatus? ſcilicet quod preces ſanctorum quoad prædeſtinationem ſecundũ ſe nihil poſſunt ſed tantum ſecũdum effectum, per quẽ te Deus ordinauit iſtum adepturũ gloriam talibus precibus, vel bonis operibus, uel quouis alio. Certe ſic dicere, eſt dare viam ſoluendi ad omnes rationes quas Thomas & cæteri faciunt aduerſus Stoicos, imò quas facit ipſe Ariſtoteles in fine 1. Perihermenias. Dicit enim, quòd conſultationes eſſent vanæ, quòd nihil faciẽt ad vtilitatem vtrumlibet nihil eſſet à caſu. Verum admiſſo iſto modo reſpondendi, omnes rationes Ariſtotelis ſoluuntur: quas tamen Thomas ipſe vbiq; magnificauit. Argumentatur enim ſic Ariſtoteles: ſi omnia fato fiunt, cõſultatio eſt vana: quoniam ſiue conſultet ſiue non conſultet, non

minus fiet. Dico negando conſequentiam: quoniam Deus ordinauit, quod iſtud fiat mediante conſultatione, & non minus conſultatio cadit ſub fato, quàm effectus cōſultationis: quoniam & ipſe Thomas reſpondit, quòd preces ſanctorum uel aliorum ſunt neceſſariæ quoniam cadunt ſub prędeſtinationē, veluti & ſalus cadit ſub prædeſtinationem: & ſicut dictum eſt de hoc, ita et de reliquis ibi adductis per ipſum Ariſtotelem. nam & Thomas ſic dicit, quòd ſicut cœlum producit Socratem mediante homine, & ignis calefacit mediante caliditate, & ſic ordinauit Deus: ſic etiā Deus ordinat, vt iſte ſaluetur mediantibus iſtum precibus. Vnde in primo lib. in ſaluando Stoicos dedimus conſimiles reſponſiones. Quo fit, vt Chriſtiani conſimiliter reſpondeant, ſi iſtę ſunt veræ reſponſiones, nihil plus faciunt, niſi quòd cum maxime nituntur deſtruere Stoicorum opinionem, maxime eā corroborant & conſtruunt & manifeſtant illam opinionem eſſe ueram: & quod aliter dici non poteſt, ſi teneamus Deū inferio-

Inferiorum habere prouidentiam: imò quod magis eſt, videtur quòd longe ſit melior Stoicorum opinio Chriſtianorum opinione. Primò, quoniam expeditior eſt, & non habet inuolutiones & illuſiones, quæ ponuntur in opinione Chriſtianorum, vt de ſenſu compoſito & diuiſo, de neceſsitate conſequentiæ & conſequentis: & quod Deus poteſt mutari, & multa alia ſuperius adducta. Secundò, quod ſecundum Chriſtianos ſtantib. reſponſionib. datis, Deus uolũtarie facit malum. at Stoici ponunt, ꝙ ex neceſsitate naturę. vnde certe hic nõ me pigebit ponere vnum exemplum, quod intellexi in adoleſcentia mea à viro doctrina & moribus clariſsimo Petro Roccabonella meo præceptore in Medicina. Hic uir certe fide dignus, referebat ſe Venetijs uidiſſe, quod cum quidam prędicator Venetijs prædicaret de hac materia, videlicet de Prædeſtinatione, & inter plurimos auditores eſſet vnus frater ordinis Ieſuatorum, qui per multos annos profecerat in religione: cũq; auditis argumentis intellexiſ-

ſet has reſponſiones. quę communiter dari ſolēt, ſtatim abiecit habitum ſuum, & pedibus conculcauit, & religionem reliquit. Interrogatus autem de nouitate, dixit: Quid ego ſcio, an Deus me dilexerit uel odio me habuerit ab æterno? neq; ſcio, quod per Petrum dicitur, videlicet: Satagite, vt per bona ueſtra opera certam ueſtram uocationem & electionem faciatis nam neſcio, an me uocauerit uel non vocauerit? Quare cum tot ieiunia fecerim, totq; mala perpeſſus ſim, neſcioq;, quid Deus de me decreuerit, malo bonum certum, quàm malũ vel bonum incertum: vnde uolo uiuere melius, quàm poſſum. Quare dico, ſi iſtę reſponſiones communes ſunt uerę, certe eſt ponere homines in extremam deſperationem & patrocinium uirorũ malorum, & pigritare homines, et ipſos facere incertos, & multum ſuſpenſos.

*Caput ſeptimum, in quo ponitur alius modus Prædeſtinationis.*

Addu-

Adductis igitur huiuſmodi dubitationibus, quę mihi magnam inferunt difficultatem aduerſus ea, quæ cõmuniter de Prędeſtinatione dicunt, volo hic ponere noſtrum modum conformem prioribus dictis: cui tamen firmiter nõ adhæreo, donec per Theologos approbatos declaratum ſit, an hic modus ſtare poſsit, & conueniẽs ſit dictis Eccleſiæ. Si namq; declarabitur, quòd modus iſte repugnet religioni Chriſtianæ, eum ex toto abijcio: & ſiue ſolutiones, quæ dabuntur, noſtris dubitationibus ſatisfacient mihi, ſiue nõ ſatisfacient mihi, non minus determinatis pęr Eccleſiam adhęreo. Oportet enim redigere mentes noſtras in captiuitatẽ & obſequium Chriſti, ſecundum Apoſtoli ſententiam. Si uerò determinabitur, quod modus iſte non repugnet Eccleſiæ, & conueniat dictis eius, indubitanter iſti modo aſſentio: quoniam non uideo, quomodo aliter poſsit ſatisfieri ad dictas dubitationes. Dico igitur, q̃ Deus ab æterno voluit producere hoc vniuerſum, quod videmus: non tamen

pro æterno, ſed pro nouo, veluti Eccleſia determinat. Sicuti autem de ratione hominis eſt habere omnia membra requiſita ad hominem, de quibus Philoſophi determinant: ſic de ratione uniuerſi eſt habere propriam formam & ꝓpriam materiam, & omnia quę in eo reperiuntur, ſaltem quoad ſubſtantiam et per ſe accidentia ipſarum ſubſtantiarũ. Vnde ſi deeſſet materia vel forma, uel ambo, non eſſet uniuerſum: veluti ſi homo non haberet formam uel ſuam materiam uel neutrum, non eſſet homo: & ſi vniuerſo nõ eſſẽt omnes ſpecies ſubſtãtiarum cum ſuis per ſe accidentibus, non eſſet vniuerſum completum & perfectum, veluti ſi eſſet homo ſine manu uel pede, quanquam eſſet ſubſtantialiter homo, non eſſet tamen perfectus & cõpletus homo, ſed eſſet homo mancus. Quare ſi vniuerſo deeſſet aliqua ſpecierum ſubſtantialium, non eſſet cõpletum vniuerſum. Deus igitur ab æterno volens facere vniuerſum integrum, fecit ipſum cum ſua forma & ſua materia, & omnibus partibus integrantibus ipſum.

ipſum. Quare in vniuerſo ſunt & perfectiſsima creatura ſecundum actum, & imperfectiſsima & media. Sunt & neceſſarium & contingens, ſunt liberum & non liberum. Vnde ex natura perfectionis uniuerſi eſt, vt aliqua non ſint Domini ſuorum actuũ, aliquando ſint, quę ſuorum actuum habeant dominiũ. Niſi enim eſſent hæ duę naturæ in vniuerſo: aut certe nõ eſſet uniuerſum, aut ſi eſſet, eſſet natura mancum & truncatum. Quare cũ Dei opera ſint perfecta, conueniens eſt aut neceſſarium, quòd in vniuerſo ſit natura libera: & quanq; libertas uniuerſaliter uideatur conueni re cuiq; naturę intellectuali, tamen non intendimus in propoſito, niſi de libertate voluntatis humanę, quę poteſt peccare & non peccare. Deus enim eſt relegatus à tali libertate, cum dicat defectũ. Angeli autem ſui ſecũdum catholicam ſentẽtiam aut ſunt confirmati in bono, aut ſunt confirmati in malo. quare ſoli homini ſecũdum actum eſt datum poſſe in vtrumq;, videlicet in peccatum & in virtutẽ. Conſtituit ergo Deus homi-

nem natura peccabilem, & poſſe etiam à peccato ſe cauere. Quare cum homo ſit medium inter deos & beſtias, & habeat poteſtatē fieri ſimilis Deo p̄ uirtutes, & fieri ſimilis beſtijs per uitia, imò et plantis et ipſis inanimatis, veluti aliâs diximus in noſtris Tractatib. de Immortalitate animę, et de Incantationib. Dicimus et ulterius, quod quanquam Deus condiderit hominē, vt poſsit peccare et non peccare, fieri Deum et fieri beſtiā, nullo tamen modo concedimus, Deum homini dediſſe potentiam peccandi, vt peccaret: neq; potentiam efficibeſtia, vt fieret beſtia. Sic enim dicendo, non mihi videtur poſſe uitari, quod Deus non uelit mala, et ſit autor malorum: et quod nullo pacto mala ſint in poteſtate noſtra; ſed ſunt naturalia et ineuitabilia. Sed Deus dedit potētiam peccandi, vt non peccando et pugnando aduerſ9 peccata homo fieret ſtudioſior, et ut uirtutes acquireret, quæ non conſiſtunt, niſi circa difficilia, vt dicitur 2. Ethicorum et tertio: quod Deus primo et per ſe cōdidit naturam humanā,

vt omnis homo eſſet bonus et beatus quantum poſsibile ſit ſecundum ſuam naturam: relicta tamen et ſeruata libertate libertatis. Vnde quanquam non quilibet homo beatificabitur, hoc imputatur ipſi homini et non Deo, qui cũ potuiſſet ex Dei liberalitate effici beatus, ipſe noluit. Dico tamen, quod, cum Deus hominem creauerit, vt poſſet peccare et non peccare, veluti ſapientiſsimus et optimus et prudentiſsimus, uidit, quod poteſt accidere ad vtrãq; partem, videlicet ad peccatum et eius oppoſita: ſtatuitq;, vt non peccanti detur beatitudo, peccanti uerò ſupplicium et pœna: quę quanquam mala ſint peccatori, ſunt tamen bona uniuerſo, vnde iuſtitia maxime fulget. Quare ſi Deus, etſi non induxit ipſum ad peccandũ, permiſit tamen ipſum peccare: neq; aliter ipſum permiſiſſet peccare, niſi ex malo elicuiſſet bonum tanquam ſapientiſsimus et optimus. Vnde etſi iuſtitia ſecũdum actum puniendi ſit præclariſsima virtus, ut dicitur in quinto Ethicorum: non tamen ſic ſecundum actum eſt primo inten-

mo intenta à viro ꝓbo et ſapienti, quan
to minus à Deo, ſed eſt de ſecūdaria in-
tentione. Vnde pręſes in ciuitate ſpecia
liter iuſtitiam ſecundum actum non de
bet amare: quoniam iſta non fit, niſi in-
iuria pręceſſerit, quę debet eſſe relega-
ta à uoluntate pręſidis: ſed tantum vbi
fiat iniuria, quam tamen prętor nollet,
amat iuſtitiam et punitionem, quanto
magis igitur Deo hoc conuenit? Dici-
mus adhuc, quòd cum humana natura
eſt veluti quoddam vniuerſum, (nam
et à ſapientibus huius ſæculi dictus eſt
homo minor mundus) ideo multę de-
bent eſſe diuerſitates in humana natu-
ra pro ſpeciei ſuæ perfectione. Quare
non omnes homines æqualiter uoluit
Deus eſſe perfectos: ſed aliquos magis,
& aliquos minus. Vnde & ſi vult oēs
homines eſſe beatos, non vult æquali-
ter eſſe beatos. Quare diuerſificauit
eos in complexione & in regionibus,
& in adminiculis ducentibus ad beati-
tudinem: quanquam proculdubio nul-
lum voluit eſſe peccatorem & miſerū.
His adiungimus, quod quanquam ſic
fit,

ſit, quòd Deus voluerit ab æterno oẽs homines eſſe beatos, intelligendum tñ eſt de beatitudine, quę debetur homini ex puris naturalibus, ad quã per pura naturalia peruenire poſſunt: quam beatitudinem multos ex gentibus exiſtimo habuiſſe, qui vixerunt ſecundum regulam naturę. Pręter autem hãc beatitudinem Deus dedit & ordinauit aliquib. hominibus aliam beatitudinem longè excellentiorem, ad quam homo ex puris naturalibus peruenire non poteſt, ſed ad illam peruenit ex ſpirituali gratia data à Deo, quam ſolus Deus cõferre poteſt: & talis gratia non omnib9 eſt conceſſa à Deo, ſed tantũ aliquibus, omnibus uerò alijs eſt denegata: & quibus Deus dat talem gratiam, dici poſſunt electi. Nam & Hebræi in Veteri lege dicti ſunt populus electus: quibus verò non eſt collata talis gratia, iſti dici poſſunt non electi: neq; aliqua poteſt aſsignari ratio ex parte electorum uel non electorum niſi volũtas diuina. vnde quòd hos elegerit, illos uerò non elegerit, non eſt ex meritis uel demeritis prece-

prȩcedentibus, ſed totum attribuitur voluntati diuinȩ, quȩ plus dilexit hos quàm illos, non tamen quod illos quos non tantũ dilexerit, odio habuerit: quoniam factor ſuum factum nõ odit, imò amat. Quare vtroſq; & electos & non electos Deus amauit & amat, ſed non tantum hos quantum illos: neq; eis nõ electis non cõtulit Deus gratiam: quoniam intenderet Deus eos peccare, neque vt peccarent, imò voluit Deus illos fieri beatos: ſed beatitudine tantum naturali, non autem ſupernaturali. Quare Deus ex non electis delinquentes mitius punit, quàm ex electis delinquentes quoniã abuſi ſunt gratia eis collata, veluti per oppoſitũ qui vſi ſunt recte Dei gratia ex electis, longe maiori præmio præmiantur, quàm non electi, qui vixerunt ſecundum regulam naturȩ tãtum. Vlterius dicimus, quòd quanquam omnibus electis à Deo cõferatur gratia, non tamen omnibus æqualiter, ſed aliquibus magis, aliquibus minus: & talis diuerſitas primo & principaliter nõ poteſt referri, niſi in Dei voluntatẽ, & non ex par-

ex parte meritorum pręcedentiū. Nam Paulus Apoſtolus fuit uas electionis, & non ex mœritis pręcedentibus: imò pręceſſerūt demerita, antequam actualiter Deus eum uocaret, cum eſſet blaſphemus, & acriter Eccleſiam inſequeretur. Quare ex pura voluntate Dei talis maior gratię collatio pręcedit. Ad hæc adiungimus, quòd quanquam prima gratia illa ſit magna ſiue ſit parua: Deus tamen ex ſua immēſa benignitate & largitate ſtatuit & ordinauit, vt qui tali gratia bene vterentur, & bene diſpenſarent theſaurum datum à ſuo domino, cuius diſpēſationem theſauri Deus dedit in poteſtate diſpenſantis, ſtatuit, inquam, vt iſte à Deo beatificaretur & glorificaretur: qui uerò legem ſiue mandatū tale præuaricauerint, & gratia ſua data abuſi fuerint, voluit, vt acerrime puniantur, & in tenebras exteriores extrudantur, vbi eſt fletus, & ſtridor dentium. Et dicimus, quòd primi dicuntur prędeſtinati, alij uero dicuntur reprobati. Verum ſecundum nos ſciri oportet, quòd prædeſtinatio duo importat, &

duo re-

duo reſpicit: quorum vnum eſt cum certitudine, alterum verò ſine certitudine. Vnde prædeſtinatio primo reſpicit futurum, & ut Deus confert alicui (vt puta Petro) gratiam, nullo mœrito præcedente: ſic prędeſtinatio, quoad hoc eſt certiſsima. Certiſsimus eſt enim Deus, cui conferet gratiam, & cui non conferet. alio modo poteſt conſiderari, cui confert gloriam: quam non confert, niſi ex mœritis pręcedentibus ex lege ab ipſo ſtatuta. Et ſic dico, quòd ſic Deus non habet certitudinem, vt reſpicit futurum & contingens: quoniam hoc repugnat naturę contingentis. nam contingens indeterminatum eſt ex ſui ratione intrinſeca. Quare de hoc, ut ſic certitudo haberi non poteſt. Vnde poſito, quòd ut ſic Deus eſſet certus de gloria danda Petro, Petro nõ eſſet relicta poteſtas peccandi, cuius ſupponitur oppoſitum. Verùm quanquam ut ſic prædeſtinatio non habeat certitudinẽ: Deus tamẽ eſt certiſsimus de ſalute uel dãnatione Petri, non quidem qua reſpicit futurum qua futurum eſt, & ut effectus

eſt in

eſt in potentia in ſuis cauſis: quoniam ſic incertus eſt: ſed qua reſpicit Deus futurum, vt præſens, & effectus eſt extra ſuas cauſas: neque amplius reſtat potentia committere tale peccatum, & non committere: quoniam potentia ſecundum veram exceptionem potentiæ nõ reſpicit præteritum neque preſens. Quare prædeſtinatus ſecundum iſtum modum non poteſt aliquo modo peccare; quoniam non eſt complete prædeſtinatus, niſi ut intelligatur eſſe extra potentiam & iam in actu: quanquam largè ſumendo nomen prædeſtinationis, vt ſolum ſe extendit ad puram collationem gratię prędeſtinatus poteſt peccare, imò maxima pars prædeſtinatorum peccabit. Multi enim ſecundum Saluatoris ſententiã ſunt uocati, pauci uero electi: neque aliquam repugnantiam habet, quod ille cui iam gratia collata eſt, abutatur gratia, & per conſequens non ſaluetur. Sed iſta larga eſt acceptio prædeſtinationis: Propria autem prędeſtinationis acceptio, eſt gratiæ collatio, vt recte, habens eam, ipſa utatur: & vbi

ſic recte gratia uſus fuerit, glorificetur. Modo impoſsibile eſt, quòd præteritũ, & quod actu eſt, non ſit certum & determinatum. Vnde in prædeſtinatione incertitudo ſe tenet ex parte futuri & cõtingentis: Certitudo verò ex parte præſentis & preteriti & determinati: quod amplius, ut manifeſtum eſt, non eſt in potentia. Reſpicit igitur prędeſtinatio futuram gloriam & actualem gloriam, quam ex Dei determinatione præcedunt merita. Conſimiliter ſecundũ ſuũ modum dicatur de reprobatione. Vnde illi propriè dicuntur reprobati apud me, quibus data eſt gratia; & abuſi ſunt ipſa, & ex eorum abuſione iam miſeri facti ſunt: neq;, vt exiſtimo, illi quibus Deus nunquam contulit gratiam uel nunquam conferet, dicendi ſunt reprobati propriè, ſed debent dici non electi. & dico, quòd proportionaliter reprobatio duo includit, ſicuti & prædeſtinatio, ſcilicet futurum, vt puta gratiã à Deo collatam: qua quanquam nõ recte vtetur, poterit tamen recte vti: & ſic reprobatus poteſt ſaluari, non quidem, quòd ille qui

le qui eſt actu reprobatus, poſsit ſaluari: quoniam hoc eſt impoſsibile, ſtante lege Dei: ſed pro tanto reprobatus poteſt ſaluari, veluti ille qui cras curret, poterit nõn cras currere: quoniam hæc potentia non reſpicit præteritum, neq; pręſens, ſed tantum futurum, quod bene eſt in potẽtia. Vnde ſicuti Socrates, qui cras interficietur, poteſt uiuere adhuc per añum, & amplius, quoniam poteſt ſe pręcauere à tali interfectione: Socrates tamen ſi nunc eſt actu interemptus, non poteſt uiuere per vnum annũ: quoniam iam ceſsit. Vnde et ſic reprobatus poteſt ſaluari. Verũ ut diximus de prædeſtinato, iſta non eſt compléta acceptio reprobationis, ſed vltra futurum: & quod eſt in potentia, reſpicit præſens et actum. Quare vt ſic reprobatio certiſsima eſt, neq; reprobatus poteſt ſaluari, vt ſubtracta eſt ei omnis potentia ad recte operandum: quandoquidẽ ad præſens & ad preteritum non eſt potentia. Et quanquam nunc Socrates, qui erit uſq; in milleſimum, non ſit in rerum natura: Deus tamen certiſsimus eſt de ſua

TT 2 ſalute

ſalute & reprobatione, quantum ſua æternitate reſpicit præſentialiter tēpus illud, in quo ſuum curſum conſumauerit, & amplius non erit in potentia ad mœrendum uel demerendum, quanquam vt Deus reſpicit futurum, non ſcit, niſi quoniam Socrates ipſe poteſt ſaluari et non ſaluari: & ſic puto, loquēdo de certitudine & incertitudine, poſſunt intelligi omnes autoritates Canonicæ, quæ loquuntur de certitudine & incertitudine. Sic etiā ſaluantur autoritates, quarum aliquę ſonant, quod ex meritis prędeſtinauit ſaluandos, & aliquæ quę ſonāt quod ex libera volūtate & ex nullo merito pręcedente, neque ducemur in deſperationem, vel pigri efficiemur, imò erimus optimæ ſpei, & efficiemur impigri & ſoliciti. Nam cum Deus nobis maxime electis dedit gratiam, vt puta Baptiſmum, Chriſma, & cætera ſacramenta, ſi bene vtamur gratia, ſumus certi de noſtra uocatione. nam certe nobis contulit gratiam, gloriam autem nō abſolute promiſit, ſed conditionatè: quā conditionem ex libertate volūtatis nos poſſu-

poſſumus adimplere. Quare non dubitandum eſt, an ſimus uocati. Nam vt reſpicit futurum, iam certum eſt nobis ſicuti Deo, niſi quis uellet intelligere de poſsibilitate magis propinqua, ſicut unus prudens magis propinquæ ueritati enũciat de bello futuro, quàm imprudens: tamen certè non poteſt. noſtrum eſt recte operari, & non recte, cum Deus nulli hoc deneget. Inuolutiones etiã de ſenſu compoſito & diuiſo, neceſsitas conſequentię & conſequentis, & talia puerilia non habent inuoluere mentes noſtras: uerum expediſsime omnia ſoluimus.

*Caput octauum, in quo mouentur nonnullæ dubitationes aduerſus & circa ea quæ dicta ſunt.*

VT autem melius hæc noſtra poſitio intelligatur, moueo circa illã nonnullas dubitationes. Prima hęc eſt. Dictum eſt, quòd Deus uult omnes homines eſſe beatos, ſaltem beatitudine naturali, hoc non uidetur uerum: quo-

TT 3 niam

niam beatitudo eſt Eupraxia, id eſt bóna operatio, ſecundum intellectum, ut dicitur 1. & 10. Ethicorum. Sed fere infinita multitudo hominum non habuit non habet, neq; habebit poteſtatem ratiocinandi, neq; eligendi, ut patet de abortibus, & de his qui decedunt ante uſum rationis. Conſimiliter dementecaptis, & de his quibus repugnat ex complexione & compoſitione uti ratione. Non igitur Deus uult homines omnes ſic beatificari, loquendo etiam de beatitudine naturali. Impoſsibile eſt enim, tales ſic beatificari. Deus autem non uult impoſsibile aliquod. Secunda dubitatio eſt, quoniam dictum eſt, quod Deus ex prima intentione non uult miſericordiam uel iuſtitiam, quæ præſupponunt peccatum in actu. Iſtud non uidetur eſſe uerum, & repugnat alteri à nobis dicto: quoniam maximæ uirtutes non debent remoueri à Deo. Modo ubi non eſſent peccata, neq; Deus eſſet miſericors neq; iuſtus: neq; etiam tales uirtutes debent remoueri à perfectione uniuerſi, & à natura humana: quoniam dictum eſt,

ctum eſt, quod ſi homini deeſſet paruꝰ digitus in pede, iſte homo nõ eſſet perfectus, quoniã non haberet omnes partes integrantes eius corpus. quanto magis igitur, ſi homines non eſſent miſericordes & iuſti, ſpecies humana non eſſet perfecta, quod & confirmatur: quoniam homo maxime eſt perfectus ſecũdum uirtutes morales: uel ſi extrema pfectio non conſiſtit in uirtutibus moralibus, ſunt tamen maxime neceſſarię ad fœlicitatem humanam. Verum uirtutes morales ſunt connexæ, unde una non habetur ſine altera, ut communiter dicitur: ergo homo non poteſt beatificari absq; miſericordia & iuſtitia. Sed hæc fieri non poſſunt absq; peccato actuali, ergo de neceſsitate ſunt peccata. nõ igitur Deus uult hominem uniuerſaliter non peccare, quod iterum firmatur. Nihil dicitur poſsibile proprie & uniuerſaliter, niſi quandoque deueniat ad actum. Si igitur eſſet poſsibile, uniuerſaliter hominem non peccare: in aliquo igitur eſſet, quòd nullus peccaret. Oppoſitum autem patet de præſenti &

de preterito per omnes hiſtorias, & per omnia animalia, & de futuris poſſum9 iudicare per præterita, uidelicet quod nullo tempore omnes homines, qui ꝑ nunc reperientur, uniuerſaliter erunt boni. Amplius, ſi Deus uult omnes homines eſſe bonos & ſtudioſos, & ſic eſſent, tunc non erunt uirtutes: quoniam uirtus eſt rara, iuxta Prouerbiũ: Omne rarum pretioſum, & omne pretioſum rarum, vt etiam docet experiẽtia. Quare ſermo iſte uidetur repugnantiã includere. Tertia dubitatio eſt, quoniam dictum eſt, Deũ aliquos eligere ad beatitudinem naturalem. iſtud non uidetur Deo conuenire, cui ſumma attribuitur iuſtitia. Sed hęc uidetur eſſe iniuſtitia: quoniam ſi ex Sola Dei uoluntate hoc prouenit, omnes homines ſecundũ hoc ſunt equales. Verum inæqualia ęqualibus diſtribuere, uidetur eſſe contra rationem iuſtitię, ut dicitur in 5. Ethicorum. Idem arguitur, quod aliquibus det maiorem gratiam, aliquibus uerò non minorem & non minus de his, qui tantum ordinãtur ad beatitudinem naturalem.

turalem. Quarta dubitatio eſt, quoniã dictũ eſt, Deũ hoĩes glorificare propter merita precedentia, nõ quidẽ abſolute, quoniam non ſunt ſufficientia ad gloriam, ſed ex diuino ſtatuto, quoniam propoſuit non dare gloriam, niſi merita per Deum ordinata preceſſerint. Iſtud nõ uidetur uerum, quoniam Deus multos glorificauit, & nulla eorum merita preceſſerunt, ut patet de ſanctis innocẽtibus. Ita credendum eſt de aliјs multis: non igitur illud uniuerſaliter eſt uerum Quinta dubitatio eſt, quoniam dictum eſt, quod Deus ut reſpicit futurum contingens, non habet neq; habere poteſt ut ſic certitudinem de parte contradictionis. Contra iſtud ſunt argumenta prius in alio libro adducta, ut puta, q̃d Deus eſſet indeterminatus, non maiorem certitudinem haberet, quã homo: & ſic de aliјs connumeratis in libro illo Verum quoniam de his ſatis abũde ſuperius diximus, ne fiat repetitio, ab his nunc abſtinebimus: ſed aliud quærem9 Dubitatur igitur, vtrum Deus, ut reſpicit futurum, ſciat numerum determina

tum prędeſtinatorũ,& quo ad formam & quo ad materiam, videl. exẽpli gr. ꝙ ſũt mille ſaluãdi, & ꝙ determinate erũt Socrates & Plato & Cicero,& ſic deter minate uſq; ad mille: aut ſcit numerum formaliter,ſed nõ materialiter:aut mate rialiter,& nõ formaliter:aut neq; mate-rialiter,neq; formaliter,de neceſsitate o portet eſſe aliquẽ iſtorũ modorũ. Dici nõ poteſt, q̃d materialiter & formaliter ſciat: q̃niã ſic eſſet ineuitabile, qn illi de neceſsitatte ſaluarẽt,veluti deductũ eſt ſuperiꝰ cõtra D. Thomã: neq; q̃d ſciat materialiter,& non form. vt puta,quòd determinate ſcit, q ſint,ſed neſciat quot ſint: q̃niã iſtud eſt fatuũ dicere in hoĩe, quãto magis in Deo, & etiã illi determi nate & ineuitabiliter ſaluarent,quod re pugnat noſtræ poſitioni: neq; etiã dici poteſt, q̃d neutro modo ſciat,videl. ne= q; numerũ formaliter neq; materialiter: q̃niã imprimis eſt cõtra comunẽ ſenten tiã ſanctorũ. Dicit em,ꝙ mũdꝰ ceſſabit ab iſto ordine,q̃ nũc apparet,quando e- rit cõpletus numerus p̃deſtinatorũ. De inde Deus non ageret cũ determinatio ne rei

ne rei fiēdę, q̃d nō uidet̃ ratiōabile ĩ creatura, quāto magis in creatore. Reliquũ eſt igit̃, ſi modꝰ aliquis eſt dabilis, vt cognoſcat numerũ formaliter & nō mat. ſed iſtud etiā nō uidet̃ poſſe ſtare; q̃niã ex quo deſunt aliqui ad cōplēdũ numerũ ꝓdeſtinatorũ, quoniã mũdus nō ceſſat. Si eñ eſſet cōpletus, ceſſaret. Cũ igitur oēs, q venturi ſunt, poſſunt peccare, & mũdus non ceſſat, niſi cōpleat numerus prędeſtinatorũ; poſſet ergo in infinitũ mundus durare. quo poſito, multa ſequũtur incōueniētia. Primo, quòd Deꝰ tũc faceret ĩfinitũ in actu; quoniã vnuſquiſq; homo ꝓpriã habet animã ĩmortalem, vt ponit poſitio. Quare ſi mũdus in ęternũ duraret, infinitę eſſent aię. Amplius, quoniã numerus reꝓbatorũ adhuc eſſet in pōteſtate hominũ, differre mundum uſq; in infinitum. Hoc autem manifeſte ſequitur: quoniam nō finitur mundus, niſi perfecto numero prædeſtinatorum: ſed in poteſtate hoīum eſt ſēper peccare, ſemp peccādo nullus ſaluatur, ergo hoīes poſſunt differre ſiue prorogare mundum in infinitum.

Sexta

Sexta dubitatio eſt, quoniam Deus multorum peccatorum miſeretur, releuando eos per gratiam, & aliquorum ſic delinquentium non miſeretur, imò legimus in uitis patrũ, quòd aliqui fuerunt boni, & in magnis abſtinentijs usque in finem, & in fine peccauerunt, & Deus eos non releuauit per gratiam: aliqui autem perſeuerauerunt in malitia uſq; in finem, & in fine Deus eorum miſertus eſt, & releuauit à peccato, & ſaluati ſunt. Modo iſta uidetur eſſe maxima iniuſtitia & impietas. Septima dubitatio eſt, cum Deꝰ alicui dat gratiam precibus ſanctorum, uel alicuius alterius, & ille cui ex precibꝰ ſanctorum dat gratiam fuit peccator, antequam ei daret Deus gratiam, ſciebat determinate dare ei gratiã aut non. ſi detur primũ, cũ non det ei gratiam, & ſibi non parcit de peccato perpetrato, niſi ex talibus precibus, ergo determinate ſciuit illum peccaturum, antequam peccauit: & ſic aut neceſſe eſſet ipſum peccare, aut de contingenti poſſet eſſe certitudo: quorum quodlibet noſtræ aduerſatur opinioni.

Si uerò

Si uerò ponatur, quod determinate Deus non ſciebat precibus talibus illi peccatori daturum gratiam & ei parcere, quomodo igitur determinauit & ordinauit vt preces valeant: quandoquidem ponitur, vt Deus neſciat ipſum peccaturum. Amplius, Deus aliquando preces exaudit, aliquando uerò preces non exaudit. Vnde igitur hoc prouenit? Nunquid igitur ab æterno ordinauit, quorũ preces debet exaudire, & quorum non exaudire? aut ſolum determinat poſt factum? Si primum de neceſsitate ſequitur, quòd contingens futurum ſit determinatum, quod eſt contra nos. Si detur ſecundum, iſtud uidetur irrationabile: quoniam ſic videtur indeterminatio in Deo, & quod ex indeterminato fiet determinatus, & aliud preſupponat pro ſui determinatione, q̃d non uidetur de Deo dicere. Octaua dubitatio eſt, quæ ſuperius fuit tacta, uidelicet cum Deus ſit infinitæ perfectionis, cur tantum oſtenderit ſuam perfectionem per hoc vniuerſum, cum infinitæ perfectionis vniuerſum Deus poſſet facere, & cur tan

ta eſt diuerſitas in vniuerſo: cum crean do vnum angelum manifeſtet ſe eſſe in finitæ perfectionis, imò creando pulicē ſiquidem uerū ſit, quod creare aliquod arguit infinitam perfectionem.

*Caput nonum, in quo reſpondetur ad ea quæ obiecta ſunt.*

QVanquam difficile atq; arduum mihi uideatur, ad plenum poſſe ſatisfacere ad ea quæ ad oppoſitum adducta ſunt, pro uiribus tamen tentabo aliquid ad ea reſpondere. Ad primam itaq; dubitationem dico, quod quicun que non poſſunt uti ratione ſiue ſint abortiui ſiue infantes, ſiue dementes, ſiue quomodocunq; ſit, iſti ſunt fœliciores quocunq; peccatore, quiſquis ſit ille. eſto, quòd eſſet Iulius Cæſar vel Magnꝰ Alexander in imperio: vel Plato vel Ariſtoteles in ſcientia, dum modo iſti eſſent peccatores: & quanquam pro hoc ſæculo, iſti non uiuant, niſi uita beſtiali, & fortaſsis aliqui aborſi non viuant niſi uita plantæ, ſecundum quā, vt ſic non poteſt

poteſt eſſe fœlicitas humana: tamen dū viuunt, ſunt longe nobiliores quocunque inter mortalia, quod non ſit homo cuius argumentum eſt, quod capitale eſt ſecundum legem naturæ, ſi quis aliquē interemerit ipſorum, imò crudelius uidetur aliquem talem interimere, quàm virum fortem interimere: veluti turpius eſt fœminam uel puerum interimere, quàm uirum, vt dicit Ariſtoteles 29. particula Prolematum, Problemate 10. In ſeculo tamen futuro beatificantur à Deo beatitudine naturali ſibi compentente. Vnde & intelligunt & volunt, vt ſuo ſtatu contineantur. At peccatores cum hoc, quod in hoc mundo ſunt miſeri propter peccatum, infœliciores ſunt & in alio ſæculo, cum ibi ſecundum delicta ſua puniantur. Videāt igitur tyranni & viri ſcelerati, qualis ſit eorum conditio, cum longe infœliciores ſint aborſibus & dementibus. Ad ſecundam dubitationem dicitur, quòd Deus nullo pacto intendit peccata: Aliter enim eſſet peccator. Et cum dicitur, tunc Deus non eſſet miſericors neq; iu

ſtus, vtrūq; negatur. Nam eſto, quod nullum eſſet peccatū, Deus miſericors eſt: quoniam ſi homo non peccat, niſi ex diuino auxilio, non peccat, & ex infinitis miſerijs nos eruit: & quanquam non peccamus, neque ſequitur Deum non eſſe iuſtum, ſi nullam facit punitionem. Nam prętor, qui haberet ſubditos bonos, & non delinquentes, ſi eos non punit, non ſequitur, quod ſit iniuſtus: verum dando unicuiq;, quod cōuenit, (eſto, quod nullum puniat: quoniā nullus peccat) iuſtus dicitur eſſe. Quare ſi nullum eſſet peccatum, cum Deus dèt, & vnicuiq; retribuat, vt conuenit, iuſt9 eſt. Dictū eſt enim, quòd eſto, quòd omnes eſſent boni, quare non æqualiter beati, eſt etiam Deus iuſtus iuſtitia punitiua, quanquam nullum actu puniat: quoniam eſt talis naturæ & talis uoluntatis, quod delinquentes, ſi adeſſent puniret. Vnde eſt ſatis poſsibile, quòd prætor, qui nūquam puniuit aliquem, quoniam nullum habuit delinquētem, ſit magis iuſtus iuſtitia punitiua, quàm prætor, cuius iuſſu mille & iuſtè interēti ſunt:

ti ſunt: quoniam fortaſsis ille qui nullũ puniuit, maiorem charitatem & zelum iuſtitiæ habuit quàm iſte qui tot puniuit. Nam fortaſsis iſte fecit ex inani gloria vel ex metu ſyndicatus, vel ex metu diuini iudicij. Quare cum Deus ſit tota charitas, ſumme iuſtus eſt: & ridiculum eſt dicere, quod ſi nõ ſunt opera extrinſeca, Deus euacuatur à ſuis perfectionibus. Vnde & per ſimile dicitur de hominibus, quòd eſto, quod nulli homines peccarent, eſſent miſericordia & iuſtitia & reliquæ uirtutes. In ſtatu namq; innocentię non fuiſſent peccata, neque defuiſſent virtutes. Nam ſine peccato actuali poteſt eſſe miſericordia & iuſtitia, ſubueniendo egenis, dando vnicuique quod ſuum eſt, & firmiſsimo propoſito & intenta charitate dimittere offenſam. Si quis offenderet punire delinquentes, ſi quis delinqueret, dum modo pertineret ad ipſum punire. Quare falſum eſt, quod mundus euacuaretur à uirtutib. & à perfectionibus, imò mũdus eſſet perfectior & pulchrior, & nulla uirtus deeſſet. Vnde nullus eſt tam fa

tuus, qui diceret, ciuitatem in qua Rex eſt, & ſubditi non peccant, eſſe minus beatam ciuitatem, in qua ſubditi ſunt ſceleratiſsimi: quanquam ſuus Rex maxime eos puniret, imò uidetur infœlicitatem dare Regi. Vnde patet ad primã confirmationem: quoniam ſupponit falſum. Nã omnes virtutes eſſe poſſunt, nullo exiſtẽte peccato: ſicuti homo poteſt eſſe temperatus circa guſtum & tactum, & quod nunquam peccauerit. Ad ſecundam autem confirmationem, cum dicebatur, nihil eſt poſsibile, niſi aliquando deueniat ad actum, huic dicitur, quod propoſitio eſt falſa: neq; illa eſt diffinitio poſsibilis, ſed quo poſito ineſſe nullum ſequitur incommodum. Vnde ſi ponatur, quod nullus homo peccet, non ſequitur impoſsibile. Si enim Adam perſtitiſſet in innocentia, nullꝰ peccaſſet. Poſsibile eſt autem ipſum perſtitiſſe tunc, licet cum præteritum ſit, non amplius eſt potentia. quod ſi dicitur, inuanum ergo Deus & natura dederunt homini potentiam peccandi, cum nunquam peccaret. Ad hoc dicitur,

citur, quod ſi Deus dediſſet homini potentiam peccādi, vt peccaret, veluti dedit arbori frondeſcenti vt frondeſceret, fortaſsis argumentum haberet euidentiam. Verum cum Deus dedit homini potentiam peccandi, vt potens peccare non peccaret, & mœreretur, non ſequitur eſſe uanum. quod ſi vlterius dicatur cur aliquando in uno ſęculo non reperiuntur homines non peccantes? Huic dicitur, quod hoc prouenit ex ipſis & ſuis malis voluntatibus: quoniam volūtas eſt cauſa peccati: poſſent ſi uellent. Aſt in rebus naturalibus ſecus eſt: quoniam reguntur à natura quę à Deo dirigitur. Ad tertiam dubitationem, in qua dicebatur, quod ſi Deus aliquos elegit, & aliquos nō elegit, & inter electos & non electos aliquibus plus det, aliquibus minus, æqualia inæqualibus tribuit. Huic dicitur, concedēdo hoc. uerum negatur, quod ſit hęc iniuſtitia: quoniā dare æqualibus inæqualia, eſt iniuſtitia ſi tenetur eis dare. Verum Deus non tenetur. Vnde, vt dicit Saluator, non eſt iniuſtum, ſi laborāti in vinea per totum

diem, & laboranti per vnam horam ſolùm det tantum vni, quantum alteri, dũ modo obſeruet promiſſum vtriq; . Sed ſi laborans per totã diem doleat de conſocio ſuo, qui tantũ habuit quantum ipſe habuit, hoc eſt ex inuidia & malo animo. quare non fit alicui iniuria, ſed hoc arguit bonitatem dantis. Deus enim facit hanc diuerſitatem ex vniuerſi perfectione. Quòd ſi dicatur, vbi igitur cum bonis eſſent & peccatores, iſta diuerſitas decoraret vniuerſum, quare Deus deberet eam facere, & eſſe cauſa tantæ pulchritudinis. Dico ad hoc, vt mihi uidetur, quòd niſi eſſet pulchrum & decorum eſſe in vniuerſo peccatores Deus nõ permitteret eos peccare: quoniam nihil niſi bonum poteſt à Deo ꝓcedere, ſed poſitiue agendo ſeu permittendo, tamen non mihi uidetur, quod uniuerſum ſit perfectius & pulchrius, ſi cum peccatoribus ſint boni, quàm ſi omnes eſſent boni, veluti dictum eſt de comparatione facta inter duas ciuitates, quarum vna eſſet totaliter bona, & altera permixta ex malis & bonis. Quare cum

re cum dicebatur, Deus deberet facere homines peccare, vt decoret vniuerſũ, dicitur, quod Deus iſtud facere non poteſt: quoniam peccatum eſt remotum ab eo, & eſto per impoſsibile, quod faceret vt decoraret, quoniam melius eſt vniuerſum totum eſſe bonũ quàm mixtum ex bono & malo, quanquam in libro de Mundo uidebatur dici oppoſitũ. Verùm ſapientia mundi & Dei non conueniunt. Quod ſi iterum dicatur, ſi homines omnes eſſent æqualiter perfecti, ſic quod homo minime perfectus, eſſet ita perfectus ſicut perfectiſsimus, nunquid mundus melius ſtaret? fortaſsis quòd ſic. Quod ſi dicatur, quare Deus non ſic fecit? Huic dicitur, quod nõ placuit dare vnicuiq; tantam menſurã, ſicut alteri: veluti Deus potuiſſet facere vniuerſum aliud melius iſto: noluit tamen, & fortaſsis non eſt melius: quoniam Deus noluit. Vnde voluntas Dei eſt cauſa boni. In tantum enim res eſt bona, in quantum Deus vult illam, & fortaſsis quòd non repugnat rationi vniuerſę ſpeciei, omnes homines eſſe æ-

qualiter perfectis: ſic enim non eſſet homo. Ad quartam dubitationem, cum dicebatur, non uniuerſaliter eſſe verum, Deũ aliquẽ glorificare propter mœrita præcedentia, huic dicitur, quod illud, quod dicitur, eſt uerum: ſed propoſitio intelligitur tantum de ijs quos voluit glorificare: mediantibus mœritis antecedentibus.

Ad quintam dicitur, quòd Deus vt reſpicit futurum, qua futurum eſt, non poteſt cognoſcere numerum prædeſtinatorum naturaliter, certa et ineuitabili cognitione: quoniam ſic illis & alijs auferretur libertas. Si enim Socrates certitudinaliter ſciretur ſaluari, & Plato dãnari, non contingenter ille ſaluaretur, & alius damnaretur. ſi autem concedatur, quod Deus ſciat numerum ſaluandorum formaliter, aut igitur præſtituit terminum quoad tempus, aut non. Si præſtituit, illud non poteſt eſſe tempus finitum: quoniam de neceſsitate tot ſaluarentur, & tot damnarentur: & ſic non minus auferretur libertas. Nam ſi (exẽpli gratia) mille ſunt ſaluandi de neceſsi

tate,

tate,reliqui damnabuntur, aut excederent numerum à Deo prædeſtinatum, neq; illud poteſt eſſe tempus infinitum propter eandem cauſam : quoniam aut auferretur libertas, aut excederetur numerus prædeſtinatus. Si verò ponatur, quod nullum tempus præſtituit,hoc uidere meo concedi poteſt. Verùm cum hoc tota ſtat, quod mundus nunquam ceſſabit:quoniam eſt in poteſtate hominum ſaluari & non ſaluari.

Quare ſtante Dei determinatione, quod tantus debeat eſſe numerus, eſt in poteſtate hominum, quod mundus nunquam finiatur: neq; implicat,quòd infinitas animas Deus producat, quanquam nunquam erit ita, quòd infinitæ ſint animæ,neque Deus indeterminate agit: quandoquidem agit ſicut præfixit agere.His tamen non obſtantibus dicimus, quòd vt reſpicit rem & prædeſtinatos,vt ſunt extra ſuas cauſas, ſcit numerum formaliter et materialiter,et ſcit determinate,quoniam cœli ceſſabunt.

Ad ſextam autem dicitur,concedendo illud, ad quod deducitur, videlicet,

quòd Deus miſeretur aliquando, & releuat magis peccantem, & dimittit minus peccantem. Sed negatur, quod Deus inferat illi iniuriam. Si enim eſſent duo debitores alicui, & vnus illorum deberet dare illi creditori mille, & alter vnum tantum: ſi creditor dimitteret illi gratis, qui ſibi debet mille: illi autem qui ſibi debet vnum tantum, non dimitteret, & conueniret eum coram iudice, Iudex ſententiaret, vt ille ſuo creditori daret, quod deberet, quanquam intelligeret illi alteri donaſſe mille. Vnde nulla hic fit iniuſtitia.

Ad ſeptimam dicitur, vt ad quintam, quòd Deus nulli parcit, neq; preces alicuius determinate exaudit, vel determinate proponit ſe parcere, vel preces alicuius exaudire, quatenus reſpicit futurum contingens, & vt hoc ſtat in poteſtate voluntatis.

Si enim ſic determinaret, ineuitabiliter eſſet. Quare non eſſet in poteſtate voluntatis peccare, & non peccare: illũ orare pro alio, & non orare: ſed tantum ſe determinat, vt reſpicit factum, & præ ſuppo•

ſupponit determinationem voluntatis noſtræ: & quod alicui parcat, & alicui non parcat, hoc eſt ex libera eius voluntate: neq; alicui fit iniuria. Ad octauã & vltimam mihi uidetur dicẽdum, quod Deꝰ potuiſſet facere vniuerſũ maius & pulchrius, quã hoc ſit, & multo ꝑfectiorem effectũ ꝓducere. Quod aũt non fecerit, eſt, quoniã noluit. & ſimiliter dicitur, quod quanq; in creatione vnius angeli manifeſtaretur eius infinitas, ſi creatio eſt tantum potentiæ infinitæ: tamen quantum ad rem creatam, non arguitur infinita perfectio: quoniam omne creatum eſt finitæ perfectionis. Quare ultra illũ gradum innumeros fere voluit creare: & quanquam plures & perfectiores poſſet facere, non tamen facit: quoniam non vult, neq; in hoc alia eſt quęrenda cauſa. & quanquã auribus Philoſophorum iſta uideantur deliramenta: tamen ſtandum eſt autoritati canonicæ ſcripturæ, quę eſt diuinitus data, ut multoties diximus. & ſic terminatur quintus liber & ultimus.

EPILO-

# EPILOGVS SIVE Peroratio.

IN materia de Fato & Libero arb. nu merατæ ſunt ſex opiniones: & nulla harũ eſt ſine ratiõe, et ſine maximis diffi cultatibus & anguſtijs. Si nãq; quis at- tentè conſiderauerit, & ſola ratione mo ueatur, nulla eſt, quæ ex toto ſatisfaciat. Dico tñ duo. Primũ, quod ſtando in pu ris naturalib. & quantũ dat ratio huma na, ut mea eſt opinio, nulla harum opi- nionũ eſt magis remota à contradictio ne, quã opinio Stoicorũ. Potiſsimũ em̃ argumentũ eſt aduerſus eam, quod De us eſt cauſa peccati: & ſic Deus pecca- ret, quod abſurdũ & erroneum uidetur Verũ ſi ponimus animas humanas eſſe mortales, veluti exiſtimo Stoicos tene re, apud me nihil eſt, q̃d incommodum uideatur. Non plus enim crudele eſt, ſi anima eſt mortalis, quod aliqui concul centur ab alijs: aliqui dominẽtur, aliqui ſeruiant, quod etiam unus deuoret aliũ q̃ quod lupus deuoret ouem, & ſerpẽs interficiat alia animalia. Si eni n unum

eſt pro decore uniuerſi, & reliquū ſimiliter ſe habet. niſi enim eſſent tot mala, non eſſent tot bona: ſi demis malū, demis & bonū. Vnde cum iſte ordo fuerit per infinita ſecula, & infinitū erit, quod ſemper eſt, habet cauſam neceſſariā, & per ſe. quare nō eſt in noſtra poteſtate, ſed in poteſtate fati. Si etiā ponātur animæ immortales, optime hoc ſaluari poteſt: quoniā numerus animarum eſt finitus. Infinitum enim in actu abhorret natura. quare aīæ reiterato unirētur, & veluti videmus in uniuerſo hoc quod terra fertilis nūc, poſtea ſterilis, & ſic uiciſſitudinarie, & de magnis & diuitibus fiunt abiecti & pauperes: & ſic diſcurrēdo p uniuerſum, ut patet per hiſtorias. Nā vidimus Græcos dominari Barbaris, et nunc Barbari dominātur Grecis: & ſic diſcurrendo per oīa reliqua. Quare veriſimiliter uidet̄, quod qui nūc eſt Rex, aliquando erit ſeruus, & econtrà. Vnde nulla uidet̄ eſſe inæqualitas ſimpliciter inter homines ſecundū iſtū modū. Quòd ſi dicat̄, ſi ego fui Rex, & nūc ſum ſeruus, nōne recordarer? Certè argumen-

gumentũ eſt vanũ. Fui ẽm in vtero matris meæ et nõ recordor, me fuiſſe in vtero matris meæ: imò hodie feci aliqua, et nunc nõ recordor eorũ. Sagax enim natura omnib. puiiit pro meliori. Quod ſi dicatur, qs ludus eſt iſte? Sic enim ponẽdo, videtur opus Dei ludus eſſe. Verũ alius ſic hic argumẽtas, reſpõdeat ſecundũ aliorũ opinionẽ, et maxime ſecũdum Ariſt. Eadẽ eſt difficultas, imò ſi qs recte cõſiderauerit, & vniuerſum inſpiciat, ũidebit qd in uniuerſo nõ ſunt, niſi fatui & viri ſcelerati: et multi q habẽtur ſapientes, ſunt alijs ſtultiores: & q habẽtur meliores, ſunt alijs deteriores. Certẽ ſapiẽtia noſtra inſipientia eſt, & bonitas noſtra, nequitia. Sufficit enim quòd in cœlo nõ reperiatur malitia. Infra aũt globũ Lunæ, cũ omnia tẽdant ad interitũ, fœtida ſunt et putrẽtia. Veluti enim in animali aliquæ partes ſũt nobiles de neceſsitate, & aliquæ ignobiles: ſic mũdus eſt vnũ animal, & de neceſsitate habet iſta ſublunaria tanquã ſtercora. Vnde veluti lùminoſũ producit latitudinẽ luminis, à certò gradu usq; ad nõ gradũ

ſic &

ſic & Deus producit vniuerſum. Vnde non uideo rationē naturalē demonſtrã tem aduerſus iſtã opinionē,& exiſtimo ſecũdum iſtã opinionē,Deũ nõ cognoſcere particularia,ſaltem generabilia & corruptibilia , niſi ſecũdũ ſpeciē,nõ aũt ſecundũ indiuiduũ: quoniã difficile uidetur, Deũ ſic cògnoſcere & uelle,tum quoniã infinitũ non uideť poſſe cognoſci,tum quoniã uidetur hoc fieri nõ poſſe abſq; Dei mutatione,quanquã ſupra aliter dixerimus. Verũ hoc mihi magis placet. Dico ſecundò,quòd cũ ſapiẽtia humana quaſi ſemper ſit in errore,neq; homo ex puris naturalib. poteſt attingere ad ſyncerã ueritatē & precipue arcanorũ Dei: ideo in omnib. ſtãdum eſt determinationi Eccleſiæ,quę à Spiritu ſancto regulatur. Quare cum Eccleſia dãnet fatũ,vt Stoici ponũt,ideo ſimpliciter ipſum habemus negare,et firmiter Eccleſiæ,credendũ eſt. Quomodo autē ſalueť diuina ꝓuidentia,cũ libertate voluntatis apud Chriſtianos,uiſus eſt cõmunis modus ſaluandi,q nunquã à me fuit intellectus. Sed mihi modus ille ui

detur

detur eſſe præſtigiatorius, & potius inuolutio et deceptio quã enodatio et ſolutio. Ego aũt poſui aliũ modũ, qui mihi ſatisfacit: et ſi alijs ſatisfaciet, Deꝰ laudetur, à q̃ iuxta ſententiã Iacobi Omne bonũ ꝓcedit. Si uerò non ſatisfaciat, mihi imputetur, in quo defectus eſt. Scio aũt absq; dubio, quod lucrum extrinſecum (nõ dico quoad diuitias quoniam hæ ſunt alienæ à Philoſoph. ſed q̃ad famã) nõ poſſum reportare de his meis lucubrationib. & præcipuè dũ uiuo, quoniãſi fatua dixi, fatuus dicar: ſi uerò bona, Proh Deus im̃ortalis, quãtam mihi cõparaui inuidiã Ego nemini peperci, vbi exiſtimaui, falſum dici. Quod ſi rectè reprehẽdi, tãto maiorẽ inuidiam in me cõcitaui. Verum, vt in Præfatione huius libri dixi, hũc non ſubiui laborẽ, ut nomẽ meũ celebraretur, ſed vt à magis ſapiẽtib. addiſcerẽ, q̃s uideo in̄umeros fore. et ſcio, q̄ illi q̄ minus ſciũt, erũt primi ad cõponẽdum libros aduerſus hunc noſtrũ Tractatũ. His aũt, quæ dixi, tãtũ adhæreo, quãtũ apꝓbauerit Ro. eccleſia, cui & in alijs me totũ ſubijcio.

Finis

Finis libris quinq; de Fato & Libero arbitrio impoſitus eſt, Dei gratia, per me Petrum filiũ Ioannis Nicolai Pomponatij Mantuani, Bononiæ, in Capella ſancti Barbatiani, die XXV. Nouẽbris, in quo celebratur feſtiuitas D. Catharinæ virginis & martyris, anno M.D.XX. & octauo Pontificatus D. Leonis Decimi.

BASILEAE,

EX OFFICINA HENRICPETRINA, ANNO M. D. LXVII. MENSE MARTIO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



LEGATORIA A. PANDIMIGLIO - ROMA -
1971